This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07437200 8

George Bancroft



ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΑΠΑΝΤΑ.

EURIPIDIS

OPERA OMNIA;

EX EDITIONIBUS PRÆSTANTISSIMIS

FIDELITER RECUSA;

LATINA INTERPRETATIONE, SCHOLIIS ANTIQUIS,

ET

ERUDITORUM OBSERVATIONIBUS,

ILLUSTRATA:

NECNON

INDICIBUS OMNIGENIS

INSTRUCTA.

VOLUMEN SEPTIMUM.

GLASGUÆ:
EX PRELO ACADEMICO,
CURA ET TYPIS ANDREÆ ET JOANNIS M. DUNCAN;
IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY,
LONDINI.

1821.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

HERMANNI PRÆFATIO

AD

HERCULEM FURENTEM.

Quum Euripidis aliquam fabulam in publicis meis scholis interpretari constituissem, neque invenirem editionem, quæ et exiguo pretio parabilis esset, nec textum haberet a criticis aut nimis, aut minus, quam par videretur, mutatum: ipse animum adjeci ad edendam aliquam hujus poëtæ tragœdiam. Prætuli autem aliis Herculem Furentem, tum quod hæc fabula in melioribus est, tum quod non est ex his, quæ in carminibus antistrophicis nihil proprium habent, tum denique quod difficultates, quibus laborat, maximam partem vinci posse videbantur. Lectionem conformavi ad fidem veterum librorum, et ad criticorum, measque ipsius conjecturas, ubi certa aut facili emendatione corruptio tolli poterat. Gravius affecta, vel quorum incertum esset remedium, in adnotationibus tentare satius duxi. Uti de his, quæ ex MSS. correcta sunt, rarius admonui, ita ξὺν pro σύν, et ᾰ in secundis verbi passivi personis, et si quæ sunt alia hujusmodi, tacite reposita sunt. Ἀᾰ prima producta a tragicis dici, recteque sensisse ea de re Porsonum, vicit locus veteris grammatici ab Heynio ad Hom. vol. VI. p. 638. allatus, cui nuper accessit testimonium Apollonii Dyscoli, productum a Bastio ad Greg. Cor. p. 347. Non credo tamen huic Atticæ mensuræ locum esse in his tragœdiarum partibus, quæ magis epicam vel lyricam dictionem habent. Hanc ergo sive legem, sive opinionem in delectu utriusque formæ sequutus sum. Aliis in rebus, quum quid mutatum est, mutationum auctores commemoravi: in quo genere dici vix potest, quanta fuerit Euripidis editorum

levitas. Nam Musgravius priorum editionum fere solam Aldinam, et r'e hanc quidem ubique, consuluit aut commemoravit; criticos a em antiquiores atque interpretes et neglexit sæpissime, et ii erdum falsa de iis prædicavit. Lipsiensis vero editio, quæ Barnesianam ac Musgravianam complectitur, tantum abest ut huic desiderio satisfecerit, ut ne Musgravii quidem adnotationes omnes exhibeat, in excerptis autem ex aliorum scriptis criticorum nunc contraria, quam illi dixerunt, nunc talia referat, quæ ab iis ne potuerunt quidem dici: veluti, ne hoc temere jactare videar, ad Andromachæ v. 24. Quo magis optamus, ut vir doctissimus, qui nunc novam editionem Euripidis parat, Aug. Matthiæ, varias veterum editionum lectiones, emendationesque antiquiorum criticorum præcipua quadam cura dignetur. Certe nescio an pauciora in his sint, quæ quis silentio premi velit, quam in Musgravii aliorumque recentiorum conjecturis. Et omnino parum lucis allatum esset Euripidi, nisi tres eximii viri præclare de eo meriti essent, Valckenarius, Marklandus, et Porsonus, quibus proximus, longo sed proximus intervallo, accedit Brunckius. Porsonus quidem, cujus morte ingentem omnes, qui his studiis dediti sumus, semperque dolendam jacturam fecimus, omnes implevisset numeros, si metrorum eamdem habuisset, quam cæterarum grammaticæ partium peritiam. Quo in genere ut hæc Herculis editio aliis præstaret, in primis operam dedi. Unde alio versuum numero enato, in summo paginarum margine posui numeros versuum editionis Musgravianæ, et, quos uncis inclusi, Barnesianæ. Cepit autem nuper metrorum tragicorum constitutio insigne incrementum diligentia Aug. Seidleri, qui nunc in schola ad D. Nicolai multa cum laude tertii magistri munere fungitur. Hic enim quum accurata metrorum, quibus tragici, ac præcipue Euripides, usi sunt, pervestigatione plerosque versus, qui temere ex brevibus longisque syllabis conflati videntur, e dochmiaco genere esse, eorumque versuum numeros continuari, solutis sæpissime syllabis finalibus, perspexisset: hæ observationes fecerunt, ut in dochmiacorum explicatione, quam olim proposui, duos commissos esse errores intelligerem, unum, quod, Brunckium sequutus, duos dochmios

versu asynarteto consociari a tragicis dixi: quod, ut Seidlerus in epistola ad Lobeckium hujus Ajaci subjecta docuit, verum quidem est, sed hac tantum conditione, si prior dochmius vocabulo terminetur, in quo vox nonnihil acquiescere soleat, veluti exclamatione, compellatione, interrogatione: qualis in Hercule versus est 871.

σὺν ἄνδρος, πτῶλις, ὁ Διὸς ἔκγονος.

Quod contra, ubi tali excusationi nullus est locus, ita syllabam ancipitem numerus repudiat, ut aut longa syllaba, aut duae pro ea breves requirantur. Quae syllabae finalis solutio alterum errorem aperuit. Neque enim verum est, duas esse dochmii formas, unam antispasticam, alteram trochaicam, sed una ubique et eadem forma invenitur, non illa e duobus, sed e tribus ordinibus, iambo, arsi, et rursum iambo constans, solutionemque in arsi ubique, in utraque anacrusi autem syllabam ancipitem admittens, hac forma:

In Hercule quidem dochmiaci inveniuntur, v. 107. 129. 734. 735. 741. 765. 870—873. 880—883. 897. 898. 1011. 1014. 1016. 1017. 1020. 1021. 1029. 1036—1040. 1045. 1046. 1049. 1050. 1052. 1169. 1173. 1174. 1186. 1200. (Versus indicavi strophicos tantum, non antistrophicos, quos antistrophicorum notationes facile cuique monstrabunt.) Praeterea miris modis hi numeri cum aliis numeris consociantur, et quidem saepe sic, ut dochmium praecedat iambus, quod absonum nuper visum Boeckhio in dissertatione de metris Pindari, p. 297. aliquando, sat scio, aliter videbitur. Exempla in Hercule sunt, v. 1015. 1047. Deinde Cretico praecedente, v. 742. 892. eoque longas solutas habente, 905. 1184. et duobus Creticis 740. et antispasto 737. si hic θεῶν una syllaba legendum, neque in antistrophico προοίμιον scribendum est, quo facto hic versus duos dochmios comprehensurus esset. Magis mirum est hoc, quod etiam a dactylicis numeris transitur ad dochmios, quo in genere anacru-

sis dochmii, quæ dactylum sequitur, longa, prima autem arsis in duas breves syllabas soluta est. In Hercule exempla, uno præmisso dactylo, sunt v. 1013. 1024. 1176. 1180. eodemque referri fortasse debet, v. 1031. Pluribus dactylis subjectus dochmius, v. 1049. Incertum an etiam anapæstis, v. 1032. quum hic versus etiam alios habere numeros possit. Catalecticum dochmiacum videre licet, v. 1018. hypercatalecticum, 874. hypercatalecticum ita, ut dochmium sequatur amphibrachys, 1047. Denique aliis hypercatalecticus eo memorabilis est, quod eum non interrupta numeri perpetuitate alii dochmiaci excipiunt, v. 1185.

ὃς ἐπὶ δόρυ γηγαντόφρονον ἦλθε σὺν θε-
οῖσι Φλεγραῖον εἰς πεδίον ἀσπιστάς.

Et in antistropha, v. 1297.

πίπλον, ἀπόδικε, ξέσθος ἀελίῳ δείξον· βά-
ρος δ' ἀντίπαλον δακρύοισιν ἀμιλλᾶται.

Video quidem fore, qui hunc insolentiorem numerum mihi imputent, quum in stropha certe, si θεοῖσι in duas syllabas contrahatur, integri sint quatuor dochmii. At tanto plus difficultatis habitura esset antistrophici versus correctio, quæ a me quidem unius litteræ adjectione, particulam δὲ dico, perfecta est. Quamquam enim non sum nescius, mutando verborum ordine hic quoque dochmios puros duobus modis restitui posse,

ἀντίπαλον δάκρυσι βάρος ἀμιλλᾶται,

vel, si quis ferendum putet συναμιλλᾶται,

δάκρυσι βάρος ἀντίπαλον συναμιλλᾶται:

neutra tamen mutatio talis est, quam sine insigni temeritatis nota admitti posse existimem. Nam, mea quidem sententia, ordo verborum non nisi magna cum cautione mutandus est, neque quidquam puto a Porsono periculosius dici potuisse, quam hanc esse emendationis rationem omnium facillimam: mirorque, quod Britannus censor Porsonianæ editionis prima-

rum Euripidis fabularum, cautissimus criticus, ita de hac re sibi persuasit, ut in illa censura mense Aug. a. CIↃIↃCCXXIX. p. 441. hunc versum,

ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύσεται,

quamvis prima ejus verba a Cicerone, tanquam reliquis sat notis, commemorari videret, sic putaret corrigendum esse,

κάλλιον ἡμῶν ταὐτόματον βουλεύσεται.

Dicendum nunc est de duabus aliis ad artem metricam pertinentibus rebus, de versibus in medio vocabulo finitis, et de dispositione carminum antistrophicorum. Ac Boeckhius nuper in dissertatione de metris Pindari contendit, nusquam finiri versum nisi finito simul vocabulo: quod ne mihi quidem, si versus vocarentur, quæcumque una numeri perpetuitate comprehensa essent, aliter visum esse, et significatum est a me Boeckhio, et ab illo commemoratum. Licebit autem, opinor, Boeckhium hujus rei auctorem citare, qui non promiserit se de ea re disputaturum, sed disputaverit: quum præsertim nihil caussæ sit, quare quis alium meliora allaturum fuisse conjiciat. Mihi quidem, si et nunc sæpius vocabula in duos versus distraxi, et posthac idem faciam, ratio ejus rei reddenda est. Ac versus nomen in re metrica duas significationes habet, unam communem, qua etiam in prosa oratione, quidquid unam lineam implet, indicamus; alteram poëseos propriam, qua numerum intelligimus unum, sive ille ex uno, sive e pluribus ordinibus constet. Et hac quidem significatione quem versum dicimus, non potest nisi integro vocabulo terminari. At quid hoc ad istam alteram significationem? Nam si qui tam longi versus sunt, ut usitatos chartæ modulos excedant, quid tum fiet? Utrumne librorum formam ad monstruosam latitudinem diducemus, an, servatis chartarum mensuris, prosæ orationis perpetuitatem scribendo imitabimur? At quanto consultius est, numerorum aliqua ratione habita, ex uno versu seu numero plures versus fieri. Nam apud dramaticos quidem poëtas quum alii inveniuntur prælongi versus, tum hæc quoque, quæ systemata vocari solent, nihil nisi

numeri sunt versum efficientes unum. De qua re jam in libris de metris poëtarum Græcorum et Latinorum sæpius admonui, v. c. p. 107. seq. et multo ante eamdem rem tetigerat R. Bentleius in iis, quæ de versibus anapæsticis disputavit. Ejusmodi systemata sæpe tam longa sunt, ut, quum uno versu comprehendi nequeant, in plures dividendi sint, quod haud raro, nisi numerorum naturam obscurare velis, non potest aliter, quam distrahendis vocabulis fieri. Est vero etiam alia, eaque multo gravior caussa, quare qui numero unus versus est, sæpe, etiam si non ita longus sit, in plures versus dividendus videatur. Nam cur tandem omnino, quæ versibus scripta sunt, non eadem perpetuitate, ut prosam orationem, scribimus, nisi ut accommodate ad numeros legi possint? Atqui quo quis versus aut longior est, aut ex difficilioribus, magisque ambiguis numeris compositus, eo magis consentaneum est, his numeris recte dissociandis lectorem vel admoneri, ut recte versum legat, vel tamquam vi quadam impediri, ne male legat. Sic e. c. uno numero decurrunt hæc in Hercule, v. 741. *πάλιν ἴμολεν, ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ἐπήλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ*, et in antistropha, *ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατίβαλ', ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί*. At nemo facile hæc uno versu comprehensa statim sic leget, ut videat, ubi dochmiis admixtus sit alius numerus. Sic vero dispositi numeri non poterunt fallere:

πάλιν ἴμολεν, ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ἐπ-
ήλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ·
ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατίβαλ',
ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί.

Et, ut alio utar exemplo, quis illud vocabulum, quod Aristophanes in extremis Ecclesiazusis ex LXXVIII. syllabis composuit, uno versu aut scribi volet, aut scriptum recte recitare audebit?

Venio ad dispositionem carminum antistrophicorum. Atque ut nonnumquam in stasimis, quæ ab universo choro cantantur, antistrophica a criticis neglecta sunt, ita multo sæpius hoc factum est in colloquiis chori, iisque carminibus, quæ *ἀπὸ σκηνῆς* et *κόμμοι* vocantur. Nec mirum. Nam in stasimis et stropham sua

statim excipit antistropha, nec metra tam sunt impedita, quam in illis, quas dixi, partibus: in quibus non solum dochmiacus numerus dominari solet, sed etiam antistrophæ plerumque a strophis suis longius remotæ sunt. Quod etsi nusquam sine certo ordine fit, sæpe tamen legem et rationem hujus ordinis invenire difficillimum est, nunc ambiguitate lectionis, nunc lacunoso textu, nunc similitudine metrorum, nunc ipsa multitudine stropharum ubique impedimenta objiciente. Nec tamen desistere ab antistropharum investigatione, et ad ἀπολελυμένα, quæ perperam monostrophica appellari solent, confugere critico licet, quia, ut alibi a me adnotatum est, nullum videtur carmen, quod quidem paullo longius sit, in Græcorum tragœdiis esse, præsertim si personarum aliquas alternationes habeat, quod non aut totum, aut saltem ex parte antistrophicum sit. Accedit aliud, quod magno cum detrimento justæ interpretationis hactenus neglectum est ab his, qui Græcas tragœdias ediderunt: personarum dico, ex quibus chorus constat, distinctionem: quæ ut sæpe ad chori partes recte intelligendas plurimum confert, ita interdum etiam in antistrophicorum et inventione, et a partibus non antistrophicis dijudicatione insigne momentum habet. Solent tragicorum editores, veterum librorum exemplo, chori nota uti, etiam ubi non universus chorus canit: quod ego ibi non improbo, ubi coryphæus pro choro loquitur. Sed fugerat eos, interdum plures, et aliquando etiam omnes quindecim personas, ex quibus chorus constat, singillatim loqui: quod quum primum esset a me in Æschyli Agamemnone observatum, eaque observatio e scholis meis in publicum dimanasset, Boeckhius in libro, quem de Græcorum tragicis scripsit, hanc chori personarum distinctionem etiam ad alia tragicorum carmina adhibuit: cujus viri assensio mihi gratissima est, quamvis hic illic non nihil ab ejus sententia discedendum putem. In Euripidis Hercule tria sunt carmina, in quibus plures choricæ personæ aliquas partes agant. Ac nescio an quartum addi debeat, v. 107. ss. quod propemodum persuasum mihi habeo a tribus senibus recitari, quorum duo stropham atque antistropham, tertius epodum habeat, nisi epodus quoque tribus senibus distri-

buenda est. Sed magis operæ pretium est, de reliquis carminibus exponere.

Atque in ea quidem scena, quæ incipit v. 734. notatio antistropharum non erat difficilis: sed gravius hæc scena alio nomine laborabat. Neque enim versus 738. 739. tribui debebant Amphitruoni, qui ante v. 734. scenam reliquerat. Qui hoc pulcre animadvertit, Tyrwhittus, in eo tamen erravit, quod et hos duos trimetros, et reliquos, quos in hac scena chorus habet, coryphæo adscribendos, melica autem universo choro danda esse censuit. Nam trimetros quidem non omnes ab eadem chori persona recitari res ipsa docet, quum is, cujus sunt versus 743. 744. alium moneat, ut secum propius ad regias ædes observatum accedat. Quare quæ interea chorus agit, aliarum sint personarum necesse est, quam horum, qui observatum ierant. Deinde quæ melica Tyrwhitto videntur, non sunt melica, quippe dochmiacis numeris scripta, quod genus metri et ab his, quæ proprie melica vocantur, nonnihil differre, neque ad universi chori concentum videtur adhibitum esse. Docuit enim me diligens harum rerum observatio, dochmiacos, pariterque alios quosdam numeros, ubi choro adscribuntur, non ab universo choro, sed aut a coryphæo, aut a singulis aliquibus chori personis, interdum fortasse a duabus tribusve conjunctis recitari. Et quum hic locus, ut in quo indignatio, spes, metus, rei cognoscendæ cupiditas, gaudium denique variis motibus senum animos agitet, non solum apprime aptus sit conserendo colloquio, sed pene necessitate quadam postulet singulorum sensus exprimi: sic versus distribuendos putavi, ut nullus esset quindecim senum, quin suas in eo colloquio partes haberet. Id autem quomodo faciendum esset, trimetri maxime monstrabant. Nam quum versus 738. 739. et 751. 752. et eodem modo alloquutionem Lyci contineant, et idem prodant ingenium, consentaneum est, hos quatuor versus ab eadem persona pronunciatos credere. Deinde qui habet versus 743. 744. ut ex alloquutione ὦ γεραιέ intelligitur, unum alium senem propius ad regias ædes secum adducit. Hos igitur, cæso Lyco, rem reliquis indicare necesse est: idque illi faciunt, et sic quidem, ut is, qui antea

tacitus cum altero abierat, pronunciet versum 756. eique alter, qui hunc antea secum avocaverat, versibus 757. 758. succedat. Nam ut sic mihi persuadeam, æquabilitas distributionis facit, de qua deinde dicam. Sic trium senum partibus descriptis, qui reliqui sunt numero XII. eorum ubique bini dochmiacas strophas habent. Quæ strophæ etsi sunt numero quatuor, sex tamen partibus constant, quod prima stropha ejusque antistropha duas habent partes. Ordo stropharum hic est: α'. β'. α'. β'. sic, ut stropha β' media sit inter duo sibi respondentia systemata e duobus trimetris; antistropha β' autem media inter duo trium trimetrorum systemata, quorum trimetrorum primum in priore systemate Lycus, in antisystemate, illo defuncto, choricus senex habet is, qui antea discedens tacuerat. Itaque ut systema α' quinti senis, antisystema α' autem octavi est, eodem modo etiam ultimi duo trimetri systematis β', ejusque antisystematis, iisdem senibus tributi sunt. Illud memorabile est, Lyci ejulationem, v. 745. non in antistrophicis partibus numerari. Nec tamen hæc res exemplis caret. Cæterum senes numeris eo ordine designavi, quo loquuntur, non quo in orchestra stabant, quod hæc res valde incerta est. Si ea ratio, quæ maxime usitata erat, hic quoque Euripidi placuit, coryphæum credam fuisse eum, qui hic quintus est. Nam et mansisse ille in loco suo videtur, et medius stetisse inter quatuor alios, quorum, si recte judico, primus et secundus primum et secundum, tertius et quartus tertium et quartum scenæ versum recitabant. Vide Photium in v. τρίτος ἡμιστιχεῖ. Sed qua ratione deinceps mutata fuerit chori statio, id vereor ne conjectura divinare non liceat.

Alio modo compositum est carmen, quod est a v. 870. Id hanc formam habet: στροφὸς. α'. α'. β'. γ'. δ'. ε'. δ'. μεσῳδὸς. ε'. γ'. ε'. ζ'. ζ'. β'. ε'. ἀντῳδὸς. Quæ forma quum qua lege nitatur, primo adspectu non appareat, paucis explicanda videtur ejus ratio. Fundamentum descriptionis hæ constituunt strophæ:

γ. δ. ε. δ. μεσῳδὸς. ε. γ. ε. ε.

Quas justo ordine dispositas esse intelliget, qui, quod plerumque in hac re faciendum est, partes eadem littera notatas lineis

in arcus figuram curvatis conjunxerit. His strophis aliæ accedunt hoc ordine, α′, α′, β′, ζ, ζ, β′, sed ita, ut α′, α′, β′ ante. stropham γ′, quæ prioris systematis prima est, ζ′, ζ, β′ autem ante antistropham ε′ collocatæ sint, quæ est prioris systematis ultima, hoc modo:

A. A. B. γ. δ. ε. δ. μεσῳδός. ε. γ. ε. Z. Z. B. ε.

In qua descriptione, quo perspici possit proportionis æquabilitas, strophæ A. A. B. B. Z. Z. aut non sunt lineis conjungendæ, aut sic jungi debent, ut, si reliquas notas infra versum, quo dispositæ sunt, linearum ductibus conjunxeris, has supra versum jungas. Cæterum in hoc quoque carmine, quæ chorus habet, non ab solo coryphæo recitari tam est manifestum, ut demonstratione nihil indigeat. Videntur autem hic quoque singuli de choricis senibus suas partes habere: quorum primis quinque proodum dedi, e quinque diversis partibus constantem. Quæ sequuntur stropha et antistropha α′, has sextus ac septimus senex habent: a diversis enim pronunciari ex eo colligitur, quod antistropha confirmationem quamdam eorum, quæ in stropha dicta erant, ideoque responsionem continet. Alia ratio est stropharum β′, γ′, δ′, ε′, quarum antistrophæ quum non statim suas strophas sequantur, non opus habent mutatione personæ. Itaque iidem senes, qui strophas recitant, octavus, nonus, decimus, undecimus, etiam antistrophas habent, nisi quod in quinta antistropha primus versus nuncii est. Mesodus duodecimi senis est. Qui reliqui sunt tres senes, eorum tertius decimus habet stropham ε′, cujus antistropha nuncii est; quartus decimus in stropha et antistropha ζ′ cum nuncio colloquitur: quæ quidem strophæ quod ex adverso positæ sunt strophis α′, deberent a duobus senibus recitari, nisi nuncii interventu turbaretur colloquii decursus. Denique quinti decimi senis epodus est.

Plurimum difficultatis habet illud carmen, quod est a v. 1011. ad 1076. in cujus stropharum ratione investiganda dici vix potest quantum laboraverim, quum et corruptelæ quædam non leves, et numerorum ambiguitas ubique moram objicerent. Vi-

deor mihi tamen eam viam invenisse, quam, nisi insignes lectionis diversitates aliquando in codicibus reperiantur, idoneis judicibus probatum iri sperem. In hoc quoque carmine et orationis conformatio, et motus, in quo chorum esse videmus, singulis chori senibus peculiares partes vindicat. Quin ipsa antistropharum dispositio consulto sic videtur instituta esse, ut aliquam perturbationis speciem præ se ferret. Proodus tres partes habet: eam sequuntur stropha, antistropha, et epodus. Hæc igitur sex primis senibus distribuenda putavi. Sequuntur duo antistrophica systemata, personis propter agitationem animorum, nulla certa lege divisis. Horum systematum illud potiorem locum tenet, quod ex his strophis constat:

δ. ε. ς. η. ϑ. ι. ι. ια. ια. ϑ. η. ς. ε. δ.

Alterum hanc formam habet:

β. γ. ζ. γ. ζ. β.

Hoc ita priori junctum est, ut inter stropham β′ et stropham γ′ medii sint tres trimetri, qui non pertinent ad antistrophicorum dispositionem, quemadmodum majore etiam audacia in Ione anapæstos mediis strophæ versibus insertos videmus: v. Musgrav. ad ejus fabulæ v. 186. Deinde inter stropham ζ′ et antistropham γ′ mediæ sunt strophæ η′, ϑ′, quemadmodum harum antistrophæ mediæ sunt inter antistrophas ζ′ et β′. Denique strophæ ι′, ι′, ια′, ια′, quæ mediæ sunt prioris systematis, ab utraque parte habent antistrophas γ′ et ζ′, hoc modo:

Β. Ι. Γ. δ. ε. ς. Ζ. η. ϑ. Γ. ι. ι. ια. ια. Ζ. ϑ. η. Β. ς. ε. δ.

Quarum stropharum si ea paria, quæ litteris initialibus notata sunt, superne, reliqua autem infra versum arcuatis lineis conjunxeris, lex et ratio dispositionis manifesta erit. Nec latebit etiam in personarum distributione quædam æquabilitas, quarum has, γ′, γ′, ζ′, ζ′, ι′, ι′, solus Amphitruo habet: leve est enim, quod antistrophæ γ′ duæ priores syllabæ chori sunt. Alio modo æquabilitas quædam est in personis strophas η′, η′, ϑ′, ϑ′, habentibus, quæ est etiam in strophis β′, β′, δ′, δ′. Dedi autem

septimo seni stropham β′; octavo tres trimetros, qui eam strophan excipiunt; nono stropham δ′; decimo οἴμοι, v. 1044. quod extra antistrophica est, et quæ in stropha ϛ′ chorica sunt; undecimo stropham η′; duodecimo initium strophæ γ′; tertio decimo chorica in strophis ι′, ι′, ια′, ια′; quarto decimo antistropham θ′; quinto decimo denique antistropham ϛ′. Duos enim istos trimetros, qui sunt in fine totius carminis, non licebat in his partibus numerare, quas chorus in quindecim personas divisus recitat, quod chorum Amphitruonis monitu jam reliquisse stationem suam intelligitur. Itaque his trimetris simpliciter chori nomen apposui, quo indicaretur, eos universi chori nomine a coryphæo pronunciari. Observandum est autem, ut in superioribus duobus carminibus chorum κατὰ στοίχους incessisse verisimile est, coryphæo medium inter quatuor alios locum tenente, ita hic accessionem factam videri κατὰ ζυγά, secundum Pollucem IV. 108. s. ut coryphæus ab utroque latere unum haberet socium. Atque in proodo, si quid tribuendum est illi æquabilitatis studio, cujus tot vestigia in Græcorum re scenica reperiuntur, tertiam partem habebat coryphæus; pariterque secundi ordinis qui medius stabat, epodum videtur recitasse, v. 1028. Sed tertii ordinis medius, si recte sentio, etiam tempore medius inter comites suos recitabat tres trimetros, qui sunt post stropham β′. In reliquis autem duobus ordinibus is, qui medius erat, antecessisse socios suos videtur: in quarto ordine in stropha ϛ′, in quinto in strophis ι′, ι′, ια′, ια′, cum Amphitruone colloquens. Licet igitur conjicere, choricos senes hoc modo fuisse dispositos:

α′. γ′. β′.
δ′. ϛ′. ε′.
ζ′. η′. θ′.
ια′. ι′. ιβ′.
ιδ′. ιγ′. ιε′.

Quod quidem nolim ita intelligatur, ac si hanc stationem per totam scenam conservaverit chorus: immo credibile est, variis chori obambulationibus effici solitum esse, ut semper is ordo, cujus aliquæ partes jam essent, proximus staret spectatoribus.

Ut Euripides in hac fabula utroque disponendi chori modo, et κατὰ στίχους, et κατὰ ζυγά, usus est, ita idem fecisse videtur Sophocles in Œdipo Coloneo, in qua fabula ter singulas chori personas loquentes introduxit, κατὰ στίχους a v. 117. et quidem bis; deinde κατὰ ζυγὰ a v. 510. et iterum κατὰ στίχους a v. 829.

Denique ne in illo quidem Herculis Furentis loco, qui est a v. 1169. antistrophicorum descriptio difficultate vacabat. Quamquam enim hic personarum quoque æquabilis distributio est, tamen et similitudo metrorum, et lacunæ multum dubitationis afferebant. Verum tamen hoc quoque carmen sic mihi videor expedivisse, ut plana jam sit lex, quam sibi poëta in disponendis antistrophis scripserat. Theseus in hoc loco non nisi trimetris aut monometris iambicis hypercatalecticis loquitur, servans dignitatem suam. Amphitruo, ad quem mala ista magis attinebant, metra habet majorem animi motum significantia, quæ maximam partem e dochmiacis numeris constant. Initium carminis duæ sunt strophæ, quarum statim antistrophæ subjiciuntur:

ΑΜΦ.	ΘΗΣ.	ΑΜΦ.	ΘΗΣ.
α′.	β′.	α′.	β′.

Malui sic distinguere, quam, quod poterat fieri, has quatuor strophas in duas, stropham atque antistropham conjungere, hoc modo:

ΑΜΦ. ΘΗΣ.	ΑΜΦ. ΘΗΣ.
α′.	α′.

Nam etiam infra trimetri, quos Theseus habet, non cohærent cum strophis, quæ sunt Amphitruonis, sed soli per se constant, sibique respondent. Omninoque, ut mox apparebit, eximi possunt Thesei verba omnia, salva manente antistrophicorum lege in Amphitruonis verbis. Sequitur inde usque ad finem aliud systema, ex his strophis constans:

γ. Δ. ι. Μ. ι. Δ. ς. Ζ. η. Ζ. μ. Θ. ς. Θ. η. ι. ι. γ.

Quarum si singula paria curvis lineis, ut supra docui, conjungantur, non poterit non manifesta esse dispositionis regula. Sed

clarius etiam, quam accurate omnia sibi respondeant, cognoscetur, si Thesei verba, quæ litteris initialibus notavi, omiseris:

γ. ε. ε. ς. η. μεσωδὸς. ς. η. ι. ι. γ.

Et sic hoc quoque apparebit, quare Theseus in priore carminis parte mesodum habere potuerit, quum in posteriore nec mesodus, neque omnino ullæ Thesei partes sint.

Non diffiteor, sæpe molestissimam esse, tædiique plenissimam harum rerum perscrutationem: verum quam poëtæ in elaborandis tragœdiis suis curam subtilitatemque non detrectarunt, eam ne criticus quidem, aut ut nimis exilem contemnere, aut ut nimis impeditam reformidare debet: postularique jure potest, ut, qui artem criticam exercere velit, prius, quibus ea legibus in quoque genere regatur, cognoscere studeat. Multum enim præstat, etiam magni laboris exiguum fructum reportare, quam non explorato fundamento superstruere, quæ levi impulsu ruitura prævideas.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΩΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΩΝΟΣ.

ARGUMENTUM RECKII.

ΚΡΕΟΥΣΑΝ, τὴν Ἐρεχθέως, Ἀπόλλων φθείρας, ἔγκυον ἐτοίησεν ἐν Ἀθήναις· ἡ δὲ τὸ γεννηθὲν ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν ἐξέθηκε, τὸν αὐτὸν τόκον καὶ τοῦ ἀβακήματος καὶ τῆς λοχείας μάρτυρα λαζοῦσα. τὸ μὲν οὖν βρέφος Ἑρμῆς ἀνελόμενος, εἰς Δελφοὺς ἤνεγκεν. εὑροῦσα δ' ἡ προφῆτις, ἀνέθρεψε. τὴν Κρέουσαν δὲ Ξοῦθος ἔγημε· συμμαχήσας γὰρ Ἀθηναίοις, κατὰ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκωδοντιδῶν, τὴν βασιλείαν καὶ τὸν τῆς προειρημένης γάμον ἔλαβε δῶρον. τούτῳ μὲν οὖν οὐκ ἄλλος παῖς ἐγένετο. τὸν δ' ἐκτραφέντα ὑπὸ τῆς προφήτιδος, οἱ Δελφοὶ νεωκόρον ἐτοίησαν. ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἐδούλευσε τῷ πατρί. Ἀπόλλων δὲ χρησομένῳ τῷ Ξούθῳ περὶ παιδογονίας, δῶρον ἔδωκε τὸν αὐτοῦ καὶ τῆς Κρεούσης, Ἴωνα καλούμενον, τὸν περὶ αὐτῷ δουλεύσαντα. Ἡ μὲν μήτηρ ἀγνοοῦσα, ἐπιβουλεύει τῷ παιδὶ αὐτῆς· καταληφθεῖσα δὲ, θανατοῦσθαι κατὰ τὸν νόμον ἤμελλεν. Ἐνταῦθα δὲ ἀναγνωρισμοῦ γενομένου, ἡδέως τὸ δρᾶμα ἀποτελεῖται. Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Δελφοῖς.

CREUSAM, Erechthei filiam, Apollo vitians, gravidam fecit Athenis: illa vero partum sub arcem exposuit, eundem locum et delicti et partus testem accipiens. Infantem igitur Mercurius auferens, Delphos tulit: inveniens illum prophetissa educavit: Creusam autem Xuthus duxit uxorem. Qui cum in bello contra Chalcodontidas, principes Eubœæ, opem tulisset Atheniensibus, dono ab illis accepit et regnum et prædictæ nuptias. Huic igitur alius filius non fuit: hunc vero, educatum a sacerdote, Delphi ædituum fecerunt. Qui ignorans servivit suo patri. Apollo itaque Oraculum consulenti Xutho de liberis obtinendis, donum dedit suum et Creusæ filium, Ionem vocatum, illi prius famulantem. Mater itaque per ignorantiam suo filio insidias struit. At deprehensa ex lege morte erat afficienda. Hic vero mutua agnitione facta, suaviter Fabula clauditur. Scena hujus Fabulæ in Delphis fingitur.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΡΜΗΣ.	MERCURIUS.
ΙΩΝ.	ION.
ΧΟΡΟΣ *Θεραπαινίδων Κρεούσης.*	CHORUS *ex Creusæ* Ancillis.
ΚΡΕΟΥΣΑ.	CREUSA.
ΞΟΥΘΟΣ.	XUTHUS.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ, *ἢ* ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.	SENEX, sive Pædagogus.
ΘΕΡΑΠΩΝ ΚΡΕΟΥΣΗΣ.	FAMULUS CREUSÆ.
ΠΥΘΙΑ, *ἤτοι* ΠΡΟΦΗΤΙΣ.	PYTHIA, seu VATES.
ΑΘΗΝΑ.	MINERVA.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΩΝ.

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Mercurius, prologum agens, argumentum totius Fabulæ proponit, Apollinem nimirum ex Erechthei filia, Creusa, filium Ionem genuisse, quem a matre expositum ipse Mercurius ad Delphos portaverat educandum. Creusam interea cum Athenarum regno Xutho ob bellicas virtutes traditam, qui cum liberis careret, una cum uxore oraculum consulturus jam Delphis aderat, cui Apollo filium Ionem erat mox daturus. Ion, in scenam progressus, studium suum ac ministerium in templo commemorat, Apollinem interim faustis precationibus et hymnis prosequens. Chorus famularum Creusæ miratur augustam structuram et elegantes picturas Delphici templi; Ione eas speciatim explicante. Colloquium Creusæ et Ionis, in quo hujus ingenua simplicitas, illius justæ, at tectæ, querelæ in Apollinem apparent. Xuthus, e Trophonii specu reversus, uxorem salutat, quidque ipse egerit, et quid illam velit agere, exponit. Ion, adhuc verborum Creusæ memor, cum Apolline expostulat nonnihil; ægre ferens, Diis probra imputari. Chorus Deos orat, ut fausta dominis reddi velint responsa, et Erechthei genus propagare dignentur, cujus spes omnis in unica jam Creusa posita videbatur. Hinc liberorum procreationem laudat, quorum fructum extollit. Panem et Nymphas Atticas de injuria Creusæ ab Apolline illata testatur.

ΕΡΜΗΣ.

ΑΤΛΑΣ, ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν,

MERCURIUS.

Atlas ille ferreis humeris cœlum,

Omnis tragœdia religionem spirat cum gravitate et dulcedine; omnia ita comparata sunt, ut major quædam existat solennitas. Delphicum templum poëta sistit tale, quale ipsius ætate fuit. Fuit autem tum quintum, hoc est, quinta vice restitutum templum, a. 548. a Chr. Magna sacerdotum, sacrificulorum et vatum fuit ibi copia, major etiam virorum et feminarum ministerio templi occupatarum. Ad introitum sanctuarii habitabat custos thesaurorum dei, quam personam Ioni tribuit Mercurius. Ipse situs urbis, quæ rupibus undique erat cincta, ad ejus majestatem aliquid contulit, certe effecit, ut thesauri ibi reconderentur. Antiquissimis temporibus non nisi semel quotannis responsa dabantur, tum semel singulis mensibus et certis quibusdam ritibus. Constituebatur denique sorte dies, quo iis responderetur, quibus inopia adire templum non permitteret. Eum diem legit poëta, id quod unitatem temporis adjuvit. Actio est implicita et agnitionem atque peripetiam egregiam exhibet. Quod Xuthus ipse lætatur de commerico, quod Mercurio fuerit cum ipsius uxore, id erat ex sensibus veterum judicandum. In Oreste Menelaus Tyndaro honoris causa dicit, Jovem cum ipso lectum esse parti-

* Tit. citatur Stob. Grot. 74. p. 325. ubi Iphigenia in margine. Errorem correxit Grotius ipse in Excerpt. p. 332. In margine Tit. xciii. p. 376. Ione legitur, ubi locus est Inûs; cujus fab. nomen additur in Tit. x. p. 70. Citat. Tit. xcviii. p. 409. omisso fab. nomine. Ione legendum etiam pro Inone, Grotii monita, Excerpt. p. 332. in marg. p. 468. Tit. cxiv. Locus est v. 730.

Θεῶν παλαιὸν οἶκον, ἐκτρίβων, θεῶν
Μιᾶς ἔφυσε Μαῖαν, ἥ μ' ἐγείνατο
Ἑρμῆν, μεγίστῳ Ζηνὶ δαιμόνων λάτριν.
Ἥκω δὲ Δελφῶν τήνδε γῆν, ἵν' ὀμφαλὸν
Μέσον παθίζων Φοῖβος ὑμνῳδεῖ βροτοῖς,
Τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα θεσπίζων ἀεί.
Ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις,
Τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη,
Οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις
Βίᾳ Κρέουσαν, ἔνθα πρόσβορρους πέτρας

Deorum antiquam domum, terens, *ex* Dearum
Una genuit Maiam, quæ me genuit
Mercurium, maximo Jovi Deorum puncium.
Venio autem *in* hanc Delphorum terram, ubi umbilicum
Supra medium sedens Phœbus canit hominibus
Præsentia et futura vaticinans semper.
Est enim non obscura Græcorum civitas
Ab auream-hastam-gerente Pallade vocata,
Ubi filiam Erechthei Phœbus nuptiis *sibi* junxit
Creusam per vim, quo loco septentrionalia saxa,

tum. In Hercule Fur. Amphitryo simili de caussa gloriatur. Comparationem Jovis cum Racinii Athalia instituit accuratam et doctam Prevostus, T. IX. p. 160. ss. *Beck.*

1. Ἀ. *ὁ τόνος χαλκίοιον οὐρανὸν,*] Conf. de pausa hujus versus R. P. in Hecub. 347. et in Præf. p. clxxii. *Burn.*

Ἄτλας ὁ χαλκίοιον τόνος οὐρανὸν,] Omnes omnium poëtarum loci sunt pleni hujus Fabulæ, de Atlante Cœlum humeris sustinente. Homer. Od. α'. v. 53. —ἔχει δέ τε κίονας αἰνὰς Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν. Ovid. Metam. Lib. IV. Fab. 7. *Quantus erat, mons factus Atlas: Nam barba Comæque in sylvas abeunt; juga sunt humerique manusque; Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen: Ossa lapis fiunt. Tum partes altus in omnes Crevit in immensum (sic, Dii, statuistis) et omne Cum tot sideribus cælum requievit in illo.* Vid. Natal. Com. Mytholog. Lib. IV. c. 7. Apollodorus Biblioth. Lib. I. c. 2. §. 3. Ἰαπετοῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ, Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν. *Barnes.*

2. Ἐκτρίβων,] Οὕτως ἄντικρυς ὁ Χαλκιόπονος Ἄτλας, ὅστις μᾶλλον τὸν οὐρανὸν, ἢ τοὺς ὤμους, ἐκτρίβειν ἐν τῷ ἀείχειν αὐτόν. *Barnes.*

παλαιὸν] MS. E. παλαιῶν. Vox ἐκτρίβων, interprete Barnesio, indicat, Atlantis dorsum adeo durum fuisse, ut cœlum potius attereret, quam ab eo vel minimum attereretur. *Musg.*

Citat Eustath. in Dionys. 229. • *Burn.*

3. Μιᾶς] i. e. Pleiones. Apollod. Lib. III. c. 10. sect. I. *Musg.*

Μιᾶς] Θεῶν μιᾶς ex una aliqua dearum; hujus nomen erat Pleione, Oceani et Tethyos filia, uxor Atlantis, ex qua septem Pleiadas ille suscepit, Steropen a Marte compressam, Alcyonen et Celæno, a Neptuno, Electram et Taygetam, a Jove, ut et Maiam, ex qua Mercurium genuit. Septima autem, Merope dicta, Sisypho nupsit. *Barnes.*

4. λάτριν.] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. λάτρεν, ut superscriptum habet MS. G. *Musg.*

5. Citat Eustath. in Dionys. 1181. *Burn.*

ὀμφαλὸν] Vid. infra ad v. 223. *Barnes.*

Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.
Ἀγνὼς δὲ πατρὶ, — τῷ θεῷ γὰρ ἦν φίλον, —
Γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον· ὡς δ' ἦλθεν χρόνος,
Τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ', ἀπήνεγκεν βρέφος
Ἐς ταὐτὸν ἄντρον, οὗπερ εὐνάσθη θεῷ,
Κρέουσα, κἀκτίθησιν ὡς θανούμενον
Κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ,
Προγόνων νόμον σώζουσα τοῦ τε γηγενοῦς
Ἐριχθονίου· κεῖνο γὰρ ἡ Διὸς κόρη

Palladis sub arce Atheniensium tutricis,
Macras vocant domini terræ Atticæ.
Inscio vero patre, sic enim deo placuit,
Tulit onus ventris: postquam vero tempus venit,
Pariens domi puerum, absportavit infantem
In idem antrum, ubi concubuit cum deo,
Creusa, et exponit ut moriturum
In rotundo orbe cavæ cistæ,
Majorum morem servans, et terrigenæ
Erichthonii. Illi enim Jovis filia

8. *Ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος*] Vid. Joh. Meursii Athen. Attic. Lib. II. c. 5. fol. 102. *Barnes.*

9. *χρυσελόγχου*] Its MSS. Steph. Ed. Ald. *χρυσελόχου*. *Musg.*

11. *πρόσβλητους πίτυας*] Olim *πρόσβλητους* male: nam a *βλῆτις, βλῆτας, βλῆτᾶς*, unde adject. *βλήτιος, βλήτιος, βλητίλος*, et *βλητιὰς ὁ*, et *βλητῶτις* Dionys. hinc *πρόσβλητος, πρόσβλητος*, et *πρόσβλητος*. Sic *καταβλῆτις* Aristot. Sic infra v. 937. *Πρόσβλητον ἄντρον*. *Barnes.*

12. *χθονὸς*] Quo referri in constructione possit hæc vox, non facile dixeris. Si enim sequitur *πρόσβλητους*, falsa est, quæ inde existit, sententia: *Rupes Macras ab agro Atheniensi versus Boream sitas esse.* Urbem enim ipsam attingebant, quæ in Australi parte regionis sita erat. Lego igitur: *τῆς Ἀθηναίων πρόσω*. *Sub arce Palladis, Atheniensium propugnatricis.* Ἀθηναίων *πρόσω* habetur Troad. v. 31. *Musg.*

13. *Μακρὰς καλοῦσι*] *Πίτυας* huc referendum, quod præcessit. Sic infra v. 936. *Οἵνθα Κηφισίας πίτυας, πρόσβλητον ἄντρον, ἃς Μακρὰς καλοῦμεν.* *Πίτυας δὲ Μακρὰς καλούμενας ὑπὸ τῇ Ἀκροπόλει εἶλεν, ἵνθα σπήλαιον τοῦ Πανὸς, καὶ ἕδυτα αὐτοῦ, καὶ βωμός.* Ut infra v. 497. et 937. *Ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ Θισείου τὸ σπήλαιον τοῦτο Κρεούσῃ δὶ, Ξούθῳ Ἐριχθίου, Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι*, Pausania testante. *Barnes.*

15. *ὄγκον*·] Emendatio est H. Steph. Ed. Ald. *ὄγκον*. *Musg.*

16. Confer Phœn. v. 22. ubi *παῖδα* et *βρέφος* itidem in eodem versu occurrunt. *Musg.*

17. Reisk. scribit *οὗ παρεισπάσθη, ubi accubuit deo. Beck.*

19. *ἀντίπηγος*] Hesychius per *πίσσην* et *πιθωτὸν* explicat. Rotundum fuisse ex hoc versu liquet, viminibus contextum ex v. 37. Ovid. Metam. II. v. 554. *Musg.*

Κοίλης ἀντίπηγος] *Ἀντίπηξ, πίσση, πιθωτός· Εὐριπίδης Ἴωνι, ἥγουν ἀγγεῖον*, ex Hesychio, qui hunc locum respicit.

20. *σώζουσα*] Morem patrium servabat, non quod arculæ tali incluserit, sed quod serpentum effigies collo ejus circumdederit: confer v. 1430. *Musg.*

Φρουρὸν παραζεύξασα φυλακὰς σώματος
Δισσὼ δράκοντε, παρθένοις Ἀγραυλίσι
Δίδωσι σώζειν. ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἐπεῖ
Νόμος τίς ἐστιν, ὅφεσιν ἐν χρυσηλάτοις
Τρέφειν τέκνα. ἀλλ' ἣν εἶχε παρθένος χλιδὴν,
Τέκνῳ προσάψασ' ἔλιπεν, ὡς θανουμένῳ.
Καί μ' ὢν ἀδελφὸς Φοῖβος αἰτεῖται τάδε·
Ὦ σύγγον', ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα

Custodes cum adjunxisset, corporis tutamina,
Duos dracones, Agrauli natis
Dedit servandum. Unde Erechthidis illic
Mos quidam est in serpentibus auratis
Alere liberos. Sed ea, quæ habebat virgo ornamenta,
Filio appendens reliquit, tanquam morituro.
Ibi me Phœbus frater hæc rogat:
O frater, profectus ad indigenam populum

22. Φρουρὸν παραζεύξασα φυλακὰς σώματος] Isto modo in proclivi est corrigere pro vulgato φύλακας. Ita scilicet et orationis tenor, et Porsoni regula simul servantur. *Maltby.*

Φρουρὸν] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. φρουρῷ, cum iota subscripto. *Musg.*

23. παρθένοις Ἀγραυλίσι] *Agrauli filiabus.* Erat Agraulos Cecropis uxor (Apollodor. Lib. III. c. 13. sect. 2.) filiasque habuit, satis ex Ovidio notas, Aglauron, Hersen, Pandrosonque: confer v. 499. Per eam jurabant Atticæ mulieres: Aristoph. Thesm. v. 540. Confundunt cum filia Aglauro multi, etiam Veteres, nominatim Ulpianus ad Demosthen. de falsa Legatione, p. 264. Ed. Morell. et Hesychius v. Ἄγλαυρος. Vide et Porphyrium περὶ Ἀποχῆς, Lib. II. sect. 54. *Musg.*

παρθένοις Ἀγλαυρίσι] Olim ἀγραυλίσι legebatur, et exponebatur campestribus, nullo sensu; quare ex historia corrigo. Cecropis filiæ erant Herse, Pandrosos et Aglauros; quibus Minerva commisit Erichthonium, filium suum et Vulcani, in cista inter duos serpentes repositum. Vid. quæ nos infra ad v. 1426. Quin et mater illarum, Cecropis uxor, dicta erat Aglauros; Apollodor. Biblioth. I. c. 13. §. 2. Κέκροψι δὲ γήμαντι τὴν Ἀκταίου κόρην, Ἄγραυλον, etc. lego Ἄγλαυρον. Porphyrius περὶ Ἀποχῆς, Lib. II. §. 54. *In urbe, quæ nunc* Salamis, *olim vero* Coronis *dicta, mense secundum* Cyprios *Aphrodisio, mactabatur Homo* Agraulo (l. *Aglauro,*) filiæ *Cecropis* et *Agraulidis* (l. *Aglauridis*) *Nymphæ.* Hinc poëta tres sorores, ex matre, quæ erat Aglauris nympha, Ἀγλαυρίδας παρθένους vocat. Sic infra, v. 496. Ἀγραύλου κόραι τρίγονοι, ubi Ἀγλαύρου legendum, vel transpositio est admittenda. Vide Ovid. Metamorph. Lib. II. Fab. 12. Pausan. Attic. fol. 16. lin. 5. Herodot. Lib. VIII. c. 53. Johann. Meursii Cecropiæ, c. 28. ubi tamen Ἀγραύλους pro Ἀγλαύρους perperam scribitur. Hesychius: Ἄγλαυρος, θυγάτηρ Κέκροπος· παρὰ δὲ Ἀττικοῖς καὶ ὀμνύουσι παν' αὐτῆς· ἦν δὲ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς. *Barnes.*

24. ss. ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἔτι Νόμος τίς ἐστιν, ὄφεσιν ἐν χρυσηλάτοις Τρέφειν τέκνα.] Ex hoc loco evidentissime apparet, morem fuisse Atheniensibus, ut nobilium, præsertim Erechthidarum, infantes aureis serpentibus involuti nutrirentur; quod infra apertius demonstratur, v. 1426. Δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσου γένυν Δύκημ' Ἀθάνας, ἢ τέκνων ἐντρέφιον λίκνον. Quæ res, haud scio, an ulli criticorum sit observata. *Barnes.*

29. s. λαὸν εἰς αὐτόχθονα Κλεωνὰς Ἀθηνῶν,] Quod ad Heraclid. v. 69. et v. 827. polliciti sumus, ad hunc locum venientes, de

Κλεινῶν Ἀθηνῶν, — οἶσθα γὰρ θεὰς πτόλιν, —
Λαβὼν βρέφος νεογνὸν ἐκ κοίλης πέτρας
Αὐτῷ σὺν ἄγγει σπαργάνοισί θ', οἷς ἔχει,
Ἔνεγκ' ἀδελφῷ τἀμὰ πρὸς χρηστήρια,
Καὶ θὲς πρὸς αὐταῖς εἰσόδοις δόμων ἐμῶν.
Τὰ δ' ἄλλ', — ἐμὸς γάρ ἐστιν, ὡς εἰδῇς, ὁ παῖς, —
Ἡμῖν μελήσει. Λοξίᾳ δ' ἐγὼ χάριν
Πράσσων ἀδελφῷ πλεκτὸν ἐξάρας πύτον

Inclytarum Athenarum, nosti enim, Deas urbem,
Accipiens infantem recens natum cava petra
Cum ipso vase et fasciis, quas habet,
Portato *mihi* fratri *tuo* ad mea oracula,
Et ponito in ipso introitu meorum ædium.
Reliqua vero, (hic enim puer meus est, ut scias)
Mihi erunt curæ. Apollini vero beneficium ego
Præstans fratri, contextum calathum tollens

Atheniensium antiquitate nonnihil disserere, id nos jam pancis absolvemus. Quare, quod præ cæteris Græciæ urbibus antiquitate valeant, id ex plurimis auctoribus probat doctissimus Johannes Meursius Libelli sui de Fortuna Atheniensium primo capite, quod denique ex suo solo orti sint, ideoque αὐτόχθονες et γηγενεῖς dicti, unde insigne habebant auream Cicadam, utpote quæ ex terra et ipsa sit orta, idem loco prædicto ex omne genus auctoribus probat. Hinc Aristoph. Equites, fol. 256. Οἳ ἱππῆς ἐρῶν σπουργοφόρες, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρές. Idem, Nubib. fol. 109. Καὶ σπουργῶν ἀπάρασον] Scholiast. ἱστιδὴ οἱ παλαιοὶ (Ἀθηναῖοι) κατὰ τὴν ἀπαπλοκὴν τῶν τριχῶν χρυσῷ ἐχρῶντο τέττιγι, σημάριον, ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς οἱ τέττιγες. Vid. plura ibid. Item adagium, *Terræ filius*, etiam Isocratem in Panegyrico et Panathenaico. *Barnes.*

29. 30. Ὦ σέγγος· ἴλθεν λαὸς εἰς αὐτόχθονα πλοῦτον Ἀθηνῶν, οἶσθα γὰρ θεὰς πόλιν λαβὸν βρέφος νεόγνον ἐκ κοίλης πέτρας αὐτῷ σὺν ἄγγει, σπαργάνοισί θ' οἷς ἔχει ἔνεγκ' ΑΔΕΛΦΩι τἀμὰ πρὸς χρηστήρια.

Quamvis non ignorem substantiva pronominum loco eleganter adhiberi, et proinde verbum ἀδελφῷ per μοὶ explicari posse, suspicionem tamen de sinceritate hujus lectionis excitant, quæ adduntur τἀμὰ πρὸς χρηστήρια. Quis enim, quæso, ferat sic loquentem: *Tolle infantem fratrique tuo* (pr. mihi) *transfer in templum meum.* Emendandum itaque ni fallor:

ἔνεγκε ΔΕΛΦΟΥΣ τἀμὰ πρὸς χρηστήρια.

et sic Argumenti Auctor, qui sic habet: Τὸ μὲν οὖν βρέφος ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος εἰς Δελφοὺς ἤνεγκεν. *Jacobs.*

31. νεογνὸν] Νεόγονον, νεωστὶ γεννηθέντα. *Barnes.*

32. σπαργάνοισί θ', οἷς ἔχει,] Pro *a* ἔχει. Relativum sequitur sui antecedentis Casum, ut sæpe observare licet. Est vero Atticus usus; ut χρῶμαι Βιβλίοις, οἷς ἔχω. Sed vulgares grammaticæ hanc regulam norunt. *Barnes.*

33. Reisk. emendat: ἔνεγκε Δελφῶν τἀμὰ, *adfer ad fatidicum meum templum, quod Delphis est.* *Beck.*

36. Λοξίᾳ] De voce Λοξίας vid. quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 1014. *Barnes.*

37. πύτον] Ed. Ald. σπύτος et hic et v. 39. Sed errorem correxit Stephanus ex MSS. *Musg.*

πλεκτὸν ἐξάρας πύτον] Pro σπύτος, quod male prius aderat, lego πύτον; ut et Sca-

Ἤνεγκα, καὶ τὸν παῖδα κρηπίδων ἔτι
Τίθημι ναοῦ τοῦδ', ἀναπτύξας πύτος
Εἰλικτὸν ἀντίπηγος, ὡς ὁρᾷ δ' ὁ παῖς.
Κυρεῖ δ' ἅμ' ἱππεύοντος ἡλίου πύκλῳ
Προφῆτις ἐσβαίνουσα μαντεῖον θεοῦ·
Ὄψιν δὲ προσβαλοῦσα παιδὶ νηπίῳ
Ἐθαύμασ', εἴ τις Δελφίδων τλαίη πόρη
Λαθραῖον ὠδῖν' ἐς θεοῦ ῥίψαι δόμον.
Ὑπὲρ δὲ θυμέλας διορίσαι πρόθυμος ἦν,
Οἴκτῳ δ' ἀφῆκεν ὠμότητα, καὶ θεὸς
Συνεργὸς ἦν τῷ παιδὶ, μὴ 'κτεσεῖν δόμων.

Detuli, et infantem super crepidinem
Templi hujus pono, speriens calathum
Circularem arcuæ, ut videretur infans:
Solis autem orbe oriente, casu
Sacerdos ingressa est templum Dei,
Oculisque conjectis in infantem puerum,
Mirata est, siquæ Delphica puella ausa esset
Clandestinum partum in Dei projicere domum.
Volebat autem extrudere extra sacrum limen,
Miseratione tamen omisit crudelitatem, et Deus
Adjutor erat puero, ne ejiceretur domo.

40. ἰρᾶσθ'. 41. ἀναπτύσσοντος.

liger legit, et Scholiastes Aristophanis, fol. 459. *πύσσειν* explicat, per *κοτύλας* et *κοτύλας, ὑποκορισπικὰ τοῦ πύτος*. Litera autem *σ* adhæsit voci *πύτος* per exscriptorum incuriam et sonum ex dictatorum lectione male continuatum finientis literæ vocis præcedentis ἐξέρας, et *ἀναστύξας* in versu post unum proxime sequenti: de utroque enim loco monendum. *Barnes.*

39. *πύτος*] Vid. supra ad v. 37. *Barnes.*

40. *ἰρᾶσθ'*] MS. E. *ἰρᾶθ'*. Legendum cum Scaligero *ἰρᾷθ'*, i. e. *ἱερᾶται*. *Musg.*

Εἰλικτὸν] Ἑλικτὸν· Ἑλίσσων et *εἱλίσσω*.

ὡς ἰρᾶσθ' ὁ παῖς] Scaliger legit *ἰρᾷθ'* pro *ἱερᾶται*, Duportus haud æque bene, *ἰρᾶθ'*, sed et *ἰρᾶσθ'* stare potest, pro *ἰρᾶσθαι, ὡς ἰρᾶσθαι ὁ παῖς*, pro *ἔστι ἰρᾶσθαι τὸν παῖδα*. Sic enim Plutarchus in Themistocle: *λίγουσι οὖτω παράφορος πρὸς δίξαν εἶναι, ἔστι νίος ὢν ἔτι σύπους ἰρᾶσθαι τὰ πολλὰ πρὸς ἑαυτῷ καὶ τὰς νύπτας ἀγρυπνῶν.* Sic Plato: *ἱδὼς οὖν, ὡς ἴδιῶ τὸν Ἀριθμόν*: Hic *ὡς* pro *ἔστι*, illic *σύπους* pro *σύπουν*. nam frequentius paulo dicimus: *ἔστι ἰρᾶσθαι αὐτὸν*: nequaquam autem periculose *ἔστι ἰρᾶσθαι αὐτός*: Et est Ἀντιφάνους, cujus rei ignari viri alioquin satis docti, temere in hunc locum involarunt. *Barnes.*

41. Tempus, quod hic designare voluit Euripides, haud dubie est ortus Solis. Nam si infans interdiu ad limina templi depositus fuisset, adstantes non latuisset miraculum. Aut si inter ortum Solis et Pythiæ adventum hora una aut altera effluxisset, ab aliis prius, quam ab ipsa visus fuisset. Esto igitur, ortum Solis designari, formula, qua Græci plerumque hoc indicant, est: *ἅμ' ἡλίῳ ἀνίσχοντι*. Sequitur, in hoc versu eam formulam poëtice enunciari. Desideratur igitur *ἅμα*. Jam si legamus *ἅμ' ἀναπτύσσοντος*, nulla matutini temporis significatio erit; si *ἅμ' ἀναπτύσσοντος*, anapæstus erit in secunda sede, ne

Τρέφει δέ νιν λαβοῦσα· τὸν σπείραντα δὲ
Οὐκ οἶδε Φοῖβον, οὐδὲ μητέρ', ἧς ἔφυ,
Ὁ παῖς τε τοὺς τεκόντας οὐκ ἐπίσταται.
Νέος μὲν οὖν ὢν ἀμφὶ βωμίους τροφὰς
Ἡλᾶτ' ἀθύρων· ὡς δ' ἀπηνδρώθη δίμας,
Δελφοί σφ' ἔθεντο χρυσοφύλακα τοῦ θεοῦ
Ταμίαν τε πάντων πιστὸν, ἐν δ' ἀναπτόροις
Θεοῦ καταζῇ δεῦρ' ἀεὶ σεμνὸν βίον.
Κρέουσα δ', ἡ τεκοῦσα τὸν νεανίαν,
Ξούθῳ γαμεῖται συμφορᾶς τοιᾶσδ' ὕπο·
Ἦν ταῖς Ἀθήναις τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,

Susceptum autem ipsum alit, patrem vero ejus
Phœbum esse nescit, neque matrem, ex qua natus est:
Et puer quoque ipse parentes suos non novit.
Juvenis igitur existens, circa victum ex aris datum
Vagabatur ludens: ubi vero evasit in virum,
Delphi ipsum fecerunt custodem auri ipsius Dei,
Et fidelem quæstorem omnium: in templo vero
Dei vivit hucusque semper honestam vitam.
Creusa vero, quæ pepererat hunc adolescentem,
Xutho nubit, tali casu:
Erat Athenienſibus, et Chalcodontidis,

dicam, ἀνατείνοντος ἡλίου non tam ortum Solis, quam adscensum ejus ad meridiem significare. Legi potest: ἅμ' ἑσπέλλοντος, vel ἅμ' ἑσπαίσαντος ἡλίου πόλῳ: quorum tamen neutrum ad vulgatæ vestigia satis prope accedit.

Homerus Hymno in Mercur. ἡλίου κὶν ἑσπελλομένοιο. Artemidorus: ἡλίου ἑσπελλομένου, l. 3. *Musg.*

ΠΑΙ. Ποῖόν τι μορφῆς σχῆμ' ἔχουσαν ἀγρίας;

Cre. Apertum quid *est* cædes, et servi infirmum.
Pæd. Hei mihi! Timida facta es. Eja *igitur* tu nunc aliquod ini consilium.
Cre. Atqui habeo dolosa et efficacia.
Pæd. Ero minister hujus utriusque *rei* ego.
Cre. Audi igitur: novisti pugnam terrigenarum?
Pæd. Novi, quam commiserunt *in* Phlegra Gigantes cum diis.
Cre. Ibi Terra edidit Gorgonem, terribile monstrum.
Pæd. Num suis filiis Gigantibus sociam, deorum laborem?
Cre. Etiam: et eam interfecit Jovis filia, Pallas dea.
Pæd. Quam vero formæ truculentæ figuram habebat?

assecla, quod ibi mancum vidit, ita visus est conjectando resarcire: Πῶς; *si* γὰρ εἶη δυνατὸν, etc. Quæ tamen totidem verba Aldina habet editio; quam tanto viro prorsus ignotam fuisse, vix mihi persuasero. Certe versum nunc plenum habes et sanatum. *Barnes.*

983. Ἐπίσημον ὁ φόνος, καὶ τὸ δοῦλον, ἀσθενές.] *Φανερὸς ὁ τοιοῦτος φόνος, ὁ διὰ ξίφους φέρων ἀναίνων, καὶ οἱ ἐκ τέκνης οὖσαι, ἀρχομένης ὄντες καὶ δοῦλοι, μικρόψυχοι, καὶ ἧττον σθένουσι.* *Barnes.*

984. Ὤι μοι, καπίζει.] *Καπὸ φαίνη αὐτὴ, καὶ μικροψυχοῦσα, ἢ καὶ λιποψυχοῦσι καὶ ἀπορεῖς καὶ ἀπορεῖς τὰ ἱερὰ βουλεύματα· φέρε οὖν σὺ βούλευσί τι, καὶ ἐς μέσον ἤνεγκον.* Et sane huic ultimæ sententiæ videtur ipse poëta suffragari paulo post, ad versum nempe 1022. *Οὐκ εὖ τόδ' εἶπας· καὶ σὺ γὰρ τοὐμὸν ψέγεις.* *Barnes.*

987. γηγενῆ μάχην.] De Gigantomachia videndus Apollodor. Lib. I. c. 6. *Musg.*

γηγενῆ μάχην.] Bellum Giganteum, Γιγαντομαχίαν. De Gigantum cum diis pugna vide quæ nos ad Bacch. vs. 535. *Barnes.*

988. ἣν Φλέγρᾳ Γίγαντες ἔστησαν θεοῖς.] *Φλέγρα, τόπος Θρᾴκης, ἣν Ἐδωνὸς μετὰ ταῦτα Παλλήνην φησὶ κληθῆναι.* Stephanus *περὶ τόπων*. Vide eundem in voce Παλλήνη. Hic Gigantum pugna fuisse perhibetur. Ab aliis memoratur Phlegra, Campaniæ urbs, unde Phlegræus etiam campus, de quo vide Cluverium Ital. Antiq. p. 1144. Phlegra autem Macedoniæ est eadem cum Thracica nostra; ea nempe Macedoniæ pars Thraciæ erat contermina. Vide, quæ nos supra ad Heraclid. v. 849. *Barnes.*

989. Ἐνταῦθα Γοργόν' ἔτεκε Γῆ, δεινὸν τέρας.] Quod Gorgon fuerit Terræ filia, hæc fere ita sumenda, ut notavimus de Polyphemo ad Cyclop. v. 641. ubi dicitur et is Terræ filius, quanquam illum ipse Euripides alias Neptuno satum agnoscat; ob stolidam nempe ferociam et diis contrariam impietatem. Alii autem parentes Gorgonum assignantur, Phorcus nempe et Ceto, de quibus Hesiodus Theogon. v. 270, etc. Vide, quæ nos ad Bacch. v. 979. ubi et trium Gorgonum nomina. *Barnes.*

991. καί νιν ἔκτεινε' ἡ Διὸς Παλλὰς θεά.] Medusam Perseus truncasse fingitur, non

ΚΡ. Θώρακ' ἐχίδνης περιβόλοις ἀπλισμένον.
ΠΑΙ. Ἆρ' οὗτος ἔσθ' ὁ μῦθος, ὃν πλύων πάλαι;
ΚΡ. Ταύτης Ἀθάναν δέρος ἐπὶ στέρνοις ἔχειν.
ΠΑΙ. Ἣν αἰγίδ' ὀνομάζουσι, Παλλάδος σταλήν;
ΚΡ. Τόδ' ἔσχεν ὄνομα, θεῶν ὅτ' ἦλθεν ἐς δόρυ.
ΠΑΙ. Τί δῆτα, θύγατερ, τοῦτο σοῖς ἐχθροῖς βλάβος;
ΚΡ. Ἐριχθόνιον οἶσθ'; ἢ τί γ' οὐ μέλλεις, γέρον;
ΠΑΙ. Ὃν πρῶτον ὑμῶν πρόγονον ἐξανῆκε γῆ;
ΚΡ. Τούτῳ δίδωσι Παλλὰς ὄντι νεογόνῳ —
ΠΑΙ. Τί χρῆμα; μέλλον γάρ τι προσφέρεις ἔπος.

Cre. Thoracem spiris viperæ armatum.
Pæd. Num hæc est fabula, quam audivi olim?
Cre. Hujus pelle Minervam pectus munitum habere.
Pæd. Quam Ægidem nominant, Palladis armaturam.
Cre. Hoc adepta est nomen, quando venit in pugnam deorum.
Pæd. Hoc igitur, filia, quid damnum tuis hostibus?
Cre. Erichthonium nosti? aut qui non nosti senex?
Pæd. Quem primum vestrûm progenitorem submisit tellus?
Cre. Huic dat Pallas edito recenter ——
Pæd. Quid? tardum enim quoddam profers verbum.

tamen sine Palladis auxilio; hic paulo aliter se res habet; et alii Ægida clypeum volunt, alter poëta Thoraca, forte ex Atheniensium patriis traditionibus; quas sæpe contra vulgatas poëtarum fabulas militasse Pausanias probat. Ægis autem Jovi præcipue, tum Minervæ et Apollini quoque, tribui solet, ut ex Eustathio liquet. *Barnes.*

993. *ἀπλισμένον.*] Lego cum Scaligero *ἐπλισμένον*, ut concordet cum Γεγῶνα. *δύσεσσα* intelligo sensu anatomico, non tegumentum militare ita dictum. vid. Herc. Fur. v. 1086. *Musg.*

995. *Ἀθάναν*] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. *Ἀθάνας*. *Musg.*

Etiam hic versus videtur non Creusæ, sed Pædagogo, tribuendus esse. *Heath.*

996. Non solus Euripides *αἰγίδα* pectoris munimentum facit. Servius ad Virgil. Æneid. VIII. v. 435. *Ægis proprie est munimentum pectoris æneum, habens in medio Gorgonis caput.* Ovid. Metam. Lib. VI. v. 78.

At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam;
Dat galeam capiti; defenditur ægide pectus.

vid. et Hesychium v. *Αἰγίς*. Martial. Lib. VII. Epigr. 1. *Musg.*

Ἣν Αἰγίδ' ὀνομάζουσι, Παλλάδος σταλήν.] Quod Ægis Jovi et Minervæ, et etiam Apollini tribuatur, vide ad versum 951. Nemo autem est, qui Ægida præcipuum Palladis ornatum in picturis non agnoscat: Quæ tamen plerumque in clypeo pingi solet, non item in thorace, ut pictoribus vel ex hoc loco notandum est. *Barnes.*

999. *Ἐριχθόνιον οἶσθ'; ἢ τί γ' οὐ μέλλεις, γέρον;*] *Ἐριχθόνιον μέμνησαι; ἢ τί γ' οὐ μέλλεις ἀμνημονεῖν;* si enim oblitus est domini tui, Erichthonii, nescio, quid memoriter teneas. In hunc sensum Latinam versionem emendavi. Qui *μέλλεις* legunt, et per *scire non curare* exponunt, quid velint, nesciunt. *Barnes.*

1000. *Ὃν πρῶτον ὑμῶν πρόγονον ἐξανῆκε γῆ.*] Athenienses omnes pro indigenis se venditare solitos, observatum est nobis supra ad v. 29. Præcipue autem Erichthonium fabula narrat ex Vulcani semine in terram projecto editum, quum de concubitu cum Minerva contendisset; unde et nomen sortitus est, *ἀπὸ τῆς ἔριδος δηλο-*

ΚΡ. Διττοὺς σταλαγμοὺς αἵματος Γοργοῦς ἄπο.
ΠΑΙ. Ἰσχὺν ἔχοντ' ἂν τίνα πρὸς ἀνθρώπου φύσιν;
ΚΡ. Τὸν μὲν θανάσιμον, τὸν δ' ἀπεσφόρον νόσων.
ΠΑΙ. Ἐν τῷ καθάψας ἀμφὶ παιδὶ σώματος;
ΚΡ. Χρυσοῖσι δεσμοῖς· ὁ δὲ δίδωσ' ἐμῷ πατρί.
ΠΑΙ. Κείνου δὲ κατθανόντος ἐς σ' ἀφίκετο;
ΚΡ. Ναί· κἀπὶ καρπῷ γ' αὐτὸ τῆς χειρὸς φέρω.

Cre. Geminas guttas sanguinis a Gorgone.
Pæd. Quam vim habentes erga hominis naturam?
Cre. Aliam quidem mortiferam, aliam vero curatricem morborum.
Pæd. In quo? num appendens circa infantem vasculum?
Cre. Aureis ligamentis: hic autem dedit meo patri.
Pæd. Illo vero mortuo ad te pervenit?
Cre. Etiam, et ego illud in manus commissura fero.

1004. ἔχοντ' ἄν. 1009. αὐτὸ 'γὼ.

νόσοι καὶ χθονός. Vel, ut Apollodorus Bibliothec. Lib. III. c. 13. §. 6. ἀπὸ ἱερίου καὶ χθονὸς, ὅτι Ἀθηνᾶ ἱερίῳ ἀναμάξασα τὸν Ἡφαίστου γόνον εἰς γῆν ἔβαλεν. ὅθεν Ἐριχθόνιος γένετο. Idem Natal. Comes, Lib. IV. c. 5. fol. 306. Nos fabulam alias attingere decernimus, infra videl. ad v. 1426. licet Apollodoro cæterisque rerum poëticarum scriptoribus sit decantatissima. *Barnes.*

1002. μέλλον] Malim, sensu non admodum diverso, μελλόν, i. e. *tardum.* Hesychius: μελλὸς, βραδύς. *Musg.*

μέλλον γάρ τι πρεσφέρειν ἔτος.] Credo scribendum: μέλλως γάρ τι πρεσφέρειν ἔτος. Sed et πρεσφέρειν μέλλον ἔτος in Latina versione explicavi, ut sit: μόγις λαλεῖς, καὶ βραδίως πρεσφέρεις εἰς τὸ μέτον, ὥστε ἰμὲ θαυμάζεσθαι, καὶ μέγα τι παρὰ σοῦ πρεσδοκᾶν. *Barnes.*

δεινὸν γὰρ legit Reisk. *Beck.*

1003. Γοργοῦς ἄπο.] Ἡ Γοργὼ dicitur, ut ἡ Μαρμὼ, et Ἀπτὼ, &c. et: ἡ Γοργὼν, όνος, ut supra v. 989. Ἐντυῦθα Γοργόν' ἔνεστι Γῆ, &c. ad quem locum vid. quæ nos de Gorgone. *Barnes.*

1004. ἔχοντ' ἄν] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. ἔχοντ' ἄν. MS. E. ἔχω γ' ἄν. MS. G. ἔχοιμ' ἄν. Lego: ἰσχὺν ἔχοντας. De prosodia vocis ἰσχὺν vid. Heraclid. v. 158. *Musg.*

'Ισχὺν ἔχοντ'] Primo de 'Ισχὺν notandum est, ultimam ejus in recto et quarto semper produci debere, ut hic; ita in Πλαθὺς, ut Homer. Iliad. β'. v. 278. Ὡς φάσαν ἡ πλαθὺς· ἀπὸ δὲ στολίσαρθος Ὀδυσσεύς. et Iliad. σ'. v. 305. Ἡ πλαθὺς ἰσὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀσπιστάων. Ita Ἰχθὺς, Ὀρφὼς, Ἰλὺς, denique omnia substantiva et participia in ὺς, accentu in ultima; sic Ζωγρὸς, Ὀλλὸς, Homer. Iliad. π'. v. 201. Ὀλλὸς Ἀργείους· et si qua alia; non tamen adjectiva itidem, licet acuto in ultima signentur. Nam βραδὺς, σολὸς, ἐξὸς, ὑψὸς. γλυκὺς, βαθὺς, ὀκὺς, δριμὺς, θρασὺς, ultimam corripiunt: multo magis nomina tum adjectiva, tum substantiva, in ως desinentia, quæ nec in ultima signantur, ut: πίλαιος, πίρος, Homer. Iliad. υ'. v. 131. Ἀστὶς δ' ἀστῆς ἀστιῶδ' ἰρυδὶ, πίρος πίρον, ἀντία δ' ἀντίᾳ. Jam de altero verbo, Ἔχοντ': ponitur hoc in loco pro ἔχοντι duali, et concordat putative cum σταλαγμοὺς, quia duæ erant guttulæ; Διττοὺς σταλαγμοὺς vocat poëta. Olim erat male scriptum ἔχων' pro ἔχοντ', simplici latere τοῦ τ' collapso. Hoc non vidit Henricus Stephanus, ideoque ex veteribus suis MSS. ἔχοντ' ἂν τίνα eruebat. Sed fuerit (inquit) ἔχοντ' ἄν, pro ἔχοιμ ἄν, quod rarum est. *Ita ille.* Et tamen mediæ vocis potuit esse ἔχοντ', quod rarum non est fieri. Scaliger vero ἔχοντ' reponit; cui omnino assentior. *Barnes.*

ΠΑΙ. Πῶς οὖν κέκραναται δίπτυχον δῶρον θεᾶς;
ΚΡ. Κοίλης μὲν ὅστις φλεβὸς ἀπέσταξεν φόνου—
ΠΑΙ. Τί τῷδε χρῆσθε, δύνασιν ἐκφέρει τίνα;
ΚΡ. Νόσους ἀπείργει καὶ τροφὰς ἔχει βίου.
ΠΑΙ. Ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς, ὃν λέγεις, τί δρᾷ;
ΚΡ. Κτείνει, δρακόντων ἰὸς ὢν τῶν Γοργόνων.
ΠΑΙ. Εἷς ἓν δὲ κραθέντ' αὐτὸν, ἢ χωρὶς φορεῖς;

Ped. Quomodo igitur se habet geminum donum dea?
Cre. Qui sanguis quidem stillavit ex cava vena.
Ped. In quem usum hac utimini? quam vim habet?
Cre. Arcet morbos, et habet alimenta vitæ.
Ped. Altera vero species, quam dicis, quid facit?
Cre. Interficit, venenum existens draconum Gorgonum.
Ped. In unumne commixtum istum cruorem circumfers?

1011. φόνος. 1016. αὐτὸν ἰχῶρ' ἱεροφορεῖς.

ἴχοντας τένα emendat Reisk. *Beck.*

1006. ἀμφὶ παιδὶ σώματος;] An legendum:

Ἐν τῷ; παλάψας' ἀμφὶ παιδίῳ τένος;

In quo? an circa infantem vas ligans? τένος de parvo vase habet Æsch. Agam. 330. *Musg.*

Vulgata verba ita struit Heath. ἐν τῷ σώματος (i. e. ἐν τίνι σώματος μέρει) παλάψας ἀμφὶ παιδί; *in qua corporis parte puero appendens?*

Reisk. conjicit: μίτον παλάψας' ἀμφὶ παιδὸς ἅμματι. nam de Pallade sermonem esse, et dixisse μίτον δισμοῖς χρυσοῖς pro μίτον χρυσῶν δισμοῖς. *Beck.*

1010. δῶρον] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. δῖρος, unde Reiskius γίρας. [aut γίρας.] *Musg.*

1011. Κοίλης φλεβὸς] Apollodorus, Lib. III. c. 10. sect. 3. παρὰ γὰρ Ἀθήνας λαβὼν (Chiron) τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν τῆς Γοργόνος ῥεῦν αἷμα, τὸ μὲν ἐκ τῶν ἀριστερῶν μυῶν τρὶς φθορὰν ἀνθρώπων ἰσχῦον, τὸ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, πρὸς σωτηρίαν, καὶ διὰ τούτου τοὺς τεθνεῶτας ἀνήγειρεν. Memoratæ Apollodoro φλέβες sunt ex dextra parte, vena cava (Κοίλη φλὲψ) ex sinistra aorta. Aristoteles Hist. Anim. Lib. III. c. 3. δύο φλέβες εἰσὶν ἐν τῷ θώρακι — καὶ ἡ μὲν μείζων ἐν τοῖς δεξιοῖς μᾶλλον, ἡ δὲ ἐλάττων ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ἣν καλοῦσί τινες Ἀορτήν. Magnam hanc venam κοίλην φλέβα dictam quis nescit? vid. Polluc. Lib. II. sect. 225. Hinc patet, κοίλης φλεβὸς temere a Barnesio sollicitatum esse, quod autem reponebat λαιᾶς, cum auctoris mente ex diametro pugnasse.

φόνος] Emendatio est Canteri. Ed. Ald. φόνου, quod frustra tuetur Barnesius. *Musg.*

Κοίλης μὲν ὅστις φλεβὸς ἀπέσταξεν φόνου] Suspicor legendum λαιᾶς pro κοίλης, quia utraque gutta ex vena quadam fluxit; salutifera autem ex læva, letifera ex dextra. De vena *cava* dicta lubens acciperem; si modo alia aliqua vena nominaretur, ex qua et altera flueret gutta. Cum lævam autem prius nominaveris, dextram etiam nomine notasse non erat opus. Canterus pro φόνου mavult φόνος. Ego ad ὅστις, σταλαγμὸς intelligendum reor, et φόνου, pro αἵματος, sic, ut sæpe alias, sumendum. *Barnes.*

Etiam Heath. Barnesio repugnat. *Beck.*

1014. Ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς,] Elegantur dicitur pro ὁ δεύτερος. Sic Helen. v. 409. πολλοὶς ἀριθμοὺς ἄγνυται ναυαγίων. Isocrates in Busiride: πάντας δὲ τοὺς ἀριθμοὺς στρεβλοῦσι. *Musg.*

Ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς,] Ὁ δεύτερος τῶν σταλαγμῶν ἀριθμὸς, pro ὁ δεύτερος σταλαγμός. Hic ἀριθμὸς eleganter redundat;

ΚΡ. Χωρίς· κακῷ γὰρ ἐσθλὸν οὐ συμμίγνυται.
ΠΑΙ. Ὦ φιλτάτη ταῖ, πάντ' ἔχεις, ὅσων σε δεῖ.
ΚΡ. Τούτῳ θανεῖται παῖς· σὺ δ' ὁ κτείνων ἔσει.
ΠΑΙ. Ποῦ; καὶ τί δράσας; σὸν λέγειν, τολμᾷν δ' ἐμόν.
ΚΡ. Ἐν ταῖς Ἀθήναις, δῶμ' ὅταν τοὐμὸν μόλῃ.
ΠΑΙ. Οὐκ εὖ τόδ' εἶπας· καὶ σὺ γὰρ τοὐμὸν ψέγεις.
ΚΡ. Πῶς; ἆρ' ὑπείδου τοῦθ', ὃ κἄμ' εἰσέρχεται;
ΠΑΙ. Σὺ παῖδα δόξεις διολέσαι, κεἰ μὴ κτενεῖς.
ΚΡ. Ὀρθῶς· φθονεῖν γάρ φασι μητρυιὰς τέκνοις.
ΠΑΙ. Αὐτοῦ νυν αὐτὸν κτεῖν', ἵν' ἀρνήσῃ φόνους.

Cre. Seorsim. Cum malo enim bonum non miscetur.
Pæd. O charissima filia, omnia habes, quibus est tibi opus.
Cre. Hoc morietur puer *Ion:* tu vero interfector eris.
Pæd. Ubi, et quid faciens? tuum est, imperare, meum vero obsequi.
Cre. Athenis, domum cum venerit meam.
Pæd. Non recte hoc dixisti: nam et tu meum *consilium* vituperas.
Cre. Quomodo igitur? suspicaris, quod etiam mihi in mentem venit?
Pæd. Tu filium videberis interfecisse, etiamsi non interfecaris.
Cre. Recte, dicunt enim novercas invidere privignis.
Pæd. Hic ipsum interfice itaque, ut megare possis cædem.

1026. Αὐτοῦ νυν.

nec exemplo caret. Male itaque Brodæus: Placet ἄβρεθμος. *Barnes.*

Reisk. emendat: *ὁ διάτορος δ' αὖ ῥυτὸς, alter autem liquor,* fluxus, gutta. *Beck.*

1015. Ex præcedd. edd. Heath. et Reisk. reponunt *ἰὸς* pro *ἰόν*. *Beck.*

1016. *κρανῖν' αὐτὸν,*] Ita recte Barnesius. Constructio est: *αὐτὸν δὲ* (i. e. *τὸν διάτορον σταλαγμὸν*) *εἰς ἓν κρανίνοις ἰχῶρι εἰσφορεῖς*; Ed. Ald. *κρανῖν ταυτόν.*

Legendum, auctore Cl. Snapio Collegii Regalis apud Cantabrigienses olim Præposito:

Εἰς ἓν δὲ κρανῖν' αὐτὸν, ἢ χορὸς, φορεῖς;

Cujus perelegantis sane emendationis notitiam Viro eruditissimo Thomæ Morell S. T. P. debeo. *Musg.*

Εἰς ἓν δὲ κρανῖν' αὐτὸν ἰχῶρ' εἰσφορεῖς] Scaliger pro *ἓν* legit *ἕνα*, non recte; dicimus enim *εἰς ἓν συναλθῶ, in unum coire. Κρανῖνον* autem pro *κρανίνοις* recte Canterus legit, Nov. Lection. Lib. I. c. 11. Masculini enim generis *ὁ ἰχὼρ*, primamque producit, et est Homerica dictio, divorum quasi sanguinem notans. *Barnes.*

1016. s. *Εἰς ἓν — συμμιγῆ.*] De industria hos duo versus præterit Prev., forte quia spurios esse censuit. *Beck.*

1022. *καὶ σὺ γὰρ τοὐμὸν ψέγεις.*] Τοὐμὸν ἤγουν βούλευμα. Respicit locum supra v. 983. ubi Creusa illius consilium rejecerat, ut ille nunc Creusæ: Quare proximo versu, nempe 984. dixit: *Οἷ μοι κακίζῃ φίλε σύ νυν βουλαίσι τι.* *Barnes.*

1023. *ἆρ'*] Τὸ ἆρα περὶ τὴν χρείαν τοῦ μίσγειν καὶ δίκαιον τοῦ ἐρωτᾶν καὶ πιστεύειν καὶ ἐξέτασιν. *Scholiast.*

1025. *φθονεῖν γάρ φασι μητρυιὰς τέκνοις.*] Huc refer illud Callimachi: Στήλην Μητρυιῆς, μικρὸν λίθον, ἵστιφ κοίτης, Ὡς βίον ἠλλάξθαι τὸν πρόσθεν οἰόμενος· Ἡ δὲ τάφῳ πλησθεῖσα, κενίσπασε παῖδα πιοῦσα· Φύσιν Μητρυιῆς καὶ τάφον, οἱ πρόγονοι. De hac re puto illud ortum, et de noverca su-

ΚΡ. Προλάζυμαι γοῦν τῷ χρόνῳ τῆς ἡδονῆς.
ΠΑΙ. Καὶ σόν γε λήσεις πόσιν, ἃ σε στεύδει λαθεῖν.
ΚΡ. Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον; χειρὸς ἐξ ἐμῆς λαβὼν
Χρύσωμ' Ἀθάνας τόδε, παλαιὸν ὄργανον,
Ἐλθὼν, ἵν' ἡμῖν βουθυτεῖ λάθρα πόσις,
Δείπνων ὅταν λήγωσι καὶ σπονδὰς θεοῖς
Μέλλωσι λείβειν, ἐν πέπλοις ἔχων τόδε,
Κάθες βαλὼν ἐς ποῦμα τῷ νεανίᾳ,
Ἰδίᾳ δὲ, μὴ γὰρ πᾶσι, χωρίσας ποτὸν
Τῷ τῶν ἐμῶν μέλλοντι δεσπόζειν δόμων.

Cre. Anticipo certe tempore voluptatem.
Pæd. Et tuum latebis maritum *in iis, in* quibus te studet latere.
Cre. Scis igitur quid facias? ex mea manu accipe
Aureum opus hocce Palladis, vetus vasculum.
Proficiscaris, ubi nobis clam sacrificat maritus,
Cumque cœnæ finem fecerint, et libamina diis
Volent libare, habens hoc in veste,
Dimitte conjiciens in poculum adolescentis:
Privatim vero, non tu omnibus, separans potum,
Illi, qui futurus est dominus meæ domus.

1035. *μὴ πᾶσι.*

mendum: *Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.* Exstat autem illud epigramma inter Callimachi Opera, et in Anthologiæ, Lib. I. c. 30. *Barnes.*

1026. κτεῖν',] Ita Barnesius, anapæsti vitandi causa. Ed. Ald. κτεῖνον. *Musg.*

Λύσω νυν αὐτὸν κτεῖν', ἵν' ἐχθίων φόνος.] Ita νυν, non νῦν, legendum ob versum, et κτεῖν' melius, quam κτεῖνον, hic facit. *Barnes.*

Λύσω νυν] Νῦν ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ παραπλησιστικοῦ συνδέσμου. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ βραχὺ αὐτὸ παραλήγεται καὶ ἀφείλκυσται ἐξόντως. *Scholiast.*

1028. λαβεῖν.] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. λαθεῖν, quod Edd. deinceps receperunt sensu frigido, ne dicam inepto, quod et hic male remansit. Legendum fortasse:

καὶ σὸν γε τέκνον πόσιν, ἃ σε στεύδει καθεῖν.

Et maritum Tuum ulciscetur, quæ Te pati cupit. *Musg.*

λαβεῖν etiam Reisk. probat, et constructionem esse vult: καὶ λήσεις (sc. λαβοῦσα) σὸν τέκνον, ἃ σε λαβεῖν (h. e. ἀφιλεῖν) στεύδει. *Beck.*

1029. Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον;] Attica phrasis, de qua vide quæ nos ad Helen. v. 1232. *Barnes.*

1030. Distinguo: χρύσωμ' Ἀθάνας τόδε, παλαιὸν ὄργανον. Quæcunque ex auro conficiuntur vascula, vel alia, χρυσώματα vocantur. vid. Polluc. Lib. VII. sect. 103. X. sect. 174. Plut. in Æmilio Paullo, p. 488. Ed. H. Steph. Athenæum, Lib. V. c. 7. infra v. 1451. *Musg.*

Χρύσωμ' Ἀθάνας] Attici phialas *aureas* χρυσίδας, *argenteas* ἀργυρίδας vocant. Demosthenes Κατὰ Τιμοκράτους: Οὐδὲ χρυσίδιον τέτταρας. Pindarus in Olympiac. Μίνυε δαιδάλεα τεχνεσσινέων ἀμφ' ἀργυρείοισιν. Ἀθάνας] Quicquid affabre factum est, id Minervæ, aut Vulcano, tribui solet. Ita Joh. Brodæus, nec inepte: Hic vero

Κἄνπερ διέλθῃ λαιμὸν, οὔποθ' ἵξεται
Κλεινὰς Ἀθήνας, κατθανὼν δ' αὐτοῦ μενεῖ.
ΠΑΙ. Σὺ μέν νυν εἴσω πρόξένων μίθες πόδα·
Ἡμεῖς δ', ἐφ' ᾧ τετάγμεθ', ἐκπονήσομεν.
Ἄγ', ὦ γεραιὲ ποῦς, νεανίας γενοῦ
Ἔργοισι, κεἰ μὴ τῷ χρόνῳ πάρεστί σοι.
Ἐχθρὸν δ' ἐπ' ἄνδρα στεῖχε δεσποτῶν μέτα,
Καὶ συμφόνευε καὶ συνεξαίρει δόμων.
Τὴν δ' εὐσέβειαν εὐτυχοῦσι μὲν καλὸν
Τιμᾶν, ὅταν δὲ πολεμίους δρᾶσαι κακῶς
Θέλῃ τις, οὐδεὶς ἐμποδὼν κεῖται νόμος.
ΧΟ. Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος, ἃ τῶν στροφὴ α'.

Et si modo transierit guttur, nunquam veniet
Ad inclytas Athenas: sed mortuus hic manebit.
Paed. Tu quidem mitte pedem intra domum hospitum;
Nos vero id faciemus, ad quod ordinati sumus.
Age, O senilis pes, juvenis fias
Factis, etiamsi tempore non possis.
Hostilem autem ad virum perge cum dominis,
Et simul interfice, et simul eum tolle ex sedibus.
In rebus enim secundis bene se habet pietatem
Colere: quando vero hostibus nocere
Aliquis vult, nulla lex obstat.
Cho. O Trivia filia Cereris, quæ

χρύσωμ' Ἀθάνας dicitur, quod a Minerva donabatur Erichthonio. *Barnes.*

1031. βουθυτεῖ] Τὰς βόας θύει. *Barnes.*

1035. μὴ πᾶσι,] Supplet Barnesius: μὴ γὰρ πᾶσι. Malim: μὴ σὺ πᾶσι. *Musg.*

Ἰδίᾳ δὲ, μὴ γὰρ πᾶσι] Cum hactenus inter μὴ et πᾶσι deesset syllaba, ego γὰρ addidi; Scaliger μηδὲ legit. Judicent alii. *Barnes.*

1039. Σὺ μὲν νυν εἴσω πρόξενων μίθις πόδα·] De proxenis Delphicis, quorum erat, hospites oraculi gratia ventitantes domo excipere, hæc intelliguntur. Quod Πρόξενοι autem publice designabantur etiam aliis in locis, ad legatos et insignes viros excipiendos, item de Proxenis, Astoxenis, Doryxenis et Idioxenis. vide Eustathium in Homer. fol. 405. lin. 11. et delnceps, præclare disserentem. item fol. 485. lin. 15. et ex illo Cœl. Rhodigin. Lection. Antiq. Lib. XI. c. 10. *Barnes.*

1045—1047. Vid. Stob. Grot. Lib. IV. p. 207. *Burn.*

1045. ss. Τὴν δ' Εὐσέβειαν, Εὐτυχοῦσι μὲν, καλὸν Τιμᾷν· ὅταν δὲ πολεμίους δρᾶσαι κακῶς Θέλῃ τις, οὐδεὶς ἐμποδὼν κεῖται νόμος.] Hunc locum ex H. Grotii versione ita loquentem audisis: *In Sorte læta colere pietatem* decet: *At hostibus nocere si cupias tuis, Lex nulla prohibet, nullus hic obstat pudor.* Non hæc ex Euripidis mente dicta scies, si compares cum illa sententia, Phœniss. v. 534. Εἶστε γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, Τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν· ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Quæ tamen verba ipse poëta, ut impia, mox damnat, sub Chori persona: ut ad eum locum probavimus. Virgilius fere idem nobiliori personæ affigit, Corœbo nempe, heroi Trojano,

Νυκτιπόλων ἐφόδων ἀνάσσεις
Καὶ μεθαμερίων, ὄθωσον
Δυσθανάτων κρατήρων πλη-
ρώματ', ἐφ' οἷσι πέμπει
Πότνια, πότνι' ἐμὰ
Χθονίας Γοργοῦς λαιμοτόμων
Ἀπὸ σταλαγμῶν
Τῷ τῶν Ἐρεχθειδᾶν
Δόμων ἐφαπτομένῳ·
Μηδέ ποτ' ἄλλος ἄλλων ἀπ' οἴκων
Πόλεως ἀνάσσοι
Πλὴν τῶν εὐγενετᾶν Ἐρεχθειδᾶν.

Nocturnis insultibus dominaris
Et diurnis, ducito
Tristem ferentium-mortem poculorum
Plenitudinem *ad eos*, contra quos mittit
Veneranda, veneranda mea *domina*,
Terrigenæ Gorgonis gutturis
Secti ex guttis,
Adversus *illum*, qui Erechthidarum
Invadit familiam.
Nec unquam alius ex aliena familia
Imperet urbi,
Præter nobiles Erechthidas.

Æn. Lib. II. v. 390. *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?* At certe hoc neque Christianis, neque hominibus Philosophis, prudentibusque et piis, fuit usquequaque comprobatum; quicquid poëtæ nobiles, qui naturam imitantur, nonnullis personis pro characteris illorum ratione aliquando affigere placuerunt. *Barnes.*

1048. Εἰνοδίᾳ Δήμητρι Δάμαρτος,] Quod poëta Proserpinam hic, Cereris filiam, Εἰνόδιον vocat, hoc est Triviam, quod nomen Hecatæ competit, ut ostendimus ad Helen. v. 569. id fit, quia unica dea Luna tot deorum personas induebat; nempe aliquando Juno, Hecate, Trivia, Proserpina, Luna, Diana, eadem erat res. De qua re videsis Cœl. Rhodigin. Lib. XX. c. 6. Hecaten autem nunc præcipuè vocat, quod veneficiis ea dea præficiebatur, et ad ejus lucem veneficas herbas colligere solebant sagæ, unde Hecateides herbæ dicebantur tales; et Ovidius dixit de Minerva, Arachnen in venenosam araneam transmutante: *Postea discedens succis Hecateidos herbæ Sparsit; et extemplo tristi medicamine tactæ Defluxere comæ*, etc. Nunc autem Chorus optat successum venifico seni contra Ionem, qui malis artibus in dominæ suæ hæreditatem videbatur immissus. *Barnes.*

1049. Auctor Libri περὶ ἱερῆς νούσου: ἰσχία ἢ διάματα νυκτὸς ταράσσεται, καὶ φόβοι, καὶ παράνοιαι, καὶ ἀναπηδήσεις ἐκ τῆς κλίνης, καὶ φόβητρα, καὶ φαῦξις ἴδιος, Ἐμπάντης φασὶν (οἱ ἰατροὶ) εἶναι ἰατρονλὰς, καὶ ἀρῶν ἐφόλους. Confer Helen. v. 568, 9. Suidam v. Ἐμπάντην et v. Ἔμπουσα. *Musg.*

1055. Versus est Ionicus a minore dimeter acatalectus ex pæone tertio, cui in antistr. opponitur Ionicus, et ditrochæo. *Heath.*

Εἰ δ' ἀτελὴς θάνατος σπουδαί τε δισταί- ἀντιστρ. α'.
νας, ὅ τε καιρὸς ἄπτιστα τόλμας, 1081
Ἅ τε νῦν φέρεται ἐλπὶς, ἢ θη-
κτὸν ξίφος, ἢ λαιμῶν ἐξά-
ψει βρόχον ἀμφὶ δειρὴν,
Πάθεσι πάθεα δ' ἐξ- 1085
ανύτουσ' εἰς ἄλλας βιότου
Μορφὰς πάτεισιν·

Si vero mors imperfecta, conatusque dominæ,
Et successus incepto defuerit,
Ut nunc se habet opinio nostra, vel acutum
Gladium, vel jugulo
1065 Innectet laqueum circa collum suum.
Perturbationes autem perturbationibus
Finiens, ad alias
Vitæ formas deveniet.

1064. 5. δαίμων ἐξάψειν. 1065. δίεγεν.

1056. Τῷ τῶν Ἐρεχθιδῶν] Hic apertissime constat de illa re, qua de supra toties monuimus, videl. v. 648. 751. et 876. nempe quod tecte loquentes de aliqua persona, aliquando plurali numero utimur; ita enim cum v. 1052. ἐφ' οἵσι πίμπει dixit, per τῷ nunc idem explicat; Ion enim solus utrinque designatur. *Barnes.*

1063. Ἅ τε νῦν φέρεται ἐλπὶς,] Hanc scripturam nemo facile expediat. An legendum:

ἅ γε νῦν φέρεται ἐλπὶς —

Ut nunc se habet opinio nostra. Ἐλπὶς, *opinio*, cum verbis motum significantibus recte conjungi, testatur simile in Helena exemplum, i. e. εἰς τ' αὐτὸ πῆμα δίξα χωρεῖ, v. 757, 8. vid. et Hecub. v. 116.

Quæ sequuntur, Criticos jamdudum exercuerunt. Pro δαίμων Scaliger λαιμῶν, quod non recipit sententia, cum idem jam per δίεγεν exprimatur. Fortasse verum fuerit:

— ἢ θη-
κτὸν ξίφος αἰδήμων, ἢ ἐξά-
ψει βρόχον ἀμφὶ δειρὴν.

αἰδήμων pro αἰδεσθεῖσα. Vide Scholia in Epicteti Enchiridion, Ed. Heyn. Confer et Hippol. v. 770. et seq. Pro ἐξάψειν viderat Reiskius legendum esse ἐξάψει. *Musg.*

1064. s. ἢ λαιμῶν ἐξάψειν] Quum olim δαίμων scriberetur, Canterus κλάμων legebat, sed longe felicius Josephus Scaliger λαιμῶν, quod in textum recepimus. *Barnes.*

Post θηκτὸν deest futurum aliquod, μάψει, aut προστεῖται, aut simile. *Reisk.*

1065. δίεγεν metri causa Heath. reposuit, et verba ita struenda docuit: ἢ ἢ ἐλπὶς νῦν φέρεται Κρέουσαν ἢ θηκτὸν ξίφος διὰ λαιμῶν ἄσει, ἢ ἐξάψει βρόχον ἐς λαιμῶν ἀμφὶ δίεγεν, καὶ αὐτὴ ἡ Κρέουσα ἐξανύσουσα πάθεα πάθεσιν πάτεισιν εἰς ἄλλας μορφὰς βιότου. *Hoc etiam nunc exspectandum est, ut vel gladium acutum per guttur adigat, vel ut gutturi laqueum aptet circa collum. Illa vero cum dolores doloribus terminaverit, ad alias vitæ formas descendet.* V. Dorvill. ad Charit. p. 394. 28. *Beck.*

Reisk. scribit: ἀμφιδίσειν, *orbem restis vincientem et stringentem undique.* *Beck.*

Leg. ἐξάψῃ, scil. Creusa. Quodsi ἐξάψειν retineri placeat, scribendum erit ἄμμε νιν φέρει ἐλπὶς, *spes me fert, eam esse*

Οὐ γὰρ δόμων γ' ἑτέρους
Ἄρχοντας ἀλλοδαπούς
Ζῶσά ποτ' ὀμμάτων ἐν φαεννα῀ις
Ἀνέχοιτ' ἂν αὐγα῀ις
Ἃ τῶν ἐνγατρίδα῀ν γεγὼς οἴκων.
Αἰσχύνομαι τὸν πολύϋμνον
Θεὸν, εἰ περὶ Καλλιχόροισι πηγα῀ις
Λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων

Non enim *suæ* domus alios
Dominos alienigenas
Vivens unquam oculorum in lucidis
Tolerabit splendoribus,
Quæ ex nobili familia nata *est*.
Pudet me propter hymnis celeberrimum *Bacchum*
Deum, si circa fontes Callichori
Facem spectatricem Eicadum,

aut stricturam gladium, aut innodaturam sibi restim; aut post φέρεται comma ponendum, et sic legendum: ἢ τι νῦν φέρεται, *et quæ nunc machinationes turbidæ dolique commiscentur et consuuntur*, ἰλωΐς, *tunc est spes*, ἢ θανάτου τιν συμμάρψων (vel βάψων) ξίφος. *Reisk.*

1066. s. ἐξανύσσων'] Idem, quod ἐξανύσων', ab ἀνύσω, idem, quod ἀνύσσω et ἀνύω. Vide, quæ nos ad Bacch. v. 1089. *Barnes.*

1067. s. εἰς ἄλλας βιότου Μοιρὰς πάτησιν] Hic **Scaliger** φορὰς pro μοιρὰς legit, ex aliquo **MS.** ut credo: nam versui convenientius est. Canterus μονὰς legebat, loco non animadverso, nec loquendi more. Ἄλλας βιότου μοιρὰς, hic pro θάνατον, *mortem vitæ contrariam* usurpat poëta, eleganter sane; De qua tamen loquendi consuetudine videsis ejusdem Canteri Novar. Lection. Lib. I. c. 10. *Barnes.*

1068. ἄλλας βιότου Μοιρὰς] *Mortem* interpretatur Barnesius; quam philosophi *forte aliud vitæ genus* esse tradiderint, *aliam sibi formam* vix, credo, dixerunt. Legendum, ni fallor: εἰς ἁπλᾶ῀ς βιότου μοιρὰς, *ad simplex vitæ odium*. *Musg.*

1074. s. Αἰσχύνομαι τὸν — Θεὸν,] Verto: *Pudorem mihi incutit Deus.* Sic αἰσχύνομαι μὴν σ', ὦ γέρον, supra v. 952.

τὸν πολύϋμνον. i. e. τὸν πολυύμνητον, *qui cantibus multum celebratur*. Quo sensu Venus πολύϋμνος dicitur Orpheo Hymn. LIV. 1. Bacchum hoc loco intelligi, recte monet Barnesius, ab Homero jam ante πολύϋμνον vocatum, Hymn. in Bacchum, v. 7. Bacchum vero præ reliquis Diis sibi pudorem incutere dicit, quod is in Mysteriis Eleusiniis conjunctim cum Cerere colebatur: Unde Scholiastes Aristophanis: συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος. ad Ran. v. 326. *Musg.*

τὸν πολύϋμνον Θεὸν] Bacchum notat, quem Πολυύμνιον vocat Sophocles in Antigone: quippe qui Bacchus, Iacchus, Lyæus, Euius, Dionysius, Dithyrambus, etc. cognominetur. Hæc notavit Johann. Brodæus recte; ita enim et Homerus in Hymno εἰς Διόνυσον Bacchum πολύϋμνον vocat, v. 7. Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνδε θεὰ πολύϋμνον ἔθρεψαν. Apollo etiam dicitur Εὔϋμνος, πολυύμνιος et πολύϋμνος in eodem sensu. Homerus de Apolline, Hymn. Apoll. v. 19. et 207. Πῶς γάρ σ' ὑμνήσω πάντως ἐΰϋμνον ἐόντα. Et Callim. Hymn. Dian. v. 6. Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν, Καὶ πολυωνυμίην· ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ. Item, Hymn. Apoll. v. 69. Ὦ πόλλοι πολλοί σε βοωμένου πολλάκι νηοῦ· Πολλοὶ δὲ Κλάριον· πάντη δέ τοι οὖνομα πουλύ· etc. Sed de Apolline nunc poëta non loquitur; Chorus enim dicit, se erubescere, si quis externus ibi regnaturus veniat, ubi Bacchi et Cereris sacra mysteria tantopere celebrentur, videl. Athenis suis. *Barnes.*

Ὄψεται ἰννύχιος ἄϋπνος ὤν,
Ὅτε καὶ Διὸς ἀστεροπὰς
Ἀνεχόρευσεν αἰθὴρ,
Χορεύει δὲ Σελάνα
Καὶ πεντήκοντα κόραι
Νηρέος, αἱ κατὰ πόντον

Sit visurus nocturnus, ignobilis existens,
Quando et Jovis stellatus
Choris celebrat æther,
Choris vero Luna,
Et quinquaginta filiæ
Nerei, quæ in Ponto,

1081. *νεῦραι,*

Per καλλίῤῥυτον Θεὸν designatur Phœbus. *Heath.*

1075. στεφ] Its Ed. Ald. Barnesius παρὰ, lectore non monito. στεφ φρεσὶ habet Nicander Theriac. v. 486.

Καλλιχόρουσι] Meminit Callimachus Hymn. in Cererem, v. 16. ubi vide Spanhemium. *Musg.*

Heath. confert verba Pausan. l. p. 93. φρέαρ τι καλούμενον καλλίχορον, ἔνθα περῶντον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ἥκειν ἐς τὸν Θεόν. *Beck.*

1076. Θεωρὸν] Malim Θεωρὸς. *Si Ion Θεωρὸς faces mysticas spectaverit.*

εἰνάδων] Hoc nomine vocabatur una Mysteriorum Dies. Plutarchus in Phocione, p. 1383. Ed. H. Steph. εἰνάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βενδιδεμιῶνος ἱσταμένου, Μυστηρίων ὄντων, ἢ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεως Ἐλευσῖνάδε πέμπουσι. vide et in Camillo, p. 251. Adde Scholia in Aristoph. Ranas, v. 326. *Musg.*

Λαμπάδα Θεωρὸν εἰνάδων] De facibus in his sacris vide ad notam proxime sequentem. Θεωρὸς in hoc loco significat spectatrix. De aliis illius significationibus vide quæ nos ad Hippol. v. 792.

εἰνάδων] Εἰνάδες proprie vicesimæ lunæ, sive vicesimi dies cujusque mensis; Unde Εἰναδίστικὶ *Epicurei* dicebantur, quod illum diem uniuscujusque mensis in honorem magistri sui solennem habebant, qui vicesima luna natus habebatur. De qua re videsis Cœl. Rhodigin. Lib. XX. c. 32. Hoc vero in loco exponendum est, ut recte notat Joh. Brodæus, Εἰνάδων, Mysteriorum Bacchi et Cereri communium, quæ vicesimo quoque Augusti mensis die celebrabant Athenienses. Plutarchus in Phocione: Εἰνάδι γὰρ ἡ φρουρὰ βενδιδεμιῶνος ἱσταμένου, Μυστηρίων ὄντων, ἢ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεως Ἐλευσῖνάδε πέμπουσιν. Demosthenes Ὀλυνθιακῶν γ'. Καὶ μετὰ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐναυτοῦ τούτου, Ἐκατομβαιῶν, Μεταγειτνιῶν, Βενδιδεμιῶν, τούτου τοῦ μηνὸς μόλις μετὰ τὰ Μυστήρια δίκα ταῖς ἀντιστήλαις. Plutarchus in Camillo: Καὶ μετὰ ταῦτα φρουρὰν Ἀθηναῖοι Μακεδόνων ἰδίξαντο περὶ αὐτὴν τὴν Εἰνάδα τοῦ Βενδιδεμιῶνος, ἢ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. Scholiastes Aristoph. Ranis: Μία τῶν Μυστηρίων Εἰνάς ἐστιν, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. Attice autem plurali numero effertur; et emphatice, ob Iacchi productionem hac die factam, tota solennitas magnorum mysteriorum dicitur Εἰνάδες, quanquam et quinque ante dies et tres post durabat; hinc Aristoph. Nubibus, v. 16. Ὀρῶν ἄγουσα, τὴν σιλήνου Εἰνάδας. Sed de singulis hujus festi novem diebus videsis Johan. Meursium Eleusin. c. 21. ad c. 31. *Barnes.*

1077. ἰννύχιος] Malim ἰννύχιον, ut cum λαμπάδα concordet.

ἄϋπνος ὤν,] Mirum vero, ni insomnis fuerit, cum mysteria spectaret. Legendum arbitror: ἄϊδνὸς, *ignotus, in tenebris natus.* Athenienses ad mysteria ne peregrinos quidem, nedum vero nothos, admittebant. Apollodorus Lib. II. c. 4.

Ἀννάων τε ποταμῶν
Δίνας χορευόμεναι
Τὰν χρυσοστέφανον κόραν
Καὶ ματέρα σεμνάν·
Ἵν' ἐλπίζει βασιλεύσειν,
Ἄλλων πόνον εἰσπισών,

Perennium que fluviorum
In gurgitibus educantur,
Aurea corona decoram Proserpinam,
Et matrem venerandam;
Ubi sperat se regnaturum,
Et aliorum labore parta occupaturum,

1085. χρυσοστέφ. 1088. πόνον τ' εἰσπισών.

sect. 12. Schol. in Homer. Iliad. Σ'. v. 368. confer et Plutarch. in vita Thesei, p. 28. Himerius de Xerxe: οὐ λαμβάνω σαφὲς εἰδέναι τὸν τελετῆς τύπον, ὃν ἱέρηγε τῆς τελετῆς τῆς ἀμυήτοις τὸ πάγγραμ. apud Photium, p. 590. Ed. Hœsch. Plura dat Spanhemius ad Callimachi Apollinem, v. 2. *Musg.*

Ὄψονται ἰυπόχοις] Noctu hæc sacra peragi solebant cum facibus, unde versu præcedenti λαμπάδα Θωμὸν Εἰνάδων dixit poëta, et Aristophanes in Ranis: Ἔγωμι φλογέας λαμπάδας· ὃν χειρὶ γὰρ ἕκαστ' ἐπάσσον, Ἴακχε Νυκτέρων τελετῆς φωσφόρος ἀστὴρ Φλογί, φέγγεται δὲ λειμών. De hac re vide Meursium Lib. XXI. c. 26. et 27. *Barnes.*

ἄδυτος] De pervigiliis Bacchanalibus vide quæ nos ad Bacch. v. 133. et Helen. v. 1354. et 1364. *Barnes.*

Ad hæc subaudiendus est Ion, vel potius a v. 1064. repetendus ὁ Φοίβου ἀλάτας. *Heath.*

Forte, οὐκ ὄψονται. *Reisk.*

1078. ἀστεροκτὺς] Ἀστεράσι κατακεκλιμένος, ἢ ἀστέρας φαίνων καὶ οὐ κρύπτων, ὡς ἥλιος. Ita Hippolyt. v. 852. Καὶ Νυκτὸς ἀστεροκτὺς σελάνα. *Barnes.*

ἀστεροκτὺς αἰθὴρ Markl. ad Suppl. 1003. explicat *astra, quæ in æthere sunt.* *Beck.*

1079. s. Ἀντιχόρειον — Χορεύει] Ab his verbis regi puto accusativos κόραν et ματέρα, v. 1085, s. Neque exemplo caret hæc constructio. vid. Bacch. v. 1142. Pind. Isthm. I. antistr. 1. Sophoclis Antigon. v. 1168. Fingit poëta, quo magnificentior videatur Mysteriorum celebritas, eorum participes esse Lunam, Astra, Nereidas. Metro subveneris legendo ὃν ἀντιχόρειον. *Musg.*

1081. s. πεντήκοντα κοῦραι Νηρέως] De quinquaginta Nerei filiabus vide quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 428. et Iphigen. Aul. v. 1059. *Barnes.*

1081. Metri causa κόραι scribi vult Heath. *Beck.*

1083. Versus est antispasticus hemiolius ex antispasto pentasyllabo et anapæsto. Nam vocabuli δίνασιν syllaba secunda brevis est — in antithetico autem antispasto opponitur epitritus quartus pentasyllabus. *Heath.*

1084. χορευόμεναι] Parum venuste hic ponitur, cum post κοῦραι (v. 1081.) subaudiendum sit χορεύουσι. Malim igitur κορευόμεναι, *educatæ.* Sic κορευθέντ, Alcest. v. 323. *Musg.*

Reisk. dubitat, an χορεύεσθαι uspiam significet, *choreas agere*, itaque conjicit, γυμνούμεναι. *Beck.*

1087. Ἵν'] *Ubi.* Refertur autem ad fontem Callichorum supra v. 1094. Minime igitur necessarium est cum Cantero legere αἵν.

βασιλεύσειν,] Potest esse vel, ut plerumque, *regnare*, vel sensu rariori, *mysteriis præesse.* βασιλὶς enim Athenis vocabatur, qui mysteriis Eleusiniis præsidebat.

Ὁ Φοίβειος ἁλάτας.

1090 Ὀρᾶθ', ὅσοι δυσκελάδοισι ἀντιστρ. β.
Κατὰ Μοῦσαν ἰόντες ἀείδειθ' ὕμνοις 1110
Ἀμέτερα λέχεα καὶ γάμους
Κύπριδος ἀθέμιτας ἀνοσίους,

Phœbeius erro.

1090 Videte, quotquot maledicis
Musam dimittentes canitis hymnis
Nostros thalamos, et congressus
Veneris illegitimos, impios:

1090. ἰρᾶσθ'

Pollux Lib. VIII. sect. 90. Hesychius voce βασιλεύς. *Musg.*

Ἴν' ἱλαίζω βασιλεύσων,] Canterus legendum putat αἴν, quasi ipsis deabus, Cereri et Proserpinæ, imperaturus erat; ego potius ἵν', ut olim scriptum erat, retineo, et Athenis in Latina versione addo; locum enim designat poëta, in quo hæ deæ cultæ erant, ubi et regno inhiare notat Iouem. *Barnes.*

1087. s. Ut antitheticis respondeant, Heath. emendat:

Ἵνα γ' ἱλαίζω βασιλεύσων anapæstica hephthemimeris.
Ἄλλων πόνων ἰόντων Ionicus a majore dimeter catalectus.
Beck.

1088. Ἄλλων πόνων] Erechthei scilicet, qui Atheniensium ditioni Eleusinios bello subjecerat. Pausan. p. 36. l. 26. Metrum porro postulat ἰόντων, deleto σ'. *Musg.*

Ἄλλων πόνων σ' ἰόντων,] Quasi nihil agendo incidere in hæreditatem, quam aliorum labores auxerunt in immensum: ita nostræ literæ loquuntur. Deuteron. c. vi. v. 10. Καὶ ἔσται, ὅταν εἰσαγάγῃ σε Κύριος, ὁ Θεός σου, εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσι σοῦ, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, δοῦναί σοι πόλεις μεγάλας καὶ καλὰς, ἃς οὐκ ᾠκοδόμησας, οἰκίας πλήρεις πάντων ἀγαθῶν, ἃς οὐκ ἐνέπλησας, λάκκους λελατομημένους, οὓς οὐκ ἐξελατόμησας, ἀμπελῶνας καὶ ἐλαιῶνας, οὓς οὐ κατεφύτευσας, etc. δηλονότι, ἄλλων πόνῳ πάντα ταῦτα περιεποιήσατο αὐτοῖς. *Barnes.*

1089. Φοίβιος ἁλάτας.] Ἁλάτης dicitur Ion a Choro Atheniensium ancillarum, ob incertos illius lares et familiam; quis visus est olim ex ignota aliqua terra Delphos venisse, et hinc jam Athenas iturus. Non autem recte olim Latina versio explicavit Φοίβιος per Phœbi filius: id enim licet revera esset, nondum Choro innotuerat; quare ego *filius* deleo et *minister* substituo; ut sit Φοίβιος ἁλάτας, ὁ περιόδευτος τοῦ Φοίβου δώμασι καὶ γαμέτῃσι. *Barnes.*

1090. Ὀρᾶθ',] Ita MS. E. Ed. Ald. ἰρᾶσθ'. *Musg.*

1091. ἰόντες] Malim ἴοντες. *Musam deprimentes maledicis cantibus:* Καθιέντες Μοῦσαν δυσκελάδοις ὕμνοις.

Legendum: Μετὰ Μοῦσαν ἴοντες. Sic μετιέναι τὴν σοφίαν Lexica ex Xenophonte habent. Julian. p. 207. B. τὴν ἐναίθριον ἢ μετήμυ. Nonnus: μετιὼν ἴοτὸν Ἀθήνης, p. 416. *Musg.*

Reisk. conjicit: κατὰ Μουσᾶν ἴοντες, i. e. οἳ ὕμνους ἀφίεντες κατὰ τῶν Μουσῶν, aut, si quis ἰόντες velit retinere, et interpretari, *quibuscum, hymnis* scil. *itis adversi Musis*, saltem κατὰ Μουσᾶν legi debere. *Beck.*

1092. Ἀμέτερα] Male Scaliger ἄμυτρα. Pro λέχεα an reponendum metri causa λέκτρα. *Musg.*

Ἀμέτερα] Josephus Scaliger legit ἄμετρα, non usquequaque recte, licet id fere sumere videatur τὸ ἀθέμιτος et ἀνοσίους γάμους: nec enim ἀμέτρως sensui necet, (et versui necessarium est) ut ex hac nostra paraphrasi apparebit: Ὀρᾶσθε καὶ ἀφίστασθε, ὑμεῖς, ὅ Πουτικὶ καὶ μαθηταὶ, ὅσοι

Ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν
Ἄδικον ἔρωτα ἀνδρῶν.
Παλίμφαμος ἀοιδὰ
Καὶ Μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω
Δυσκέλαδος περὶ λέκτρων.

Quantum pietate superemus
Injustam libidinem virorum.
Contrarium jam carmen,
Et Musa in viros est,
Maledicum de thoris.

1094. εὐσεβίᾳ. 1097. Καὶ Μούσης ἄνδρας ἴσον. 1098. ἀμφὶ λ.

κατὰ Μῶσαν καὶ τὴν Μουσικὴν καὶ Ποιητικὴν ὅδὸν βαίνοντες, ἤγουν ἐμμένοντες καὶ μεθιεῖῳ λόγῳ χρώμενοι, ἀείδετε καὶ ἐν ᾠδαῖς ἐσφήμους λίγειαι τὰ ἀμίητα, τουτέστι γυναικεῖα λίχνα, καὶ τὰ παλλάγματα, καὶ γαμαιλοσίας ἀδημίστους, καὶ ἀνοσίους· Ἀδρήστοι, ὃ ὑμεῖς οἱ Ποιηταὶ, ἴσον τὸν Ἄδικον στέρνον καὶ γίνος τῶν ἀνδρῶν νικήσαμεν τῇ σωφροσύνῃ. Ταγαρεῖν παλινῳδία ἴσον, καὶ Μοῦσα ἡ δύσφημος εἰς τοὺς ἄνδρας ἐστάσθω, καὶ κατατρεγτικώτω τῆς λαγνείας αὐτῶν. Καὶ γὰρ ὁ Πεῖθος, ὁ τοῦ Διὸς παιδὸς, Αἰδὼς, φησὶ, τὴν ἑαυτοῦ ἀγνεμοσύνην δώσουσι, καὶ δὴ τὴν τῶν σωφρόνων ἀμνημοσύνην, ἃ μὲν τῶν παλῶν γυναικῶν προσθήκας καὶ περιχύσεις μνημονεύουσι, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἐδικαιώσαντο εἶδη ἀμνήμονες. *Barnes.*

ἀδίλτορα λίχνα scribit Reisk. *Beck.*

1093. ἀδήμους] Ab ἄδημος, ὁ καὶ ἡ, ἀδήμονος τοῦ, pro ὁ ἀδήμων, idem, quod ἀδήμονος et ἀδημόνιος; et ex hac Euripidis phrasi, γάμους ἀδήμους, videtur juridicum illud verbum factum, ἀδημονγαμία, in Justinian. Constit. *Barnes.*

1094. s. κρατοῦμεν"Αδικον ἔρωτα] Κρατεῖν communiter genitivo gaudet, sed et aliquando accusativo, ut Demosth. Κρατῶ τὴν μάχην, et Plutarch. in Alexandro: κρατήσαντες τοὺς Ῥωμαίους: item cum dativo modi, vel causæ, vel instrumenti, ut hic: εὐσεβείᾳ κρατῶ τινα, et Thucyd. Κρατοῦσι μάχῃ τοὺς Σικανούς. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἴσον εὐσεβίᾳ κρατεῖ σαφ' ἴδμεν, aut ἴσον εὐσεβίᾳ κράτος σαφ' ἴδμεν, sed omnino censet, multos versus hic in fine esse mutilos, a librario forte amputatos. *Beck.*

1095. ἔρωτον] Barnesius ἔρωτα, nullo, quod sciam, auctore. Verum tamen videtur; nam ἔρωτον, quod apud poëtas verecundiores *membrum virile* designat, minus hic convenit. *Musg.*

Ἄδικον ἔρωτον ἀνδρῶν.] Ἄδικον στέρνον, καὶ φῦλον, καὶ γίνος. De hac figura, videl. metaphora ab agricultura ad generationem ducta, vide quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 3. Male olim ἔρωτον. *Barnes.*

1096. Παλίμφαμος] Emendatio est H. Stephani, Ed. Ald. παλίμφατος. *Musg.*

Παλίμφαμος ἀοιδὰ] Εὔφημος διλεόνι, ἀντὶ τοῦ δυσφήμου. Παλίμφαμος ἀοιδὰ est elegans periphrasis pro παλινῳδία. *Barnes.*

Forte, leg. παλίμφαμος, vel παλίμφατος ἀοιδὰ ἀνοσίους ἀνδράσι παρίσταται. *cantus enim posterior a superiori diversus adstat viris impiis. Reisk.*

1097. ἴσον] Quod reponit Canterus pro ἴσον, procul dubio verum est, siquidem cum ἀοιδὰ, βοὰ, et similibus solenniter adhibetur. Ion Chius apud Athenæum, Lib. II. p. 463. B. παίζομεν, ἴσον διὰ νυκτὸς ἀοιδή. Aristoph. Avibus, v. 858. ἴσον, ἴσον δὴ Πυθίας βοὰ τῷ Διῒ. vid. Æschyl. Sept. c. Theb. v. 972. Soph. Trachin. v. 211. Eurip. Iphig. in Aul. v. 1469. Elect. v. 879. Neque obstat κοῦραι in stropha, quod facile mutatur in κόραι.

In præcedentibus minime cum Cantero probaverim: καὶ Μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴσα. Nam εἶναι εἴς τινα, ut ponamus in rei bellicæ enarratione dici posse, hic certe locum non haberet. Non incommodum videtur:

παλίμφαμος ἀοιδὰ
πάντ' ἀνοσίους ἀνδράσ' ἴσα.

Epithetum ἀνόσιος quod hic cum ἀοιδὰ

Δείκνυσιν γὰρ ὁ Διὸς ἐκ
Παίδων ἀμνημοσύναν,
Οὐ κοινὰν τεκέων τύχαν
Οἴκοισι φυτεύσας
Δεσποίνᾳ· πρὸς δ' Ἀφροδίταν
Ἄλλαν θέμενος χάριν
Νόθου παιδὸς ἔκυρσεν.

Ostendit enim ille ex Jovis
Filiis *natus*, ingratitudinem,
Non communem liberorum sortem
Domui procurans
Cum domina: ad Venerem vero
Aliam animum applicans,
Spurium filium adeptus est.

1099. Δείκνυσι.

conjungimus, tibiæ sono a Sophocle tribuitur, v. 651. *Musg.*

Καὶ Μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴστω] Ita legendum omnino doctis viris videtur, Cantero nempe, Scaligeroque, cum olim μούσιος scriptum erat, quod Duportus vel μύσιος, nullo sensu, vel μούσιος haud satis aperto, emendare conabatur. Idem legit ἴστω, sensu satis salvo, sed carmine non item; quare vel ἴστω legendum, vel ἴστω pro ἱστάσθω cum aspero ponatur, quam vocem in paraphrasi nostra superius posita explicavimus, ut et in Latina versione, quam misere hic habitam restitui. *Barnes.*

Etiam Heath. legit ἴστω: nam ἴστω nunquam pro ἱστάσθω poni, nec repugnare correctioni antitheticum versum, si ibi legatur κέρα. Versum esse glyconium σολωσχημάτιστον ex molosso et choriambo. *Beck.*

1098. ἀμφὶ] Metrum postulat στερὶ. Ex Heath. *Musg.*

1099. Δείκνυσι γὰρ] Metrum postulat δίκνυσίν γ'.

1099. s. ὁ Διὸς ἐκ Παίδων] Xuthum intellige: vide supra v. 63. *Musg.*

Reisk. corrigit: δίκνυσι γὰρ ἴδι, *exemplo, documento, est hic*, Xuthus, ὃς εὖ πεφυκὼς ἀμνημοσύναν στέργει, vel ἀναιμῶνα, *qui beneficiis a Creusa ornatus maluit ea beneficiis dare eo, quod domi non communes cum uxore liberos procreavit, sed furtiva inibi conjugia. Beck.*

1100. ἀμνημοσύναν,] Malit Canterus ἀγνωμοσύναν, quod certe, si MSS. haberent, alteri anteponendum esset. *Musg.*

ἀμνημοσύναν,] Canterus mavult ἀγνωμοσύναν. Ego utramque lectionem in paraphrasi modo memorata retinui et exposui. *Barnes.*

1106. Reisk. κλινὰν scribit; nam famulas, quibus constabat Chorus, non recte appellari posse κλινὰς γυναῖκας. *Beck.*

1108. ἐξέκλησεν,] Emendat Scaliger ἐξέκλεξε, quod verti debet: *comminui pedes.* vid. Hesychium v. κλίξαντα, et Hom. Odyss. Ζ'. v. 318. Legi etiam potest ἐξόκλησεν, i. e. ἐξεμέχθησεν, ab ὀκλία, *labore. Musg.*

ἐξέκλησεν,] Scaliger et hic ingeniose satis legit ἐξέκλεξε, *perambulavi*, ut supra quoque ad Helen. v. 1569. pro κλάσσας legebat κλίξασα, in quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

Heath. vulgatum retinet, et ad ἐξέκλησα, *explevi*, supplet ζόνημα.

Forte, ἐξέκνησα, *pene ad animi defectum cucurri.* Si vulgata retineatur, subintelligendum τὸ περιστερέμενον, aut τὸν δουλείαν, τὸ ἔργον, vel simile quid. *Beck.*

1111. αἱ 'πιχάρεις] Ita optime Scaliger. Ed. Ald. αἱ δ' ἐπιχάρεις. *Musg.*

ἀρχαὶ δ' αἵδ' ἐπιχάρεις χθονὸς] Ita Italice, podestate, ut Ἀρχὴ Græce. At vero Scaliger legit αἱ 'πιχάρεις, tutius sane, quanquam et anapæstum aliquando in quarto

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Famulus quidam Creusæ, Choro patefactas dominæ insidias et ejusdem damnationem nuntiat, longaque et eleganti narratione totum Xnthi convivium, adeoque res omnes, uti acta erat, ordine persequitur. Chorus itaque, novo hoc malo perculsus, infelicem heræ suæ consiliorum eventum exponit. Creusa, ad suos ægre fugiens, ut mortem evadat, Phœbi aram amplectitur. Ion illam isthinc abstrahere conatur frustra.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Κλειναὶ γυναῖκες, ποῦ πόρην Ἐρεχθέως
Δέσποιναν εὕρω; πανταχῇ γὰρ ἄστεος
Ζητῶν νιν ἐξέπλησα, κοὐκ ἔχω λαβεῖν.
ΧΟ. Τί δ' ἐστιν, ὦ ξύνδουλε; τίς προθυμία
Ποδῶν ἔχει σε, καὶ λόγους τίνας φέρεις;
ΘΕ. Θηρώμεθ'· ἀρχαὶ δ' αἱ 'πιχώριοι χθονὸς
Ζητοῦσιν αὐτὴν, ὡς θάνῃ πετρουμένη.
ΧΟ. Οἴμοι, τί λέξεις· οὔτι που λελήμμεθα
Κρυφαῖον ἐς παῖδ' ἐκπορίζουσαι φόνον;
ΘΕ. Ἐγνώσμεθ' ἐξ ἴσου κἀν ὑστάτοις κακοῖς.

FAMULUS.

Inclytæ mulieres, ubi filiam Erechthei
Dominam invenero? passim enim per urbem
Quærens eam ivi, nec possum eam invenire.
Cho. Quid hoc rei est, O conserve? quæ festinatio
Pedum habet te, et quos sermones adfers?
Fam. Investigamur, et magistratus indigenæ
Quærunt eam, ut moriatur lapidata.
Cho. Hei mihi! quid dicis? anne deprehensæ sumus
Molientes clandestinam cædem puero?
Fam. Deprehensi sumus, et juste in extremis malis versamur

poni supra plus semel probavimus. *Barnes.*

1112. πετρουμένη.] *De scopulo præcipitata. Heath.*

πετρουμένη.] Ambiguum esse Prev. monet, et vel indicare posse *lapidibus obrutam* vel *præcipitatam*; in utroque supplicii genere non populi furorem, sed judicum sententiam esse spectandam. *Beck.*

1113. λελήμμεθα] A λαμβάνω, magis Atticum εἴλημμαι. *Barnes.*

Heath. conjicit: Ἦ τι που λελήμμεθα, *anne deprehensæ sumus? Beck.*

1115. ἐξ ἴσου κἀν ὑστάτοις κακοῖς.] Sententiæ et metro laboranti non male succurrit Reiskius, legendo: ἴζισθ' οἶδ' ἐν ὑστάτοις κακοῖς, *scito, te in summo discrimine versari. Musg.*

Ἐγνώσμεθ' ἴζης οἶδ' ἐν ἐσχάτοις κακοῖς.]

ΧΟ. Ὤφθη δὲ πῶς τὰ κρυπτὰ μηχανήματα; 1135
ΘΕ. Τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσώμενον
Ἐξεῦρεν ὁ θεὸς, οὐ μιαν θῆναι θέλων.
ΧΟ. Πῶς; ἀντιάζω σ' ἱκέτις ἐξειπεῖν τάδε.
1120 Πεπυσμένοι γὰρ, εἰ θανεῖν ἡμᾶς χρεὼν,
Ἥδιον ἂν θάνοιμεν, εἴθ' ὁρᾷν φάος. 1140
ΘΕ. Ἐπεὶ θεοῦ μαντεῖον ὤχετ' ἐκλιπὼν

Cho. Quomodo vero detecta sunt arcana consilia?
Fam. Injustum inferius Justitia
Effecit deus, nolens eam pollui.
Cho. Quomodo? supplicans rogo, ut dicas ista:
1120 Cum enim audiverimus, sive oportet nos mori,
Sive videre *solis* lumen, libentius moriemur.
Fam. Postquam abiit oraculo dei relicto

Ita Josephus Scaliger legit, pro corrupto illo, quod prius obtinebat, ἐξ ἴσου κρὶν: hoc enim nullo modo per versum stare potuit; κρὶν enim ob contractum et latentem diphthongum natura longum est, quo in loco necesse est, ut sit syllaba brevis. Ne quis vero miretur de syntaxi lectionis Scaligerianæ, nonnihil de ea dicendum. Dicitur id quidem Grammaticis Ἀναπαλλαλία et Ἐπίρρωσις numeri: nec tamen classicis auctoribus ignota figura: de Græcis sæpe probavi supra; de Latinis, etiam Latinissimis, adsunt Catullus et Tibullus, Ciceroque, qui eadem periodo: *insperanti nobis, merenti nobis, præsenti nobis*, etc. dixerunt. Sed et mirum sane videtur, quum mascula sit persona loquens, ὁ Θεράπων Κρεούσης videlicet, fœmininum genus in οἷδ' usurpari: sed dicendum, hæc omnia per Ἑλλειψὶν Συντάξεως, et διὰ σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, clariora fieri. Primo enim servus loquens tecte de domina sua plurali utitur numero, secundum quod notavimus supra ad v. 1056, etc. Deinde rem plenius aperiens, ut dominæ periculum exponat, seque non de seipso, sed de illa loqui, οἵδε addidit. Sic et advocati clientum suorum personas solent induere, quoties cum adversariis contendunt. Οἵδε οὖν ὁ νοῦς· ἡμεῖς μὲν ἐγνώσμεθα, ἦγουν ἡ Δίκαιοσύνη ἡμῶν οἵδε ἔγνωσται ἐν ἐνεδραῖς κακοῖς. *Barnes.*

Enallagen, quæ est in verbis Ἐγνώσμεθ' οἵδε, nullo modo defendi posse, multis docuit Heath. Ipse emendat: Ἐγνώσμεθ' ἐξῆς οὖν ἐν ἐνεδραῖς κακοῖς, *deprehensi sumus: dehinc igitur in malis versamur.*

Olim Reisk. conjecerat: ἐγνώσμεθ' ἐγχειροῦντες ἐνεδραῖς κακοῖς. *Beck.*

Ἐγνώσμεθ' ἐξῆς οὖν' ἐν ἐνεδραῖς κακοῖς.] Quum aliorum studiis, quod ego sciam, res necdum transacta sit, liceat meum qualecunque apponere:

Ἐγνώσμεθ' ἐξίστης ἐν ἐ. κ.

Fackse.

1116. Ὤφθη] Veteres editiones Ἔφθη habebant, et tum Brodæi expositio recte se habuit; *Quo pacto astutiis nostris obviam itum est?* Sed Henricus Stephanus dicit, se vetera sequi exemplaria, in quibus legitur ὄφθη. Et exinde Canterus, aliique post eum, ὤφθη legebant; quanquam et τῷ Ἔφθη debetur nonnihil. *Barnes.*

Ὤφθη] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἴφθη. *Musg.*

1120. ἡμᾶς] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. ὑμᾶς. *Musg.*

1121. εἴθ' ὁρᾷν] Ita Ed. Ald. Recentiores, errore typographico, ἤθ' ὁρᾷν. *Musg.*

Ἥδιον] De media syllaba talium vocum producta, vide, quæ nos ad Bacch. v. 475. *Barnes.*

Heath. legit εἴθ' (i. e. εἴτε), et supplet ἥδιον ἂν βαῖμεν — *aut si vivere concessum sit, vivemus.*

Nec in hac emendatione commodum sensum reperit Reisk. Debuisse enim sic disserere: *postquam audiverimus*, quid et

Πόσις Κρεούσης, παῖδα τὸν παιὸν λαβὼν,
Πρὸς δεῖπνα θυσίας θ', ἃς θεοῖς ἀπλίζετο,
Ξοῦθος μὲν ᾤχετ', ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ
Βακχεῖον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας
Δεύσειε δισσὰς παιδὸς ἀντ' ὀπτηρίων,
Λέξας· σὺ μὲν νῦν, τέκνον, ἀμφήρεις μένων
Σκηνὰς ἀνίστη τεκτόνων μοχθήμασιν.

Maritus Creusæ; filium novum secum ducens,
Ad convivium et sacrificia, quæ parabat diis,
Xuthus quidem abiit illuc, ubi ignis emicat dei
Bacchius, ut cæsarum victimarum sanguine Bacchi saxa
Rigaret gemina, pro agnitione filii,
Præfatus: tu quidem, O fili, nunc manens circularia
Tabernacula statue fabrorum operis.

quare, *moriemur tanto hilarius, si mortem nullo modo effugere possumus.* Si voluisset eam, quamvis absurdam, edere sententiam, quam vulgata subjicit, debuisse dicere ἐξὸν ἐμοὶ φάος, ἐμῶμαι βίον στυγνάζειν. *Beck.*

1125. πῦρ πηδᾷ θεοῦ Βακχεῖον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας Διώσει δισσὰς] De Apolline et Baccho, et utrisque sacro Parnasso, bicipiti monte, satis monuimus supra ad v. 551. Addendum est autem, in his natalibus Bacchum semper honorari una cum illo, quisquis foret ille Deorum, cui sacra facere decretum, aut placitum. *Barnes.*

1126. πέτρας — δισσὰς] De his rupibus vide Scholia ad Phœn. v. 234. *Musg.*

1127. ὀπτηρίων,] Plerumque ὀπτήριον est, quod videndi causa datur, ut Callimach. Hymn. in Dian. v. 74. Sed reste hic Barnesius ipsam filii agnitionem significari putat, plane ac si ὄψιν, non ὀπτήριον, dixisset. Similis in voce θεατήριον confusio est. Plerumque enim *alendi mercedem* notat; Sophocli vero *ipsum alimentum.* vid. Œd. Col. v. 1327. *Musg.*

παιδὸς ἀντ' ὀπτηρίων,] Ὀπτηρία nunc vocat Euripides ipsam filii agnitionem, quem filium Xuthus agnitum adspiciebat, summaque cum voluptate spectabat. Alias ὀπτήρια vocantur ea, quæ in spectacula impenduntur; et pecunia, quæ spectaculorum spectandique causa datur. Callimach. Hymn. Dian. v. 74. Ἠθαίοισιν καλίοντες, ὅτινι ὀπτήρια δοίη. Schol. Ὀπτήρια] Τὰ ὀπτὴρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα. Sic etiam ἀναπλυντήρια dicuntur munera, quæ sponsus sponsæ dat, quum in ejus conspectum sponsa primum venit, et retecto vultu se conspiciendam ei præbet. *Æmil. Portus.*

1128. ἀμφήρεις μένων] Prior vox Hen. Stephano debetur, posterior Cantero. Edd. Ald. ἀμφήρης μὲν, MSS. E. G. ἀμφήρης μένων. Interpretor autem ἀμφήρεις σκηνὰς, *ab omni parte exstructa tabernacula.* Sic ἀμφήρη ξύλα, Herc. Fur. v. 242. *Musg.*

Λέξας· σὺ μὲν νῦν, τέκνον, ἀμφήρεις μένων] Olim vacillabat versus una syllaba; ita enim legebatur in omnibus hucusque editionibus: Λέξας· σὺ μὲν νῦν, τέκνον, ἀμφήρεις μὲν. Quem versum Johannes Brodæus ut expleret, dixit tantum: τέκνον, *forte* ὦ τέκνον: ac proinde duplex μὲν admisit, et in sexto loco spondeum; adeo metri rationum ignarus erat, et excepto, quod egregius erat philologus, parum, aut nihil, in Euripide prospexit, aut profecit, aut profuit. Canterus legebat μένων, adeo aperto sensu, ut mirer, id Henr. Stephano non visum, qui hærens in hoc loco fatetur: *quid pro μὲν reponi debeat, ut plenus sit versus, id vero in dubio manet.* Xuthus autem dicit: ego quidem abeo tui gratia diis sacrificaturus, tu vero hic *manens* alias res age. Qui hæc non videt, nescio, qua parte sit acuminatus. Scaliger itaque μένων quoque legebat, sed et μὲν νῦν in priori versus parte, non forte æque feliciter; νῦν enim tempus hic designare videtur. *Barnes.*

Θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν ἦν μακρὸν χρόνον
Μένω, παροῦσι δαῖτες ἔστωσαν φίλοις.
Λαβὼν δὲ μόσχους, ᾤχεθ'. ὁ δὲ νεανίας
Vide Wesseling. ad Diod. Sic. IV. 58. Hermann. Corregerat jam Barnesius, qui, tamen, Ἡλιτρεῶνος retinet Alc. 855. Non tam accuratus est Hermannus, ut par est, in referendo emendationes ad auctores suos. Ille lector Herc. Fur. qui omnem ejus notitiam de textu ex Notis editionis hujusce hauriat, multas editori adscribet emendationes, quæ illius non sunt. Sed monendum est, Hermannum longe a suspicione plagiarismi removeri; et culpam cujus eum redarguimus, inter editores tam universalem esse, ut in excessum ejus tantum animadvertendum est. Si quis certiorem faceret Hermannum de vituperatione nostra verisimile est, esse excusaret, dicendo, ejus editionem nimis festinanter comparatam esse. Præ se fert indicationes quasdam alias solicitudinis auctoris, opus suum ad finem ducere properantis, ut venale prostet nundinis librariis Leipsiæ. *Elmsl.*

Ἡλιτρεῶνος] Vide infra ad v. 1250. *Musg.*

Ἡλιτρέωνος] Amphitryon invitus Electryonem, Alcmenæ patrem et amicum, occidit, de qua re videsis Apollodorum Bibliothec. Lib. II. c. 4. sect. 6. Homeri Scholiast. ad Odyss. λ'. v. 265. Καὶ Ἀμφιτρίων ἀκουσίως ἀκουσίως Ἡλιτρέωνα, φεύγει εἰς Θήβας. *Barnes.*

19. καθόδου] Ita verissime emendant Reiskius et Tyrwhittus. Ed. Ald. et MSS. καθίλεω. *Musg.*

21. ἵνα τον χρὸν μίσα.] Lege ἵνα τοῦ. *Por.*

23. Ταινάρου διὰ στόμα] De Herculis ad inferos per hunc locum descensu ita Apollodorus Biblioth. Lib. II. c. 5. sect. 12. Καὶ παραγενόμενος ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς, οὗ τῆς Ἅιδου καταβάσεις τὸ στόμιόν ἐστι, διὰ τούτου ἀνῆλθε. *Barnes.*

24. τρισώματον κύνα] Κέρβερον, τὸν Κύνα Πλούτωνος, ὃν τρισώματον καλεῖ, ὅτι τρικέφαλος ἦν· φυσικῶς δ' οὐκ ἂν εἴη κεφαλὴ ἄνευ τοῦ σώματος. Et sane communiter tria capita Cerbero tribuuntur: Unde et Sophocles vocat τρίκρανον ᾅδου σκύλακα, et κύνα τριπάρηον aliis dicitur. Sed latius Hesiodus vocat Κέρβερον πεντηκοντακέφαλον, Theogon. v. 312. Et Horatio dicitur Lib. II. Od. 13. *Bellua centiceps.* Et Tzetzes idem: Ἐπεὶ δὲ λέγουσιν εἶναι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐς φυλάττειν ὁ Κύων τοῦ Ἅιδου, ὃς ἔχει ἑκατὸν κεφαλάς. Et idem tamen Horatius tria capita quoque illi affigit, eodem Carminum libro, Od. 19. *Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum leniter atterens Caudam et recedentis* trilingui Ore *pedes, tetigitque crura.* Quæ quidem opinio usitatior, et a Virgilio quoque, Ovidio, Tibullo, confirmata. Pausanias Laconic. fol. 108. lin. 41. Ἀλλὰ Ἑκαταῖος μὲν ὁ Μιλήσιος λόγον ἐδίδου εἰπόντα, Ὅθεν φάσας ἐπὶ Ταινάρῳ τραφῆναι δυνὸν κληθῆναι δὲ Ἅιδου κύνα, ὅτι ἴδιος τὸν ἀνχθόνιον ἐπιθέτου παραπλήσια ὑπὸ τοῦ ἰοῦ. *Barnes.*

27. Δίρκης τις] Ita MSS. E. G. ut legendum conjecerat Piersonus. In Ed. Ald. deest τις. Prioris hujus Lyci historiam enarrat Apollodorus Lib. III. c. 5. sect. 5. *Musg.*

Ὡς ἦν ὁ Δίρκης τοπάρος ἐυνήτωρ Λύκος,] Hic Lycus primus, hujus Lyci pater, erat Nyctei frater, et filius Chthonii Spar-

Τὴν ἑπτάπυργον τήνδε δεσπόζων πόλιν,
Τῶ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονός,
Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός·
Οὗ ταυτὸν ὄνομα παῖς πατρὸς κεκλημένος,
Καδμεῖος οὐκ ὤν, ἀλλ' ἀπ' Εὐβοίας μολών,
Κτείνει Κρέοντα, καὶ πανώλη, ἄρχει χθονός,

Dominum hujus urbis, quæ septem turres habet,
Priusquam terræ dominarentur, in-equis albis-equitantes,
Amphion et Zethus filii Jovis.
Cujus filius, eodem quo pater nomine vocatus,
Non existens Thebanus, sed ex Eubœa profectus,
Occidit Creontem: quo interfecto, ipse imperat terræ,

tæ, Dircæ maritus, quem Amphion et Zethus occiderunt. De qua re Apollodor. Bibliothec. Lib. III. c. 5. sect. 5. Cum autem male hic versus se prius habebat: scribebatur enim: Ὡς ἦν πάρος Δίρκης ἰυνήτης Λύκος: Josephi Scaligeri lectio hæc erat, quam nos admisimus; quanquam nec illa Duporti erat contemnenda: ita enim is legit: Δίρκης ἴτ' ἦν πάροθεν ἰυνήτης Λύκος. *Barnes.*

Reisk. vult: ὡς ἦν πάρος Δίρκης ἰμυνήτης, aut συνυνήτης.

Struchtmeier. An. Cr. p. 148. vel μὴν ἰὼν. quod est in antt. edd. retineri, vel συνυνήτης scribi vult. *Beck.*

29. λευκοπώλω] Idem epitheton exstat Phœn. v. 615. ubi recte Valckenærius de Amphione et Zetho intelligit, hujus maxime loci subsidio usus, nec tamen negligens Hesychium v. Διόσκουροι. Barnesius, non inepte, honoris indicium apud Veteres fuisse putat *Equis albis vectari*, unde Jason apud Pindarum: λευκίππων δόμους πανίων φρόντισί μοι. Pyth. IV. Stroph. 6. confer Lib. Judicum, c. v. ver. 10. *Musg.*

Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς Ἀμφίον, ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός] Candidi equi, et muli, et asini principibus et tyrannis et victoribus, præcipue ovantibus et triumphantibus, semper in usu esse solebant; Castorique et Polluci κατ' ἐξοχὴν tribuuntur a veteribus; ut diximus ad Helen. v. 639. Sed nec iis solis, ut vel ex hoc loco patet: verum Amphioni et Zetho, qui λευκόπωλοι quoque dicuntur et ἔκγονοι Διός; erant enim et illi Διὸς κοῦροι, Jovis nempe et Antiopæ filii, unde et illi etiam Gemini, ut Castor et Pollux, vocati; sic enim Horat. Epist. Lib. I. 1. Epist. 18. v. 41. *Gratia sic fratrum Geminorum, Amphionis atque Zethi, dissiluit.* Quod vero Διὸς κοῦροι et alii dicantur, vide Eustathium in Homer. fol. 1333. lin. 57. Quin et hi Castorum titulo in hoc loco insigniti, λευκοπώλοι vocantur; unde Hesychius recte: Διόσκουροι, οἱ Ἕλληνες ἀδιλφοί. Καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων λευκόπωλοι καλούμενοι· καὶ ἀστέρες, etc. Palmerius errat, dum studens hunc locum corrigere, magis implicat, dicendo: *Pro* Ζῆθος καὶ Ἀμφίων *repone* Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης. *Incogitanter certe hæc scripsit*] Hesychius. *Ita ille.* Salmasius, ut nos, legit, Diog. Laërt. 123. Nunnes. in Phrynich. p. 47. Neque aliud in Hesychio desiderabatur, quam vocula καὶ ante Ζῆθος, etc. Quod et de Phavorino quoque dicendum. Sed, ut ad vocem λευκώλους revertamur, etiam inter Hebræos candor erat nobilitatis insigne, tam in vestibus, ut probavimus ad Helen. v. 1186. quam in equis, mulis, aut asinis, ut supra diximus; et jam nunc probaturi sumus. Ita Judicum, c. v. ver. 10. Principes et Judices populi Israëlitici designantur per hæc verba, *equitantes asinas nitidas*, i. e. *candidas*; ita vertit Anglicana nostra versio: *Speak ye, that ride on white asses.* Quin et Ἱππόνικα, ut et nobiles et regii juvenes, albis equis invehebantur; unde Pindarus Jasonis parentes vocat λευκίππους, Pythionic. Od. 4. Stroph. δ'. Λευκίππων δὲ δόμους πανίων Κιδνὰ σελίναι φράσασαί μοι σαφίων. Unde et nos in Franciados nostræ Lib. VII. de Nigri Principis equo ita veteribus conformiter canimus — *Hic longe cygnos can-*

Στάσει νοσοῦσαν τήνδ' ἐπισπασὼν πόλιν.
Ἡμῖν δὲ κῆδος εἰς Κρέοντ' ἀνηγμένον
Κακὸν μέγιστον, ὡς ἔοικε, γίγνεται.
Τοῦ 'μοῦ γὰρ ὄντος παιδὸς ἐν μυχοῖς χθονός,
Ὁ κλεινὸς οὗτος τῆσδε γῆς ἄρχων Λύκος
Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας ἐξελεῖν θέλει

Irruens in hanc urbem seditione laborantem.
Nobis vero affinitas cum Creonte contracta
Maximum, ut apparet, malum est.
Nam dum in penetralibus terræ est filius meus,
Ille inclytus hujus terræ dominus Lycus
Liberos Herculis vult perdere,

denti corpore vincat, Idem aquilas oculorum acie, cursuque fatiget. Quin et in historia nostra, quam de vita et gestis Regis Eduardi Tertii quinquennio fere abhinc edidimus, ubi post pugnam Pictaviensem, in qua rex Gallorum, Johannes de Valois, ab Eduardo Principe captus est, ejusdem principis triumphalem in urbem Londinum ingressum describimus, ita dicimus, Histor. Ed. III. Lib. III. c. 2. sect. 1. "Rex Johannes, regalibus vestimentis indutus, arduo candidoque equo invehebatur; majestatis id erat emblema et honoris. At generosus ille Princeps Wallise lateri ejus adequitabat nigro asturcone vectus, ut qui ne minimam quidem triumphi speciem præ se ferret." Non abludit hinc vetus triumphantium apud Romanos mos: Hi enim curru quatuor albis equis propter amnem Clitumnum pastis protracto capitolium adscendebant; veluti dignos hinc se probarent, qui propter fortitudinem rerum potirentur. Et de Camillo hæc Livius, Lib. V. Maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invectus, parumque id non civile modo, sed humanum etiam visum. Jovis Solisque equi equiparatum dictatorem in religionem etiam trahebant. Et paulo post: *Camillus meliore multo laude, quam cum triumphantem albi per urbem invexerant equi.* Hinc Ovid. Art. Aman. *Quatuor in niveis aureus ibis equis.* Et Horat. *Barros ut equis præcurreret albis.* De Persarum vero albis equis, qui Nessæi dicebantur, Solique erant sacri, vid. quæ nos in Ἀλιπεσανέστερον nostro ad v. 1304. notavimus. Huc adde Hadriani Junii Animadvers. Lib. I. c. 12. ubi hunc ipsum locum expendit. *Barnes.*

30. Vid. Pors. ad Hecub. 327. *Herman.*

31. παῖς h. l. non propria poni significatione, sed indicare *unum e posteris* (descendant) censet Prev. *Beck.*

35. ἀνηγμένον] Amicus quidam Musgravii recte in ἀνημμένον mutare videtur. *Herman.*

Musgravii amicus jure ad v. 476. refert. Proximo versu ancipites hæremus inter κακὸν μέγιστον, *permagnum malum*, et κακῶν μέγιστον, *malorum maximum*. Absque dubitatione legimus, κάκιστον ἔπλων, v. 161. Legimus etiam σκιὰν ἡγοῦμαι βροτῶν, loco βροτὸν, v. 283. *Quam emendationem*, ut dicere solet Wakefieldius, *præripuit nobis Porsonus Adversar.* p. 271. *Elmsl.*

ἀνηγμένον] Malit amicus ἀνημμένον, ut v. 476. *Musg.*

38. Ὁ κλεινὸς οὗτος τῆσδε γῆς ἄρχων Λύκος] v. 540. Λύκος σφ' ὁ κλεινὸς γῆς ἄναξ δεύλιστος. v. 764. Βίζαν' ἄναξ ὁ κλεινὸς, ὁ Ἀ παλαίστρας Κραναΐ, λιμένα λωτὸν γε τὸν Ἀχιρόντιον. Mirum nobis videtur, Hermannum in horum tertio locorum, Piersoni emendationem κλεινὸς pro κλεινὸς respuisse, quæ, judicio nostro, primo et secundo recuperetur. Conf. v. 566. non multum abest quin legeremus κλεινὸς, in omnibus locis a Piersono citatis (Verisim. p. 233.) Vid. etiam Eurip. Suppl. 1065. Hel. 1398. *Elmsl.*

κλεινὸς] Ionice, ut κλεινὴ, v. 1294. *Musg.*

39. ἐξελεῖν] Ita recte edunt, ex conjectura H. Stephani. vid. infra v. 60. Ed. Ald. ἐξελθεῖν. *Musg.*

Κτανών, δάμαρτά θ', ὡς φόνῳ σβέσῃ φόνον,
Κἄμ', εἴ τι δὴ χρὴ κἄμ' ἐν ἀνδράσιν λέγειν,
Γέροντ' ἀχρεῖον· μή ποθ' οἵδ' ἡνδρωμένοι
Μήτρωσιν ἐκπράξωσιν αἵματος δίκην.
Ἐγὼ δέ, λείπει γάρ με τοῖσδ' ἐν δώμασιν
Τροφὸν τέκνων οἰκουρόν, ἡνίκα χθονὸς
Μέλαιναν ὄρφνην εἰσέβαινε, παῖς ἐμὸς
Ξὺν μητρί, τέκνα μὴ θάνωσ' Ἡρακλέους,
Βωμὸν καθίζω τόνδε σωτῆρος Διός,
Ὃν καλλινίκου δορὸς ἄγαλμ' ἱδρύσατο,

Necans et conjugem, ut cædem cæde extinguat,
Et me: si modo inter viros numerare quoque convenit
Senem inutilem, ne aliquando illi, postquam ad virilem ætatem pervenerint.
Pœnas exigant cædis Avorum maternorum.
Ego vero (reliquit enim me in his ædibus
Nutritorem liberorum *et* custodem domus, quando terræ
Obscuram caliginem ingressus est filius meus,)
Cum matre, ne liberi Herculis moriantur,
Ad aram hanc Jovis servatoris sedeo,
Quam statuit ut monumentum esset victricis hastæ,

40. δάμαρτά θ',] Conjectura Canteri est, quam recte receperunt Editi. Ed. Ald. δάμαρθ'. *Musg.*

δάμαρτά θ',] Ita lego pro δάμαρθ', ut versus expleatur, qui defecit una syllaba. Auctores Canterum et Scaligerum habeo. *Barnes.*

43. Μήτρωσιν] Pluralis pro singulari, ut infra v. 455. Confer Longinum, Sect. XXIII. Unum quippe hic Creontem respicit, Megaræ patrem, liberorumque ideo avum. Notandum enim, vocem Μήτρως, quæ plerumque avunculum sonat, ab Euripide, et solo forte Veterum, ad avum maternum indicandum adhibitam esse. Pollux Lib. III. sect. 16. Μητρὸς πατὴρ, τοῦτον δὲ Εὐριπίδης μήτρωα ὀνόμασεν.

Μήτρωσιν] *Avis maternis.* Pindarus Olymp. IX. Stroph. III. ubi Scholiastes: τὸν ὁ Πίνδαρος τὸν ἐκ μητρὸς πάππον μήτρωα ὀνομάζει. *Musg.*

Μήτρως,] Ita omnino pro μήτρωσιν scribendum; Creon enim, quem Lycus ceciderat, et cujus cædis vindictam ab Herculis liberis metuebat, erat illis Μήτρως, hoc est in hoc loco μητρωπάτωρ: ita enim Eustathius fol. 971. lin. 38. Καὶ ὅτι παρ' οἱ τῆς μητρὸς Γονεῖς Μήτρωες εἴρηνται. Ita ipse poëta infra explicat, v. 546. Μήτρωσι Κρέοντι θάνατον ἐπενοήσατο. Quod non cernentes interpretes, nescio quid de avunculis delirabant; nos jam Latinam quoque versionem in hac parte sanavimus. *Barnes.*

Uberius Reisk. docuit, pluralem sic pro singulari poni, sed monuit etiam, posse in μήτρωσι præter avum maternum intelligi fratres matris, s. avunculos. *Beck.*

45. Locum hunc non observavit Censor anonymus in Vol. VII. p. 447. libri cui titulus, *The Quarterly Review*, qui negat, τροφὸς unquam in genere masculino usurpari. Lege Τροφὸν τέκνων οἰκουρόν. Cujus mutationis in fidem, monendum erit, MS. Philoctet. Soph. in Musæo (Harl. 5743.) Britannico, legere, τροφὸς pro τροφὸν, v. 344. Vid. Porson. Advers. p. 308. *Elmsl.*

47. Vide Pors. ad Hecub. v. 1141. *Herman.*

Reisk. scribit: μὴ θάνωσιν ἀλλοῖς. *Beck.*

48. σωτῆρος Διὸς,] Statuam Tropæi more erexit Hercules Thebis, in honorem Jovis

Μινύας κρατήσας, εὐμὸς εὐγενὴς τόκος.
Πάντων δὲ χρεῖοι τάσδ' ἕδρας φυλάσσομεν,
Σίτων, ποτῶν, ἐσθῆτος, ἀστρώτῳ πέδῳ
Πλευρὰς τιθέντες· ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι
Δόμων παθήμεθ' ἀπορίᾳ σωτηρίας.
Φίλων δὲ τοὺς μὲν, οὐ σαφεῖς ὁρῶ φίλους,
Οἱ δ' ὄντες ὀρθῶς, ἀδύνατοι προσωφελεῖν.
Τοιοῦτον ἀνθρώποισιν ἡ δυσκραξία·
Ἧς μήποθ', ὅστις καὶ μίσως εὔνους ἐμοί,
Τύχοι, φίλων ἔλεγχον ἀψευδέστατον.

Cum vicisset Minyas, generosus filius meus,
Has autem sedes servamus inopes *rerum* omnium,
Cibi, potus, vestitus, *in* non strato solo
Latera ponentes. Etenim exclusi
E domo sedemus, inopia salutis.
Amicorum vero alios quidem video non *esse* veros amicos,
Et qui vere sunt, non possunt nos adjuvare.
Ejusmodi inter homines *res est* calamitas:
In quam utinam nunquam, qui vel mediocriter mihi *sit* amicus,
Incidat, certissimum indicem amicorum.

Sospitatoris; quæ Asyli instar erat. De Tropæis nos ad Heraclid. v. 937. De Asylis ad Ion. v. 1311. *Barnes.*

49. Ὃν καλλίνικον δορὸς ἄγαλμ' ἱδρύσατο,] Ἄγαλμα δορὸς καλλίνικον, periphrasis apta tropæi, de qua re vide nota præcedente. *Barnes.*

50. *Μινύας*] Orchomeni incolas, *quibus cum Thebani vectigales essent*, Herculis *ope libertatem recuperarunt*. vid. Apollod. Lib. II. c. 4. sect. 11. Diod. Sic. Lib. IV. sect. 10. *Musg.*

Μινύας πρατήσας,] De Herculis cum Minyis pugna et Ergino, eorum rege, vide Apoll. Bibl. Lib. II. c. 4. sect. 2. et Polyæni Stratagem. Lib. I. Minyæ autem hi erant Orchomenii, et ab Argonautis diversi, qui et ipsi Minyæ dicti. *Barnes.*

51. Sic Heathius et Musgravius. Vulgo *χρεῖ*. *Herman.*

χρεῖοι] Adjectivum *χρεῖος*, de quo non cogitarunt interpretes, exstat infra v. 1328. Æsch. Suppl. v. 210. et in fragmento Andromedæ apud Stobæum Tit. XCI. Philo Judæus de Cosmopœia: *μὴ γὰς χρεῖός ἐστιν, ᾧ πάντα ὑπάρχει. Musg.* *χρεῖν, indigi*, jam Heath. reposuerat. *Beck.*

53. Reisk. *ἐσφραγίζειν* vult esse *excludere aliquem domo*, ceris velut et signis appositis arcere. *Beck.*

55. *σαφεῖς*] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. *σαφῶς*. *Musg.*

57. Non opus est ut confugiamus aut ad hoc genus interpretandi aut ad emendationes ab aliis interpretibus propinatas. Accusativus *ἔλεγχον* non respicit ad *δυσκραξία*, sed ad infinitivum subauditum *δυσκραξίας τυχεῖν*. Sic v. 425. *τόν τε πελοπίδαισιν Εὐρώτα λιμένα, πόνων τιλευτάν*. Iph. A. 231. *Ναῶν δ' ἐς ἀρχαῖον ἦλθον, Καὶ θέαν ἐθέσφατον, Τὰν γυναικείαν ὄψιν ἀμμάτων Ὡς πλέσιμι, μείλινον ἀδονάν*. Hel. 1432. *πᾶσαν δὲ χρὴν Γαῖαν βοᾶσθαι μαναρίας ὑμνῳδίας, Τμέναιον Ἑλένης κἄμόν, ὃς ζηλωτὸς ἦ*. Locis his, accusativi, *πόνων τιλευτάν, μείλινον ἀδονάν, ὑμέναιον Ἑλένης κἄμόν*, non pendunt ab ullo uno vocabulo, sed tota actione a verbis antecedentibus descripta. *Elmsl.*

59. Temere tentatur hic versus. Mutata est constructio, quod in mente habebat, *ἦν μήποτε λάχω*. *Herman.*

ΜΕΓΑΡΑ.

Ὦ πρέσβυ, Ταφίων ὅς ποτ' ἐξεῖλες πόλιν,
Στρατηλατήσας κλεινὰ Καδμείων δορός,
Ὡς οὐδὲν ἀνθρώποισι τῶν θείων σαφές.
Ἐγὼ γὰρ οὔτ' εἰς πατέρ' ἀπηλάθην τύχης,
Ὃς οὕνεκ' ὄλβου μέγας ἐκομπάσθη ποτέ,
Ἔχων τυραννίδ', ἧς μακραὶ λόγχαι πέρι
Πηδῶσ' ἔρωτι σώματ' εἰς εὐδαίμονα,
Ἔχων δὲ τέκνα, κἄμ' ἔδωκε παιδὶ σῷ,

MEGARA.

O senex, qui Taphiorum olim cepisti urbem,
Gloriose exercitui Thebanorum imperans,
Quam Deorum nullum *consilium* certum *est* hominibus!
Ego enim quod ad patrem, non fortuna carui;
Qui propter opes olim valde superbus erat,
Habens regnum, propter quod longæ hastæ
Saltant ob cupiditatem, in beata corpora *principum:*
Habens insuper liberos; filioque tuo me dedit,

ἱλιγχου] Ita Aldina, nec ulla ratio est, cur cum Brodæo legamus ἱλιγγος. Utrumque enim, vel ipso teste, probum. vid. infra v. 73. *Musg.*

φίλων ἱλιγχου ἀψινθίσταιον.] Canterus Φιλῶν. Ovid. *Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicienda fides.* Malim, inquit Brodæus, ἱλιγχοι, ut sit: ἡ δυστεξία τοιοῦτόν ἐστιν ἱλιγγος. Eustathius: Ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει, ὅτι, καθάπερ ὁ σπόνος, καὶ τὸ σπόνος, ὃν ἐμοίᾳ καταλάξει, οὕτω καὶ ὁ ἱλιγγος, καὶ τὸ ἱλιγγος. *Barnes.*

Heath. etiam legit ἱλιγγος ἀψινθίσταιος, sed ἱλιγγος non pro neutro, verum pro masc. habet, ut sit *index*, vel *argumentum*, et constructio: τοιοῦτον πρᾶγμα ἡ δυστεξία ἐστὶν ἀνθρώποις, δηλονότι ἱλιγγος ἀψ. φίλων. *Beck.*

Aut ἱλιγγος ἀψινθίσταιος, ut ad δυστεξία redeat, aut ἱλίγγου ἀψινθίσταιον, ut ad ὅς et τύχου. Si autem ἱλιγγου ἀψινθίσταιον retineatur, debebit ἤ, et λάχοι legi. *Reisk.*

60. De Taphiis ab Amphitryone subactis vide Apollodor. Lib. II. c. 4. sect. 7. et Plautum Amphitryone, passim. *Musg.*

Ταφίων ὅς ποτ' ἐξεῖλες πόλιν,] Taphiorum et Teleboarum urbes excidit Amphitryon juvenis, in vindictam Alcmenæ fratrum ab iis cæsorum. De qua re vide Apollodor. Bibliothec. Lib. II. c. 4. §. 6. et interpretes Hesiodi ad illud Scut. Hercul. v. 18. μαλιερῷ δὲ παναφλέξαι πυρὶ κάμας Ἀνδρῶν ἠρώων Ταφίων ἠδὲ Τηλεβοάων. Item Joh. Brodæum in Anthologg. Lib. V. *Barnes.*

63. ἀπηλάθην τύχης,] *Expers eram fortunæ.* Isocrat. Evagora: ἀπειλημμένον τῆς πολιτείας. Maxim. Tyr. Dissert. XXI. ἀπειλημμένην τοῦ ὑγιαινοῦ. Idem Dissert. XXXIII. βάναυσος ψυχὴ, ἀπειλημμένη λόγου: vid. et Dissert. XL. in fine. Xenoph. p. 7. Themist. p. 90. C. Plutarch. Agesil. p. 1125. Ed. H. Steph.

οὔτ' εἰς πατέρ'] *Nec quoad patrem.* Opponi debuit in sequentibus οὔτ' εἰς σόν, *nec quoad maritum.* Sed hoc videtur latere in κἄμ' ἔδωκε παιδὶ σῷ. *Musg.*

64. Ὃς οὕνεκ' ὄλβου] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ὃς οὕνεκ' ὄλβῳ. *Musg.*

69. θανόντ'] Legendum, ni fallor, φάντ'. *Illa quidem prius* (i. e. viventibus nobis) *avolarunt. Musg.*

Reisk. reponit: καὶ τὸν ἐμοῦν μὲν θα-

Ἐπίσημον εὐνὴν Ἡρακλεῖ ξυνοικίσας.
Καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ' ἀνέπτατο·
Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μίλλομεν θνήσκειν, γέρον,
Οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑπὸ πτεροῖς
Σώζω νεοσσούς, ὄρνις ὥς, ὑφειμένη.
Οἱ δ', εἰς ἔλεγχον ἄλλος ἄλλοθεν πτερῶν,
Ὦ μῆτερ, αὐδᾷ, ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς;
Τί δρᾷ; πόθ' ἥξει; τῷ νέῳ δ' ἐσφαλμένοι
Ζητοῦσι τὸν τεθνόντ'· ἐγὼ δὲ διαφέρω
Λόγοισι, μυθεύουσα, θαυμάζω δ', ὅταν

Nobilem conjugem Herculi jungens matrimonio.
Et nunc illa quidem mortua avolaverunt.
Ego vero, et tu senex, moriemur,
Et liberi Herculis, quos sub alis
Pullos, veluti gallina incubans, servo.
Ipsi autem ad sciscitandum alius aliunde accedens,
O mater, inquit, ubinam terrarum abest pater?
Quid facit? quando veniet? ob teneram ætatem autem decepti,
Quærunt patrem: ego vero prolecto
Verbis, fabulans. Admiror vero quando

νὺν ἀνέπτατο, aut: καὶ τὸν ἐκεῖνα μὲν θανόντα (nempe Creonte) ἀνέπτατο, *illa gloria avolavit, Creonte mortuo. Beck.*

69. s. καὶ τὸν ἐκεῖνα μετὰ θανόντ' ἀνέπτατο·
ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μίλλομεν θνήσκειν, γέρον.

Priorem versum in mendo cubare primus intellexit Reiskius, cujus tamen conjecturæ prostant ejusmodi, quibus nemo facile calculum adjecerit. Musgravius φθανόντ' ἀνέπτατο legendum suspicatus, voculam reliquit μετὰ, huic loco, si quid video, minime accommodatam. Videris an cortigi debeat

καὶ τὸν ἐκεῖνα μάτην ἄφαντ' ἀνέπτατο.

Illa nunc quidem avolarunt, neque ullum nisi vestigium, nullum fructum ad præsentem hanc vitam reliquerunt. In Oreste v. 1506. Helena percussorum manibus elapsa et inter Deos recepta is Θαλάμων ἐγένετ' ἐκ πρεσβύτου Ἄφαντος. et v. 1574.

ὁ σίδηρος ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται.

in Helena autem, v. 604. illud simulacrum, cujus causa Græci multos per annos bellum gesserant, βίβηκεν εἰς αἰθέρος πτύχας Ἀιθὶς ἄφαντος. Æschylus Agam. 668. naves ἔχουσ' ἄφαντα, πομπίμους πλοῦ στρόβῳ. Plura huc pertinentia congessit Abresch. in Annotationibus ad N. T. p. 595. sq. Quod ad μάτην attinet, quod facile permutari potuit cum μετὰ per compendium scripto, illud minime abundat, sed eum sensum habet, quem in Latina versione exprimere conati sumus. Eodem sensu positum legitur in Medea, v. 1257. μάτην μέχθος ἔβλυε τῶν τέκνων. *Jacobs.*

71. Ex emendatione Piersoni. Vulgo ὑπερτέρους. *Herman.*

ὑπερτέρους] Recte Piersonus ὑπὸ πτεροῖς, conferens Heraclid. v. 10. *Musg.*

71. s. ὑπερτέρους Σώζω νεοσσούς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη.] Vide ad Andromach. v. 441. et Troad. v. 753. *Barnes.*

73. ἄλλος] Its Edd. recent. monente H. Stephano, nec dissentiunt MSS. E. G. Ed. Ald. ἄλλης. *Musg.*

75. τῷ νέῳ] Τῇ νεότητι. Τὸ νέον, pro ἡ νεότης, vid. ad Androm. v. 185. et v. 601. et Ion. v. 547. *Barnes.*

Πύλαι ψοφῶσι· πᾶς τ' ἀνίστησιν πόδα,
Ὡς πρὸς πατρῷον προσπεσούμενοι γόνυ.
Νῦν οὖν τίν' ἐλπίδ' ἢ πόρον σωτηρίας
Ἐξευμαρίζει, πρέσβυ; πρὸς σὲ γὰρ βλέπω.
Ὡς οὔτε γαίας ὄρι' ἂν ἐκβαίμεν λάθρα·
Φυλακαὶ γὰρ ἡμῶν πρείσσονες κατ' ἐξόδους·
Οὔτ' ἐν φίλοισιν ἐλπίδες σωτηρίας
Ἔτ' εἰσὶν ἡμιν. ἥντιν' οὖν γνώμην ἔχεις,
Λέγ' εἰς τὸ κοινόν, μὴ θανεῖν ἕτοιμον ᾖ,
Χρόνον δὲ μηκύνωμεν, ὄντες ἀσθενεῖς.
ΑΜ. Ὦ θύγατερ, οὗτοι ῥᾴδιον, τὰ τοιάδε
Φαύλως παραινεῖν σπουδάσαντ' ἄνευ πόνου.

Fores strident, et unusquisque attollit pedem,
Ut ad paternum se projecturi genu.
Nunc igitur quam spem, aut viam salutis
In promptu habes, O senex? ad te enim respicio.
Nam neque terminos terræ clam egredi possumus:
Sunt enim custodiæ in exitu nobis potentiores,
Neque in amicis spes salutis
Nobis est amplius. Sententiam igitur quam habes,
In medium profer, ne mors sit expedita *nobis:*
Sed tempus producamus, existentes infirmi.
Am. O filia, non facile *est* talia deliberantem decernere
Tanquam levia sine fluctuatione.

80. Ald. ἢ πίδον. Barnesius ex Canteri conjectura, probata Æm. Porto, edidit ἵμπιδον. Præferendam judicavi Musgravii correctionem. *Herman.*

ἢ πίδον] Canterus ἵμπιδον. Legendum ἢ πόρον. πόρος σωτηρίας est apud Josephum Lib. XX. c. 3. sect. 1. et de vita sua, sect. 3. *Musg.*

ἵμπιδον] Ita cum Cantero pro ἢ πίδον lago, et ad ἐλπίδα refero. Vox Homerica. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἢ πίδαν σωτηρίας, *aut vinculum, ansam salutis. Beck.*

Ferri poterat antiqua lectio ἢ πίδον, *aut fundamentum salutis. Heath.*

81. Ἐξευμαρίζει,] Εὐτρεπίζει, παρασκευάζει, ῥᾴδιον ποιεῖ, καὶ παρέχει ἡμῖν. Εὐμαρὴς, ῥᾴδιος, πρόχειρος, παρὰ τὸ μάρω, αἱ χεῖρες. Vid. supra v. 18. συμφορᾶς ἐξευμαρίζων. *Barnes.*

86. Videntur dura verba sic exponi debere: dic, annon expeditum et consultum sit mori, et annon tempus tantummodo trahamus absque fructu, quum non valeamus eadem arcere. *Reisk.*

88. s. παραινεῖν] Optime Reiskius (et Heath.) στρέφειν. στρέφειν τὰ τοιάδε idem plane est, ac στρέφειν περὶ στρεπτῆς. Sed præterea legendum putem:

— οὗτοι ῥᾴδιον τὰ τοιάδε,
φαυλ' ὄτι, στρέφειν σπουδάσαντ' ἄνευ πλάνου.

Non utique facile est, hujusmodi res, tanquam levia quædam, sine ulla hæsitatione aut errore mentis discernere. ὅτι postpositum adjectivo vide Suppl. v. 331. *Musg.*

89. Reiskius et Heathius στρέφειν. Non sollicitanda vulgata. *Herman.*

90. Vulgo στρεπτὸν σ'] Emendavit Musgravius. *Herman.*

στρεπτὸν,] Male vulgo, quod et habet

ΜΕ. Λύπης τι προσδεῖς, ἢ φιλεῖς οὕτω φάος;
ΑΜ. Καὶ τῷδε χαίρω, καὶ φιλῶ τὰς ἐλπίδας.
ΜΕ. Κἀγώ· δοκεῖν δὲ τἀδόκητ' οὐ χρὴ, γέρον.
ΑΜ. Ἐν ταῖς ἀναβολαῖς τῶν κακῶν ἔνεστ' ἄκη.
ΜΕ. Ὁ δ' ἐν μέσῳ με, λυπρὸς ὤν, δάκνει χρόνος.
ΑΜ. Γένοιτό τἄν, ὦ Ζύγατερ, οὔριος δρόμος
Ἐκ τῶν παρόντων τῶνδ' ἐμοὶ καὶ σοὶ κακῶν·
Ἔλθοι τ' ἔτ' ἂν παῖς οὐμός, εὐνήτωρ δὲ σός.
Ἀλλ' ἡσύχαζε καὶ δακρυρρόους τέκνων
Πηγὰς ἀφαίρει καὶ παρευκήλει λόγοις,
Κλέπτουσα μύθοις ἀθλίους πλοπὰς ὅμως.
Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ ξυμφοραί,

Meg. Quid tristitiæ tibi deest? aut amas tantopere lucem?
Am. Ego vero et lætor ea, et spem amo.
Meg. Et ego: sed non oportet sperare non speranda, O senex.
Am. In ipsa mora insunt remedia malorum.
Meg. At tempus interjectum, cum sit triste, mordet me.
Am. Forte, filia, contingat secundus cursus
Ex præsentibus malis mihi, et tibi,
Ac veniat aliquando filius meus, tuus maritus.
Verum quiesce, et lacrymosos liberorum
Fontes sufer, et *ipsos* delini verbis,
Commentis fallens, quamvis miseram deceptionem.
Laborant enim etiam ipsæ mortalium calamitates,

contextus, προσδεῖ σ'. Vid. Iph. in Aul. v. 41. Troad. v. 799. *Musg.*

Petit. Miscell. Lib. III. c. 20. reponit: Ἔλειᾳ νύ προσδεῖ σ', sed repugnat ei Heath. *Beck.*

95. Erfurdtii emendatio est γένοιτό τἄν. Vulgo γένοιτ' ἄν. *Herman.*

Malim, Γένοιτ' ἄν ἔτ' ἄν, ὦ Ζύγατερ. Ἐν, nobis videtur, magis sententiæ consentaneum quam τῶν. *Elmsl.*

Recte, ut videtur, Barnesius versum per μοι supplevit, uncinis hic inclusum. Vide, citante ipso, Orest. v. 124. Iphig. in Aul. v. 613. Iphig. in Taur. v. 871. Troad. v. 1073. *Musg.*

95. 8. Γένοιτ' ἄν, ὦ μοι Ζύγατερ, οὔριος δρόμος Ἐκ τῶν παρόντων τῶνδ' ἐμοὶ καὶ σοὶ κακῶν·] Olim μοι ante Ζύγατερ aberat, non sine versus jactura; restituitur nunc cum elegantia; sic Orest. v. 124. Ἰὼ, ὦ τέκνον μοι. Iphig. Aul. v. 613. Σὺ δ', ὦ τέκνον μοι. Iphig. Taur. v. 871. Ὦ μοι σύγγον. Demum Troad. v. 1073. Ὦ φίλος, ὦ τέκνον μοι. Nec obest, quod in versu sequenti ἐμοὶ iterum occurrat: prius enim μοι pro μου ponitur, alterum ad γένοιτο refertur. Τῶνδ' vero, quod in secundo versu post παρόντων aberat in nonnullis exemplaribus, ex Aldina editione restitui.
Barnes.

Quia in ed. vet. est, γένοιτ' ἄν, ὦ Ζύγατερ, Reisk. scribit: γένοιτ' ἄν αὖ, ὦ Ζ. *Beck*

97. Ἔλθοι τ' ἔτ' ἄν] Ita MS. 2714. Vulgo Ἔλθοι τέ νιν' ἄν. *Musg.*

In vulgata particulam τι ejici jubebat Heath. locumque reddidit sic: *Fieri potest, O filia, ut, secundante fortuna aura, effugium obtingat ex præsentibus malis,*

Καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει,
Οἵ τ' εὐτυχοῦντες διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς.
Μεθίστανται γὰρ πάντ' ἀφ' ἁλλήλων δίχα.
Οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσιν
Πέποιθεν ἀεί· τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.

Et flatus ventorum: neque semper robur habent,
Et qui felices sunt, non sunt perpetuo felices,
Omnia enim a se invicem in diversa abeunt.
Hic autem optimus *est* vir, qui spei
Semper confidit: at desperare, hominis *est* ignavi.

quæ me et te circumdant; veniat modo filius meus tuusque maritus. Beck.

98. Ald. τίσιν, reliquæ τίνων, sic citavit etiam Pors. ad Phœn. 381. *Herman.*

101—106. Apud Stob. Grot. CXI. p. 461. ubi ξυμφοραί. *Burn.*

Elegantius foret:

101. a. κάμνουσι γάρ του καὶ βροτῶν αἱ συμφοραί,
καὶ πνεύματ' ἀείμεν· οὐδ' ἀεὶ ῥώμην ἔχει. *Musg.*

101. Κάμνουσι γάρ του καὶ βροτῶν αἱ συμφοραὶ,] Hunc locum egregium sane et philosophia plenum citat Stobæus in capite περὶ ἐλπίδος, totidem verbis, excepto, quod in v. 104. Μεθίστανται pro Ἐξίστανται legit. Hugo Grotius ita vertit in sua Stobæi editione: "Etiam calamitas ipsa lassari solet. Nec semper sæ̈r tristibus flabris gemit, Nec cui beate nunc, et olim sic erit. Perpetua rebus imminent divortia. longe Optimus, qui sperat: at qui ignavia Despondet animum, nullius pretii est homo." Hinc Ovidianum illud in omni fere consilio a me usurpatum: *Sed quid tentare nocebit?* Et sane, qui varias, miras, subitas et inexspectatas fortunæ vices novit, de nihilo unquam desperabit; audeat modo, et exspectet. Certe desperatio multis nocuit, heroica spes et fiducia sæpe felicem sortitur exitum. Quare recte Theocritus: Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνίλπιστοι δὲ θανόντες, Idyll. IV. v. 42. Latine: Spes est in vivis, sed spes est nulla sepultis. At vetustissimus poëta, Linus, optime: Ἐλπίσθαι χρὴ πάντ'· ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἀέλπιστον. Ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνάντεα οὐδέν. Non hæc ego de ambitiosorum, aut amatorum, aut avarorum spe vana; de his enim rectius Plato statuit, Τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορόσιν ἀνθρώποις ὀνείρους εἶναι. *Barnes.*

103. Οἵ τ' εὐτυχοῦντες, διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς.] In hanc sententiam vide quæ nos ad Iphig. Aul. v. 161. *Barnes.*

104. Stobæi lectio est μεθίστανται tit. 111. Grot. Euripidis libri ἐξίστανται. *Herman.*

Ἐξίστανται] Stobæus Tit. CXI. Ed. Grot. μεθίστανται, quod non deterius. *Musg.*

Ἐξίστανται] De Stobæana lectione in margine notavimus. Nostra vero potior videtur, ut sit hic sensus: *Non eundem semper cursum tenoremque servant, sed ab invicem separari et mutari solent.* Ita Thucydides Lib. II. Καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι· ὑμεῖς δὲ μεταβάλλεσθε. *Barnes.*

105. a. Οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσι
Πέποιθεν αἰεί·] Οὗτός ἐστιν ἐν' ἀνθρώπῳ τι καὶ σοφίᾳ μάλιστα μὲν ἐκπεπτὸς, ὅστις εὐθυμεῖται καὶ ἰδίαισι σφὲ τὰ τῆς τύχης ἐσίσαν γίνηται. Spei autem laudem vide supra ad v. 101. *Barnes.*

106. Reisk. reponit: ἀπιρεῖν, i. e. ἀπιστεῖν, *despondere animum.* *Beck.*

107. a. Vulgo ἀπόφορα et ἐκλείπων. Sic Orest. 147. Hæret interpretatio in vocabula quinque priora quæ, si modo solito conjungamus, necessario signant locum, ad quem Chorus proficiscitur. Sic Med. 666. Τί δ' ἁμφαλὸν γῆς Ἑλληνίδων ἐστάλης; Hæc verba tamen, ut jure monent interpretes, locum significare ex quo venit Chorus, intelligenda sunt. Barnesius, causa nulla illata, in textum recepit λιπὼν. Musgravius vult ἐστάλην in ἐξᾶλθον mutare. Quas emendationes metri ratio non fert, has igitur Hermannus rejicit, qui addit: "At μίλαθρα καὶ δίμνα ἔρημα θ-

ΧΟΡΟΣ.

Ὑπώροφα μέλαθρα στροφή.
Καὶ γηραιὰ δόμοι' ἀμφὶ βάκτροις
Ἔρεισμα δίμιος, ἐστάλην, ἰηλέμων

CHORUS.

Ex bene tectis atriis
Et senili lecto, baculis
Innitens, egressus sum lugubrium

μενος idem est ac si dixisset, μέλαθρα καὶ δόμοι σὺν βάκτροις διαστεμμένος. Sic in Ione 743. Βάκτρῳ δ' ἰχνίδιον στειριᾷ σπίζον χθονός." Nobis non arridet interpretatio hæc, quem locum si quis emendare nos roguret, legamus: ἐξίζω, seu magis ἐξίζας pro ἐστάλην. Omnia hac mutatione recta evadent. Verbum ἐκβαίνω accusativum regit in hujus tragediæ, v. 82. Ὡς οὔτι γαίας ἔρι' ἂν ἐκβαίμεν λάθρα. Attamen libere fatemur, ἐξίζας pro ἐστάλην, audacius mutari. Mirum est, quod in versu Medeæ supra laudato, Aldus habet ἐκβάσης loco ἐστάλης. *Elmsl.*

107. sq. Hæc Ode in editis omnibus tanquam monostrophica exhibetur, sed revera antistrophicam esse, monuit me Tyrwhittus. Strophe et antistrophe sic constitui possunt:

Στροφή.

ΧΟ. Ὑψήροφα μέλαθρα, καὶ γηραιὰ
δόμοι', ἀμφὶ βάκτροις'
ἔρεισμα δίμιος, ἐξῆλθον ἰηλέμων
γόων τ' ἀοιδάς, ἔνθ' ἀγυιὰς ἔχουσ'
ἔστια μέσον, καὶ δάπεδα νυκτιφαοῦς
ἑστήκασιν ἑστίας,
στρωτὰ μὲν, ἀλλ' ἄνευ στρώματος.
ἰὼ πόποι, πόποι σκηπτὸς
ἀφίκετο', ὦ γεραιά, σόν τε
πάλαιστα μῶτις, ἣ νιν ἔλβια δόμοις
πάρος ἀναστυφέλιζε.

Ἀντιστροφή.

μὴ πέδοι τρομάσσοντι, βαρύ τι πῶλον,
ἔνθεν πρὸς πυκνοῖσιν
λέκτροις ζαγκρίφοιν πῶλον ἀνίουσα· ὁπόταν
βάκτρον φέρων τροχηλάτου βάλου
λαβὼν χερῶν καὶ στίκτου, ὅταν λίλαιται
πυθὼς ἀμαυρὸν ἴχνος,
γέρων γέροντα παραπέμψει,
ἕ ξύντονα δέμνια πόα
τὸ πάρος ἐν ξυνηλίκων
πόνοις πόα ξυνῶν ἀεί', ἀκαλυπτόδους
πυκτίδος οἶκα ἐφέδρα.

Descripsi, ut legendum puto. Rationes emendationum nunc exponam.

Pro ὑπώροφα, quod metro adversatur, legi potest non incommode ὑψήροφα. Vox Homerica est, Plutarcho etiam adhibita Themistocl. p. 217. Ed. H. Steph.

λιτὼν, quod præbet in fine versus Barnesiana, additamentum est Scaligeri. *Musg.*

λιτὼν deleri vult Reisk. alloqui Chorum ædes suas et urbem totam.

Heath. sic versum dividit:

Ὑπώροφα μέλαθρα antispasticus hemiolius.
Καὶ γηραιὰ λιτὼν penthemimeris trochaica.

Beck.

108. Barnesius ex Scaligeri conjectura post γηραιᾶ addidit λιτών. Musgravio ἐστάλην in ἐξῆλθον mutandum videbatur. At μέλαθρα καὶ δόμοι' ἔρεισμα δίμιος idem est ac si dixisset, μέλαθρα καὶ δόμοι σὺν βάκτροις διαστεμμένος. Sic in Ione 743. βάκτρῳ δ' ἰχνίδιον στειριᾷ σπίζον χθονός. *Herimon.*

109. ἐστάλην.] Et metro repugnat hæc vox et sententiæ. Sententiæ scilicet, quia Amphityron, non intra ædes, nedum in cubiculo, versabatur, sed foris sub dio ad aram Διὸς σωτῆρος. vid. v. 53. Non igitur ad stragula senilia properabat Chorus, sed ea tum maxime reliquerat Legendum forte ἐξῆλθον, *egressus sum*, quod non semper genitivum adsciscit, sed aliquando etiam accusativum. Herodot. Lib. V.

Γόων ἀοιδός, ὥστε πολιὸς ὄρνις,
Ἕπεα μόνον καὶ δόκημα νυκτιφοιτὸν
Ἐννύχων ὀνείρων,
Τρομερὰ μέν, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα.
Ὦ τέκνα πατρὸς ἀπάτορ', ὦ
Γεραιέ, σύ τε, τάλαινα μᾶ-
τερ, ἃ τὸν Ἀΐδα δόμοις
πόσιν ἀναστενάζεις.
Μὴ προκάμητε, πόδα ἀντιστρ.

Carminum cantator, ut cana avis,
Verba tantum, et species obscura
Nocturnorum somniorum,
Tremula quidem, sed tamen prompta.
Io liberi, liberi patre carentes, O
Senex, tuque, mater infelix,
Quæ Plutonis in ædibus agentem
Maritum deploras.
Ne defatigemini pedem,

ἰνδαϊκά μιν φυλάξας ἐξιλλόντα τὸ ἄστυ Σαλαμινίων ὁ Ὀνήσιλος. Polyb. p. 586. B. τὴν αὐλὴν οὐδεὶς ἐξέπλει θαῤῥῶν. Idem, p. 630. A. ἐκπερισσόμενος τὸ βουλευτήριον. Dionys. Halicarn. p. 252. l. 44. τὰς αὐλὰς ἐξιλλόντα. Aristid. Orat. Sacr. III. ἐξέπλει δέ μοι τὰ περιπόλια. *Musg.*

110. πολιὸς ὄρνις,] i. e. cygnus. *Musg.*

111. s. Hos versus ita constituit Heath.

Ἕπεα μόνον, καὶ δόκημα periodus.
Νυκτιφοιτὸν ἐννύχων ὀνείρων trochaicus trimeter brachycatalectus.

δόκημα νυκτιφοιτὸν recto casu ponitur, et a senibus de se dictum accipi debet. *Beck.* Vid. Hecub. 72. *Burn.*

113. Τρομερὰ μὲν, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα.] V. 126. Γέρων γέροντα παραπέμψει. Quoniam quemque horum versuum sequuntur iambici tres dimetri, perducimur ut legamus, πρόθυμ' et παραπέμψ'. *Elmsl.*

Τρομερὰ μὲν,] Emendatio est Tyrwhitti pro τρομερὰ μόνον. *Musg.*

Pro μόνον Heath. legit μὲν οὖν. *Beck.*

114. Vulgo ἰὼ τέκνα, τέκνα. *Herman.*

114—116. Versus hi tres sunt iambici dimetri quos sequitur ithyphallicus. Vulgo legitur: Ἰὼ τέκνα, τέκνα. Brevis est secunda syllaba γεραιὲ, ut in vv. 444. 896. Legit Hermannus, Ὦ τέκνα πατρὸς ἀπάτορ', ὦ Γεραιὲ, σύ τε τάλαινα μᾶτερ πατρὸς ἀπάτορα, *locutionem portentosam esse* clamat Wakefieldius, et legit, Ἰὼ τέκνα, μέλεα πατρὸς, Ἀπάτορ'. "Quam emendationem," ait Wakefieldius, "utroque pollice sine dubio laudabunt eruditi, cum sit ex intimis veterum venustatum thesauris deprompta." Quoniam πατρὸς ἀπάτορα, nobis videtur, Græce dici æque ut παίδων ἄπαιδας, Androm. 610. ἄπαιδας τέκνων. ibid. 712. ἄφιλος φίλων. Hel. 524. et viginti aliæ locutiones passim apud tragedias, propterea quod emendationem Wakefieldio *utroque pollice laudare* roganti morem gerere nolumus. *Elmsl.*

118. In editis est μὴ προκάμητε πόδα.] Sed voces πόδα et προκάμητε propter metrum transposui. *Musg.*

Comma post προκάμητε ponendum. nam πόδα cohæret cum ἀνίετε, *remittentes*, de cursus vigore scilicet. *Beck.*

118—123. Hæc Amphitryoni tribuenda censeo, quæ vero inde sequuntur, i terum Choro. *Heath.*

120. Vulgo ζυγηφόρων πώλων ἀνίετε.] Metri indicio primam vocem correxi. Ante ἀνίετε syllaba deest. Fortasse ἐξανίετε scribendum. Rarior est remittendi

Βαρύ τι πῶλον, ὥστε πρὸς πετραῖον
Λίπας ζυγοφόρον πῶλον, . . ἀνέντες, ὡς
Βάρος φέρω τροχηλάτοιο πώλου.
Λαβοῦ χερῶν καὶ πίπλων, ὅτου λέλοιπε
Ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος·
Γέρων γέροντα παραπόμιζε,
Τὸ πάρος ἐν ἡλίκων πόνοις
Ὦ ξύνοπλα δόρατα νέα νέῳ
Ξυνῆν πότ', εὐκλεεστάτας

Et lenta membra; tanquam ad saxeum
Clivum jugales equos incitantes: ut
Onus gesto tremuli pedis,
Apprehende manus, et vestes, cujuscunque deficit
Imbecille pedis vestigium.
Senex senem deduc,
Qui, sociæ hastæ juveniles
Ante inter æqualium-labores, juniores
Una fuerant, laudatissimæ

significatio in forma ἱξανίημι. Sed habet Sophocles in Philoct. 705. Sensus est: ne fatigemini, pedem senio gravem remittentes, velut equum jugalem in loco acclivi. *Herman.*

Reisk. scribit ζυγηφόρου πῶλου. *Beck.*

121. Vulgo φέρω. Scripsi φέρω, ut Hesthius, qui tamen errat, quum id vult conjunctivi modi esse, πῶλον pro Aldino πώλου præbuerunt MSS. Stephani. Intelligitur pes titubans. Eamdem rem similiter in Ione v. 743. per στρεβλῇ σκίβει χθονὸς indicavit. *Herman.*

πώλου.] Ita Ed. Ald. MS8. Steph. πῶλον. Sed legendum τροχηλάτου βώλου, et intelligendum de lapide molari, qui revera τροχήλατος est, i. e. rota circumactus. Sic Xenarchus apud Athen. Lib. II. c. 23. patinam fictilem τροχήλατον πέρην vocat, quod rota figulina circumacta fuisset.

βῶλος aliquando *lapidem* significat, ut in Orest. v. 976. Strabo de lapicidina Synnadica: καν' ἀεχὰς μὲν μικρὰς βώλους ἐλλίπους τοῦ μετάλλου, διὰ δὲ τὸν νοῦν τελετίλλουσι τῶν Ῥωμαίων πίσους ἐξαιρεῖσθαι μᾶλλον. Lib. XII. p. 577. B. *Musg.*

Reisk. reponit: βαιοφόρου τροχηλάτου πώλου, *equi currum trahentis*, cui onere currus et longo itinere *pes gravis* et tardus factus est. *Beck.*

Pro φέρω malim legere φέρω, forma subjunctiva, ut constructio sit: λαβοῦ χερῶν καὶ πίπλων ὡς βάρος φέρω. τροχηλάτου πώλου verte *aurigantis pedis*. *Heath.*

122. ὅτου, *cujuscunque*. Legitur etiam ὅτου, sed, ut opinor, perperam. *Heath.*

125. Elisio in voc. παραπόμιζε flagitat ordinem vv. 125. 126. mutari, cum prior duorum horum versuum, ordine quo fere semper stant, a consonante incipit. Mutationem hanc, Musgravio judice, sententia ipsa postulat. *Elmsl.*

Τὸ πάρος] MSS. Steph. τὸν πάρος. In MSS. pariter ac editis hic versus ante versum ὦ ξύνοπλα exhibetur, quod constructionem impeditam facit. Transponendos fuisse, metro Odes invento, dubitari non potest.

ὦ et νέῳ in edd. iota subscriptum habent, quasi dativi singularis essent. Mihi videntur nominativi dualis esse, ut ipsi commilitones ξύνοπλα δόρατα vocentur. vide, quæ dedimus ad Suppl. v. 708. Iphig. in Taur. v. 141.

Pro ξυνῆλικες, quod hic dedi, MSS. habent ἡλίκων. *Musg.*

Πατρίδος οὐκ ὀνείδη.
Ἴδετε, πατρὸς ὡς ἐτῳδίς.
Γοργῶπες αἴδε προσφερεῖς
Ὀμμάτων αὐγαί. 130
Τὸ δὲ δὴ κακοτυχὲς οὐ λέλοιπεν ἐκ τέκνων,
Οὐ δ' ἀποίχεται χάρις.
Ἑλλάς, ὦ, ξυμμάχους
Οἵους, οἵους ὀλέσασα
Τούσδ' ἀποστερήσει. 135
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τῆσδε κοίρανον χθονὸς

Patriæ non probra.
Videte ut truces
Patris similes *sint* hi
Oculorum fulgores.
Infortunium vero nondum a liberis discessit,
Neque abiit ob venustatem.
O Græcia, belli socios
Quales, quales amittes,
Cum hos perdideris.
Sed enim video dominum hujus terræ

Leg. τὸν πάρος συνόλλυν' (aut ἰδόλλυν') ἐν τέκνοις, illum, qui in laboribus eandem mecum (aut bene) ferebat ætatem. *Beck.*

126. Vulgo δοίρανος. Emendavit Tyrwhittus, licet ille non uno modo in descriptione metrorum hic falsus. *Herman.*

128. οὐκ ὀνείδη.] *Non in opprobrium patriæ. Reisk.*

129. Hic versus in duos dividendus:

Ἴδετε πατρὸς ὡς penthemimeris trochaica.
Γοργῶπες αἴδε προσφερεῖς. iambicus dimeter. *Heath.*

132. Hæc sensu carent. Scribendum videtur:

τὸ δὲ δὴ κακοτυχὲς οὐ λέλοιπεν ἐκ πατρὸς τέκνοις, οὐδ' ἀποίχεται χάρις.

At nimirum infortunium paternum non destituit liberos, neque exstinctus est decor. Oris scilicet paterni. *Herman.*

Heath. vertit: *Sors vero iniqua patris nequaquam eos reliquit etiam a pueritia. Beck.*

133. οὔ δ' ἀποίχεται χάρις.] Sic etiam in Sophocl. Electr. 132. *Herman.*

133. χάριν.] i. e. Χάριτι. *Propter forma venustatem.* non χάρις, nominativo singulari. *Musg.*

138. στρέφοντα] Its MSS. E. G. et 2714. Ed. Ald. στρέφοντα. vid. infra v. 701. et Bacch. v. 208. *Musg.*

Δύσει] Homeri Scholiastes ad Odys. v. 268. Ἡ Μιγδὼν, Δρυάντης Κρίνοντος, τοῦ Θηβῶν βασιλέως, γημαμένη Ἡρακλεῖ, παῖδας ἴσχυε Θηρίμαχον καὶ Κρεοντιάδην. Βαδίζοντος δὲ αὐτοῦ εἰς Ἅιδου, ἐπὶ τὸν τοῦ Κυνὸς Ἅιδην, Δύσης, ὁ τῶν Θηβαίων βασιλεὺς, στασιάσας Ἥρᾳ, κατασφάξαι τοὺς Ἡρακλείους παῖδας, ἵνα Ζῆνα· οὐ γὰρ αὐτὸν ἐκπολέμιον ἔφατο. Παραγενόμενος δὲ Ἡρακλῆς, ἀναιρεῖ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκείνου παῖδας. Μανεὶς δὲ διὰ τὴν Ἥραν, κτείνει τοὺς ἰδίους. Joh. Brodæus. Non autem hic Lycus erat legitimus regni Thebani successor et hæres, quanquam et ex Thebano sanguine procreatus: erat enim filius veteris Lyci, Nycteï fratris; sed ex Eubœa a seditiosis Thebanis ad regnum vocatus contra Creontem, dum abesset Hercules: illo autem mox redeunte, oppressus et cum liberis occisus. *Barnes.*

Λύκον πελῶντα τῶνδε δωμάτων πέλας.

ΛΥΚΟΣ.

Τὸν Ἡράκλειον πατέρα καὶ ξυνάορον,
Εἰ χρή μ', ἐρωτῶ· χρὴ δ', ἐπεί γε δεσπότης
Ὑμῶν καθέστηχ', ἱστορεῖν ἃ βούλομαι·
Τίν' εἰς χρόνον ζητεῖτε μηκῦναι βίον;
Τίν' ἐλπίδ', ἀλκὴν τ' εἰσορᾶτε μὴ θανεῖν;
Ἢ τὸν παρ' Ἅιδῃ πατέρα τῶνδε κείμενον
Πιστεύεθ' ἥξειν; ὥσθ' ὑπὲρ τὴν ἀξίαν

Lycum accedere prope hanc domum.

LYCUS.

Herculis patrem, et uxorem,
Si mihi convenit, interrogo: convenit autem, siquidem dominus
Vester sum, interrogare quæ volo.
Quam diu quæritis prorogare vitam?
Quam spem, aut quod auxilium videtis, ne moriamini?
An patrem horum jacentem apud Plutonem
Venturum creditis, ut *ita* præter dignitatem

139. Τὸν Ἡράκλειον] Recte ab hoc versu Lyci ῥῆσιν orditur Barnesius, quæ in reliquis edd. a versu sequenti incipit. *Musg.*

139. 2. Τὸν Ἡράκλειον πατέρα καὶ ξυνάορον Εἰ χρή μ', ἐρωτῶ·] Hæc ego verba primus Lyco tribuo, et rectissime, licet olim versus Τὸν Ἡράκλειον, &c. in Choro continuabatur; unde Scaliger τόν δ' legendum putabat. Amphitryon autem et uxor Herculis cum Choro in scena manserant; nec una cum Lyco nunc intrant; quare ad Lycum hæc oratio incipit; in hunc sensum: *Si fas est, Herculis patrem et uxorem quæstionibus exercere; illos interrogo; at ego sum dominus et rex vester, ergo certe fas est: Quousque igitur et qua spe freti vitam vestram certissimæ morti destinatam producere conamini?* Sed hic necessitatem mihi impositam video, Euripidis causa et hujus loci pauca prælibandi. Magnus enim ille Scaliger, ubi de Senecæ fabula loquitur, cui nomen Hercules Furens, hanc habet: "Apud Euripidem tragœdia est huic affinis et argumento et nomine. Œconomia partim similis, partim dissimilis." Palmam autem ille vir magnus in hoc fere opere, præcipue in hac scena, ab Euripide detrahit, Senecæque capiti imponit, et decorum in Amphitryonis persona melius a Seneca observatum, quam ab Euripide, contendit: *Est*, inquit, *Euripides in decoro Personæ Amphitryonis longe inferior Seneca; ut in multis aliis.* Ego neque Scaligero, neque Senecæ quid detractum volo: Criticorum vero totam gentem appello, utrum Senecæ œconomia et judicium per omnia linguæ nitori respondere soleat; et num illi τὸ δαιμόνιος par semper sit cura et τοῦ ἀρίστου: et uter in hac ipsa fabula divinius spirat, an Seneca, qui Herculem desperatione victum manus sibi inferre fixum statuit, vel Euripides, qui id ipsum consilii, ut imbellis animi indicium, ab Hercule rejectum fortiter et prudenter facit. Vide infra ad v. 1137. et 1338. Non est hujus loci, comparationem inter eos instituere; Euripides certe, si in omnibus non sit melior, hoc saltem præferendus est, quod in multis etiam ipsi Senecæ sit auctor et exemplum. Et sic utrique salva sit sua laus. Quanquam, ut supra

Τὸ πένθος αἴρεσθ', εἰ θανεῖν ὑμᾶς χρεών,
Σὺ μὲν καθ' Ἑλλάδ' ἐκβαλὼν κόμπους κενούς,
Ὡς ζύγγαμός σοι Ζεὺς τέκοι νέον θεόν·
Σὺ δ', ὡς ἀρίστου φωτὸς ἐκλήθης δάμαρ.
Τί δῆτα σεμνὸν σῷ κατείργασαι πόσει,
Ὕδραν ἕλειον εἰ διώλεσε πτανών,
Ἢ τὸν Νέμειον θῆρ', ὃν ἐν βρόχοις ἑλών,

Lugetis, quod mori vos oporteat?
Tu quidem, spargens per Græciam inanem jactationem,
Quod particeps tui conjugii Jupiter novum Deum genuerit:
Tu vero, quod præstantissimi viri uxor vocata sis.
Quid vero præclari gestum a tuo marito,
Quod palustrem Hydram interfectam perdiderit?
Aut Nemeæum leonem? quem, retibus captum,

ad Troadas observaverim, proxime post argumentum Actus Primi, Thomas Farnabius et Daniel Heinsius suis ad Scaligerum sententiis accedant. Cujus rei causam sicut haud usquequaque exploratam habeo, nisi quod Heinsium in magistri verba paratum jurare scio, ita neque prorsus comprobare possum. *Barnes.*

146. Reisk. scribit: *τὸ πιστόθες, fiduciam, confidentiam*, aut etiam *τὸ πιστωθές*. *Beck.*

148. Addidi Θεὸν ex conjectura Erfurdtii. In Bacchis 459. Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ἢ νέους τίκτει Θεούς;

Jam Wakefieldius Θεὸν addidit, sed male hoc ordine verborum Θεὸν νέον. *Herman.*

Non male hunc versum supplet Reiskius legendo:

ὡς σύγγαμός σοι Ζῆνα Ζεὺς τέκοι νέον.

Magis hoc arridet, quam Barnesianum παῖδα Ζεὺς τέκοι νέον. *Musg.*

Ὡς σύγγαμός σοι παῖδα Ζεὺς τέκοι νέον] Olim quum in omnibus exemplaribus legeretur, ὡς σύγγαμός σοι Ζεὺς τέκοι νέον, uno pede absente; videbatur παῖδα defuisse; idque mihi et nonnullis aliis placuit. Nec vero supprimenda Scaligeri lectio, licet et novo vocabulo insolens videatur, nec alias usquequaque placeat; illa igitur est hæc: Ὡς σύγγαμός σοι Ζεύς τι κεινὸν ἦφυ. Ad quam confirmandam rejicit nos infra ad v. 340. Μάτην δὲ παιδὸς κεινὸν (ita enim et ibi prò σοι νέον legit) ἐλάβομεν. Judicet lector. *Barnes.*

Vetus scriptura est: Ὡς σύγγαμός σοι Ζεὺς τέκοι νέον, Scaliger reposuit Ζεύς τι κεινὸν ἦφυ, sed Valck. ad Phœn. 431. τέκνου τι ξυνέον. Heath. mavult: ὡς σύγγαμός σοι Ζεὺς, τέκνου τι κεινόν. *Beck.*

150. Reiskius τί δῆτα. Vulgo τί δὲ τὸ σεμνὸν. *Herman.*

Τί δὲ τὸ σεμνὸν σῷ· κατείργασται πόσει;] Lege Τί δῆτα σεμνόν. *Por.*

Τί δῆτα emendat Reisk. *Beck.*

153. Βραχίοσι — ἀγχόνωσεν] Graphice depingit Theocrit. Idyll. XXV. v. 266. *Musg.*

Βραχίοσι φὼς ἀγχόνωσεν ἰξιλιῶν;] Petrus Victorius Variar. Lection. Lib. IV. c. 22. Cum pictorum natio priscis etiam temporibus sibi omnia licere existimarit, nostræ adhuc ætatis artifices majore licentia utuntur: Quod enim veteres plerumque servabant, ut a re ipsa, eoque, quod institutum esset, non temere discederent, Nostri sæpe negligunt, ut cum Herculem pingunt Nemeæum leonem necantem. Neque enim divulsis malis ipse interfectus est a fortissimo viro, sed faucium pressu strangulatus. Quod accurate narrat Apollodorus Atheniensis in Bibliotheca: Cæteris enim expositis, quæ in hoc certamine antecesserunt, inquit (Lib. II. c. 5. §. 1.) Καὶ περιθεὶς τὸν χεῖρα τῷ τραχήλῳ, κατέσχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε· καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμισεν εἰς Μυκήνας. Id tetigit etiam Euripides, in fabula, quam

Βραχίονός φησ' ἀγχόναισιν ἐξελεῖν;
Τοῖσδ' ἐξαγωνίζεσθε; τῶνδ' ἄρ' οὕνεκεν
Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών;
Ὃς ἔσχε δόξαν, οὐδὲν ὤν, ψυχῆς 155
Θηρῶν ἐν αἰχμῇ, τἄλλα δ' οὐδὲν ἄλκιμος·
Ὃς οὔποτ' ἀσπίδ' ἔσχε πρὸς λαιᾷ χερί,
Οὐδ' ἦλθε λόγχης ἐγγύς, ἀλλὰ τόξ' ἔχων,

Strangulatione brachiorum se interfecisse dicit?
Hisne *festi* certatis? Horum igitur causa
Non oportet mori liberos Herculis?
Qui habuit existimationem fortitudinis, cum nihil esset,
In certamine ferarum fortis, cæteris *in rebus* minime,
Qui nunquam clypeum habuit in sinistra manu,
Neque venit prope hastam: sed arcum habens,

de illo insano fecit, inducens Lycum ita loquentem, cum criminaretur Herculem, fortiaque ipsius facta contemneret: Ἢ τὸν Νίμειον Δῆᾳ; δν ἐν βρέφεσι ἰλὼν, Βραχίονός φησ' ἀγχόναισιν ἐξελεῖν. Sed Cicero quoque in 2. Quæstione Tusculana, ubi vertit ejulationem illam Herculis e Trachiniis. Inquit enim — *O Lacertorum tori, Vestrove pressu quondam Nemeæus Leo Frendens efflavit graviter extremum halitum?* In numismate præterea argenteo imago est hominis leonem suffocantis, quem Herculem esse ex clava ante posita intelligere licet, nec non ex pharetra. Legantur autem illic verba hæc: C. POBLICI. Q. F. *Ita ille.* Quin idem que testatur Hercules apud Theocr. Idyll. xv. v. 262, &c. Τὸν μὲν ἐγὼν ἴδόμαισι παραβρύσαντα βαρείας Ναυάμωνος, πρὶν αὖθις ἐτέρωσε ἀμπαυθῆναι, Λύχινος ἀμήνυσε τᾷ μᾶν ἴλασα τροφόεσσ', Ῥίψας τόξον ἰερὸν, τιλιβάντιν τε Φαρέτραν· Ἤγχου δ' ἐγκρατέως, συβαρὰς σὺν χεῖρας ἰείσας Ἐξόπιθεν, μὴ καιρὸς ἐκπλαγέντα μ' ἐνόησεν, etc. Graphice sane; unde pictores normam sibi capiant. Puto vero, illos ex Sampsonis leonem lacerantis imagine primitus deceptos. *Barnes.*

155. Ἡρακλείους scribunt Reisk. et Heath. *Beck.*

156. Ὃς ἔσχε] Φέγγος Ἡρακλείους ὡς τοξότου. *Scholiast.*

159. a ἀλλὰ τόξ' ἔχων, Κάλυκον ἴσλων,] Aristoph. Schol. fol. 290. Εἴη δ' ἂν καὶ ἀγνοῶς· διὰ καὶ τοξότην αὐτὸν καλεῖ, οἷον ὑπηρέτην. διαβάλλειν γὰρ ἡ τοξεία, ὡς εἴρηται. Et Sophocl. Ὁ τοξότης ἴσως οὐ σμικρὰ φρονεῖν. Et Eustathius: Ὅτι δὲ οἱ Ἀβαντες αἰχμηταὶ, δηλοῖ μὲν ἡ ἰσοτιμία εἰρημένη, αἰσχρὸν εἶναι παρ' αὐτοῖς τὸ τοξεύειν. Joh. Brodæus. Præterea de hac quæstione Eustath. fol. 851. lin. 32. ad illud Homer. Iliad. λ'. v. 385. Τοξότα λαοβάντα, etc. Τὸ δὲ τοξότα λαοβάντα, οὐχ ἁπλῶς ὕβρει ἐοικὸς Τοξότης γὰρ καὶ Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις, καὶ τῶν Ἑρώων οἱ πρόσωποι, Ἡρακλῆς, Ἶδας, Εὔρυτος, καὶ παρὰ Τρωσὶν Φιλοποίτης, Τεῦκρος, Μαχάων, etc. Ut vero Diomedes damnat timiditatis Paridem sagittantem apud Homerum, sic et Ajax arcus vituperat apud Q. Calabrum, Lib. III. a v. 436. ad v. 442. Et ut Eustathius ibidem: Φασὶν, οἵτε ἐν γενεσίοις εἴθισθαι τοὺς παλαιοὺς τὸν τοξότην διὰ καὶ ἥδιστον μὲν τοξεύειν οἱ ἄρχοντα, πρωτεύοντα δὲ τὸν σταδιαῖον μάχην. Ita tamen et Herculis exemplum in viris fortibus hunc usum arcuum commendabit; quod et Amphitryon mox strenue defendit, a v. 187. ad v. 202. Et Saxonum, Normannorum et Anglorum nostrorum exemplum insuper pro arcubus stabit, qui ante bombardarum usum sagittando plurimas victorias sunt adepti, ut præcipue sub Gulielmo Normanno, sub Eduardo Tertio et Henrico Quinto. His autem semper ex patribus in usu arcus erant; Saxones itaque arcu, et patres eorum, Gothi, et Getæ et Massagetæ valebant, quos Dionysius Afer sagittarum emissores emphatice vocat:

Κάκιστον ὅπλον, τῇ φυγῇ πρόχειρος ἦν.
Ἀνδρὸς δ' ἔλεγχος, οὐχὶ τόξ', εὐψυχίας,
Ἀλλ' ὃς μίμνων βλέπει τε κἀντιδέρκεται
Δορὸς ταχεῖαν ἄλοκα, τάξιν ἐμβεβώς.
Ἔχει δὲ τοὐμὸν οὐκ ἀναιδείαν, γέρον,
Ἀλλ' εὐλάβειαν· οἶδα γὰρ κατακτανὼν
Κρέοντα, πατέρα τῆσδε, καὶ θρόνους ἔχων.
Οὐκουν, τραφέντων τῶνδε, τιμωροὺς ἐμοὺς
Χρῄζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην.

160 Ignavissimum armorum genus, ad fugam paratus.
At viri fortitudinis indicium *est* non arcus,
Sed qui manens aspicit, et vicissim intuetur
Hastæ fortuitum sulcum, in acie constitutus.
Habet autem *factum* meum, O senex, non crudelitatem,
165 Sed cautionem: scio enim quod interfecerim
Creontem patrem hujus, et regnum habeam.
Haud igitur, educatis his, ultrices mei
Volo relinquere, factorum *meorum* pœnas.

Μασσαγέται παίουσι θοῶν ἰοντῆρες ἰόντων. Qui vox Scytha ad Saxonicum, Scytta, Sagittarius, et Schieten Belgicum pertinere putatur, unde et Scoti. *Barnes.*

162. βλέπει et δέρκεται idem est. ergone βλέπεται κἀντιδέρκεται. existimo quidem. deinde lego δορὸς ταυτῶν ἄλοκα, τάξιν, ἐμβεβώς, *in longo Martis sulco, ordine inquam,* seu acie, *constitutus.* ταυτῶν est a ταυὸς, *longe protensus,* μακρός. ἄλοξ sive αὖλαξ δορὸς est unaquæque series militum, sive κατὰ ζυγὸν, in frontem, sive κατὰ στίχον, in agrum. Apparet ex his, comma post ἀντιδέρκεται esse ponendum. *Reisk.*

Ἀλλ' ὃς μίμνων] Ἔπαινος ἀνάλγητον. *Scholiast.*

163. ταχῦαν] Ita MSS. E. G. et 2714. ut jam Barnesius. Ed. Ald. ταχείας. Sed legendum τυχαίαν, *fortuitam.*

516. ss. Ὁ δ' ἔστιν ὃν γῆς νίζθον ὑσπασόμην,
εἰ μὴ γ' ὄψομαι ἐν φάει γε λάσιον
τί φημί; τοῦ ὄψομαι πυραίνου ἐγώ;

Ὁ δ' ὄλβος ὁ μέγας, ἤ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ
Βέβαιός ἐστι. χαίρετ'· ἄνδρα γὰρ φίλον
Πανύστατον νῦν, ἥλικες, δεδόρκατε.
ΜΕ. Ἔα,
Ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ'; ἢ τί φῶ;
ΑΜ. Οὐκ οἶδα, θύγατερ· ἀφασία δὲ κἄμ' ἔχει.
ΜΕ. Οὐδ' ἔστιν, ὃν γῆς νέρθεν εἰσηκούομεν,
Εἰ μή γ' ὄνειρον ἐν φάει τι λεύσσομεν.
Τί φημι; ποῖ ὄνειρα κηραίνους' ὁρῶ;

Opulentia vero magna, et gloria, haud scio cuinam
Stabilis sit. Valete; virum enim amicum
Postremum nunc, O vos æquales, vidistis.
Meg. Ebem.
O senex, videone mea charissima? aut quid dicam?
Am. Nescio, filia: stupor enim me quoque tenet.
Meg. Hic est, quem audiebamus infra terram *esse*,
Nisi in luce somnium aliquod videmus.
Quid loquor? quale somnium video delirans?

Tertium horum versuum variis conjecturis tentavit Musgravius, quamvis in ipsis verbis nihil omnino video, quod corruptelæ suspicionem facere possit. Sensit tamen, puto, vir acutissimus alienum esse hunc versum ab eo, quo nunc legitur loco, in quem ex margine irrepisse videtur. Mox Hercule, spectaculi, quod oculis videt, novitate perculso quid esset quærente, quod liberos hoc tam lugubri habitu instructos videret, iteratis eum exclamationibus excipit, ut vulgo quidem putatur, Megara, ut equidem arbitror, Amphitryon:

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, Ὦ φάος μολὸν πατρί,
ζῶμεν, ἰσόθεος ὡς ἀκμὴν ἱλθὼν φίλοις.

Quamvis ad perturbatum animum significandum poëtas et oratores verba ejusdem fere notionis nonnunquam ita, ut copulam omitterent, accumulasse, non ignoro, hoc tamen loco Euripidem scripsisse existimo

Ὦ φάος μολὸν πατρὶ
ζώμεν τ', ἰσόθεος ὡς ἀκμὴν ἱλθὼν φίλοις.
Jacobs.

517. *κηραίνους'*] Ad hunc vel similem locum pertinet Hesychii interpretamentum: Κηραμῖ — *ὀνειράτῃ*. Innuit enim Megara, mentem sibi fortasse mortis terrore concussam esse, atque inde natum esse hoc de Herculis adventu somnium. Nec tamen nolim *Θηραίνους'*.

Si Megara falsa specie, vel somnio, per aliquod tempus decepta, postea errorem intelligere et agnoscere inciperet, recte hinc diceret:

— ποῖ' *ὄνειρα κηραίνους' ὁρῶ*;

Quæ somnia errans video? Verum hic omnia contraria sunt. Quod somnium et inane simulacrum esse crediderat, nunc demum verum esse intelligit. Legendum igitur, sensu contrario:

Τί *φημί*; ποῖ' *ὄνειρα, κηραίνους', ὁρῶν*;

Quid dico amens? quæ somnia me videre? Verbum *κηραίνω*, apud alios auctores perrarum, valde frequentat Philo Judæus. Apud eum semper fere τῷ *νοεῖν* æquipollet. *Musg.*

Pro *ὁρῶ* malim *ἰρῶ*, ut sententia sit: *qualia dico somnia consternata?* i. e. de

Οὐκ ἴσθ' ὅδ' ἄλλος ἀντὶ σοῦ παιδὸς, γέρον.
Δεῦρ', ὦ τέκν', ἐκπρήμνασθε πατρῴων πέπλων,
Ἴτ', ἐγκονεῖτε, μὴ μεθῆτ', ἐπεὶ Διὸς
Σωτῆρος ὔμιν οὐδὲν ἐσθ' ὅδ' ὕστερος.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ χαῖρε, μέλαθρον, πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς,
Ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών·
Ἔα, τί χρῆμα; τέκν' ὁρῶ πρὸ δωμάτων
Στολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεστεμμένα,
Ὄχλῳ τ' ἐν ἀνδρῶν τὴν ἐμὴν ξυνάορον,
Πατέρα τε δακρύοντα συμφορᾶς τινός.
Φέρ', ἐκπύθωμαι τῶνδε πλησίον σταθείς.

Non est alius ille, quam tuus filius, O senex.
Huc, O liberi, pendete ex paternis vestibus.
Ite, festinate, ne dimittatis, quoniam Jove
Servatore nihil hic vobis est inferior.

HERCULES.

Salve, O domus, tuque vestibulum domus meæ,
Quam libens te aspicio, postquam in lucem veni.
Hem? quid rei est: video liberos ante domum
Coronatos capita ornatu mortuorum,
Et meam uxorem in turba virorum,
Et patrem lacrymantem ob aliquam calamitatem.
Age, prope hos stans interrogabo:

somniis nunc non agitur, somnia certe non sunt, quæ video, non est hicce homo alius, quam tuus filius. *Heath.*

519. ἐκπρήμνασθε] Frustra hanc vocem in suspicionem trahit H. Steph. Exstat enim, notante Barnesio, Ion. v. 1615. et simplex πρήμναμαι apud Aristophan. Nub. MSS. Steph. ἐκπρίασθε. *Musg.*

ἐκπρήμνασθε] Sequor, inquit H. Stephanus, Vet. in quibus legitur ἐκπρίασθε, quum usus verbi ἐκπρήμνασθαι nullum exemplum reperiam. *Ita ille.* Et tamen πρημνάω Galenus utitur pro πρημάω, et pro πρημνάω exstat vox πρίμνημι. Et πρίμναμαι pro πρίαμαι et πρίαμαι Aristophanis Scholiastes dici tradit. Quare nos, paulo mutata voce, pro ἐκπρήμνασθε, quod hactenus obtinuit, ἐκπρίμνασθε aliquando scribere voluimus. Sed et Eustathius πρίμναμαι deducit a πρίαμαι, unde proverbialis locutio, πρίμνη σαυτὸν, *suspende teipsam*, τρόπῃ, (ut idem inquit) ἀλλοῖ τοῦ ι εἰς υ, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν. Quod et Phavorinus testatur. Et Aristophanes Κρημνάμενοι νεφέλαι dixit in Nubibus, fol. 82. Scholiast. Κρημνάμενοι] Κρεμάμενοι ἐκ τοῦ ἀίρω· οἷον ἐπικρεμάμενοι ἀλλήλαις καὶ ἐπιβαρούμενοι. Idem Phavorinus totidem verbis in πρημνάμενοι νεφέλαι. Quare manet omnino Atticum verbum ἐκπρίασθε et H. Steph. cum suis veteribus pro hac saltem vice valeat. Eadem vox occurrit, Ion. v. 1615. Ἠδίων κατεκρημνάμεσθα, &c. *Barnes.*

Γύναι, τί καινὸν ἦλθε δώμασιν χρέος;
ΜΕ. Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ὦ φάος μολὼν πατρί,
Ἥκεις, ἐσώθης, εἰς ἀκμὴν ἐλθὼν φίλοις;
ΗΡ. Τί φής; τίν' εἰς ταραγμὸν ἥκομεν, πάτερ;
ΜΕ. Διολλύμεσθα· σὺ δὲ, γέρον, ξύγγνωθί μοι,
Εἰ πρόσθεν ἥρπασ', ἃ σὲ λέγειν πρὸς τόνδ' ἐχρῆν.
Τὸ θῆλυ γάρ πως μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρσένων·
Καὶ τἄμ' ἔθνησκε τέκν', ἀπωλλύμην δ' ἐγώ.
ΗΡ. Ἄπολλον, οἵοις ῥοιμίοις ἄρχει λόγου.
ΜΕ. Τεθνᾶσ' ἀδελφοὶ καὶ πατὴρ γέρων τ' ἐμὸς.
ΗΡ. Πῶς φής; τί δράσας; ἢ δορὸς ποίου τυχών;
ΜΕ. Λύκος σφ' ὁ κλεινός, γῆς ἄναξ, διώλεσεν.
ΗΡ. Ὅπλοις ἀπαντῶν, ἢ νοσησάσης χθονός;

O mulier, quæ res nova accidit domui?
Meg. O charissime vir, O lumen patri veniens,
Venis, salvus es, opportune veniens ad amicos!
Her. Quid ais? in quem tumultum venimus, O pater?
Meg. Periimus: tu vero, senex, veniam des mihi,
Si præripui, quæ te loqui ad hunc conveniebat:
Mulieres enim quodammodo *sunt* viris miserabiliores,
Et liberi morituri erant, et ego peritura.
Her. O Apollo: quo exordio incipis sermonem?
Meg. Perierunt fratres, et pater meus senex.
Her. Quid ais? quid faciens, aut qualem hastam expertus?
Meg. Inclytus Lycus dominus terræ ipsos perdidit.
Her. Utrum occurrens armis, an concitata terra seditione?

μοθῆτ',] MS. G. a prima manu μοθῆτ'.

520. τ. Διὸς Σωτῆρος] i. e. ejus, cujus aram tum insidebant: vid. v. 48. *Musg.*

522. Vid. Pors. ad Orest. 470. *Herman.*

525. Στελμοῖσι] Στολμοῖς, pro στελισμοῖς per syncopen, στολὰ, et extat Andromach. et apud Æschylum. *Barnes.*

527. εἶνες.] MSS. G. et 2714. ἔνας, et in margine εἶνες. Eadem hic constructio esse videtur, quæ in Θησεῖρες θυμούμενος, Orest. v. 742. ubi Lamb. Bos V. Cl. ἵνα subaudiri arbitratur. Sic πυθὲς ἀλγεῖν, Hecub. v. 1238. *Musg.*

Forte, συμφοραῖς σφαγεὶν, *vultu a calamitatibus mæsto. Beck.*

530. ὦ φάος μολὼν πατρὶ, et Herculis responsum cogunt nos ut credamus, duos versiculos, qui fere semper Megaræ tribuuntur, Amphitryoni deberi adjudicari. Sed hoc vulgaris lectio ver. 529. oppugnat, quam esse corruptam facile credamus. Si scripsisset poëta Γύναι, profecto legerat τῶνδε pro τῶνδε versu antecedente. Elegantius si τί καινὸν κ. τ. λ. forent juncta cum ἐκπύθωμαι. Sic Cycl. 94. Ἀλλ' ἦσυχα γίγνεσθ', ἵν' ἐκπυθώμεθα Πόθεν πάρεισι κ. τ. λ. Fortasse scripsit poëta, Φίλ' ἐκπύθωμαι τῶνδε πλησίον στασθείς, Τί καινὸν ἦλθε τοῖσδε δώμασιν χρέος. Si animum inducamus credere τοῖσδε præteriisse librarium eodem modo quo δεῦρο aut aliud verbum v. 148. ἡμῶν,

ΜΕ. Στάσει τὸ Κάδμου γ' ἑπτάπυλον ἔχει κράτος.
ΗΡ. Τί δῆτα πρὸς σὲ καὶ γέροντ' ἦλθεν φόβος;
ΜΕ. Κτείνειν ἔμελλε πατέρα, κἀμέ, καὶ τέκνα.
ΗΡ. Τί φής; τί ταρβῶν ὀρφάνευμ' ἐμῶν τέκνων;
ΜΕ. Μήποτε Κρέοντος θάνατον ἐκτισαίατο.
ΗΡ. Κόσμος δὲ πέπλων τίς ὅδε νερτέροις πρέπων;
ΜΕ. Θανάτου τάδ' ἤδη περιβολαῖ ἀνήμμεθα.
ΗΡ. Καὶ πρὸς βίαν ἐθνήσκετ'; ὦ τλήμων ἐγώ.
ΜΕ. Φίλων ἔρημοι· σὲ δὲ θανόντ' ἠκούομεν.

Meg. Seditione regnum Cadmi tenet, quod-septem-portas-habet.
Her. Quid vero ad te, et senem pervenit hic terror?
Meg. Interfecturus erat patrem *tuum*, et me, et liberos.
Her. Quid ais? an metuens orbitatem meorum liberorum?
Meg. Ne aliquando ulciscantur mortem Creontis.
Her. Quis vero *est* iste vestium ornatus mortuis conveniens?
Meg. Mortis his vestibus jam sumus induti.
Her. Et per vim moriebamini? O me miserum.
Meg. Amicis orbi: te vero mortuum audiebamus.

v. 328. ὑμᾶς, v. 472. εὖτις, v. 773. στίλαισι, v. 1150. qua de causa non credamus Γονεῖ addi versum claudere? *Elmsl.*

542. Κάδμου κράτος.] Thebanum imperium sic vocat, quod Cadmus illud primus fundarit, de qua re vide Euripidis Scholiasten ad Phœniss. v. 647. et auctores a nobis laudatos ad eundem locum.

ἑπτάπυλον] De septem turribus et portis urbis Thebanæ, vide, quæ nos ad Phœniss. v. 1120. Hæ portæ cum turribus muniebantur ab Amphione et Zetho, de quibus Homerus in Odyss. λ'. v. 262. Οἵ ῥ' ἐρέουσι Θήβης Ζηθός θ' ἱππιοχάων ἑπταπύλοιο. Hinc passim hæc urbs apud poëtam nostrum ἑπτάπυλος et ἑπτάπυργος vocatur; quæ duo nomina idem sonant, aliquando autem male sibi invicem mutant locum; ut in veteribus hujus libri editionibus apparet. Hinc ad hunc ipsum locum Brodæus legit ἑπτάπυλον, prius ἑπτάπυργον. Quam tamen lectionem in nulla editione hoc in loco offendi. *Barnes.*

Forte, τὸ Κάδμου περιπύλων ἴχει. *Reisk.*

545. τί ταρβῶν] Ita Ed. Ald. et MSS. Vulgatum περιταρβῶν conjecturæ debetur. *Musg.*

Τί φής; περιταρβῶν ὀρφάνευμ' ἐμῶν τέκνων;] Quum olim ante ταρβῶν syllaba brevis deesset, sine qua versus stare nequibat, Scaliger legebat, ut versum suppleret: Τί φῆσθα; ταρβῶν, etc. Duportus hac in re melius, ut mihi quidem videtur, περιταρβῶν unica voce, ut *metum futuri* significet: Quam lectionem et ego laudo, licet, ut verum fatear, vetustissima omnium editio, Aldina, legit: Τί φής; τί ταρβῶν ὀρφάνευμ' ἐμῶν τέκνων; Quæ lectio potuit quidem sufficere; Duportianam vero hic præfero. *Barnes.*

546. Μή ποτε Κρέοντι θάνατον ἐκτισαίατο.] Μή ποτε ἐκτιμωρήσαιντο θάνατον τοῦ Κρέοντος, ὑπὲ τοῦ Λύκου θανατωθέντος. Vide quæ nos supra ad v. 48. Ἐκτισαίατο autem pro ἐκτίσαιντο, Ionice. Sic verba contracta in ίω et άω faciunt in perfecto passivo, pro communi, ίνω εἶμι, ινται, et in plusquam perfecto pro communi ίνω ἤειν, ιντο, ut πεποίνται et ἐκπεποίντο, pro πεποιημένοι εἰσὶν et πεπεποιήντο ἦσαν. Sic Ἐκπεπρίαντο Ionice pro ἐκπεπρίαντο, hoc pro πεπεπρισμένοι ἦσαν legitur; et ἄχθιντο, ab ἄχθίομαι, apud Josephum. Quod dico, non modo quod in hac parte grammaticæ vulgares silesant, sed ut docto viro morem geram: qui putabat, ἄχθιντο imperfecti

ΗΡ. Πόθεν δ' ἐς ὑμᾶς ἦδ' ἐσῆλθ' ἀθυμία;
ΜΕ. Εὐρυσθέως κήρυκες ἤγγελλον τάδε.
ΗΡ. Τί δ' ἐξελείπετ' οἶκον, ἑστίαν τ' ἐμήν;
ΜΕ. Βίᾳ· πατὴρ μὲν ἐκπεσὼν στρωτοῦ λέχους.
555 ΗΡ. Κοὐκ ἔσχεν αἰδῶ τὸν γέροντ' ἀτιμάσαι;
ΜΕ. Αἰδώς γ' ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ πρόσω.
ΗΡ. Οὕτω δ' ἀπόντες ἐσπανίζομεν φίλων;
ΜΕ. Φίλοι γάρ εἰσιν ἀνδρὶ δυστυχεῖ τινες;
ΗΡ. Μάχας δὲ Μινυῶν, ἃς ἔτλην, ἀπέπτυσαν;

Her. Unde vero vos invasit hæc animi dejectio?
Meg. Eurysthei nuncii nunciaverunt ista.
Her. Sed quare reliquistis domum et meos lares?
Meg. Per vim quidem pater ejectus erat ex lecto strato.
555 *Her.* Nec puduit ipsum contumelia-afficere senem?
Meg. Pudor procul habitat ab ista Dea, Vi *scil.*
Her. Sic igitur absentes inopia-laboravimus amicorum?
Meg. Quinam enim viro calamitoso sunt amici?
Her. Prælia vero, quæ contra Minyas sustinui, respuerunt?

temporis, vel ab ἄχθημι, vel ab ἴχθημι, cum neutra vox exstet; et si utraque exstet, scribendum foret, vel ἤχθυντο, si a prima conjugatione, vel ἤχθανντο, si a secunda verborum in μι duceretur. *Barnes.*

547. σχέσιν;] Ita MS. E. in margine, ut jam Edd. auctore H. Stephano. Ed. Ald. πίσυνον. *Musg.*

550. Scribendum videtur: φίλων γ' ἔρημα. *Herman.*

556. τῆσδε τῆς θεοῦ] Intellige βίας, ut recte Barnesius. Favet Hesiodus, Κράτος et Βίαν inter immortales recensens, Theogon. v. 385. Fuit etiam templum Βίας Corinthi, teste Pausania, p. 48. l. 18. Ed. Sylburg.

ἀποικεῖ σχέσιν.] Sic Plato: πόῤῥω που ἱσταίησαι, p. 759. A. *Musg.*

Αἰδὼς γ' ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ σχέσιν.] Αἰδὼς ἀποικεῖ πόῤῥω τῆς Βίας. Προσωποποιεῖ. Scaliger legit, quasi per repetitionem ex præcedenti versu: Αἰδὼ γ'; Ἀποικεῖ τῆσδε τῆς Θεοῦ σχέσιν, ut sit hic sensus: Ἐρωτᾷς, εἰ ἡ Λύσσα αἰδὼ ἔσχεν; Πόῤῥω οὖσα ἀποικεῖ ταύτης τῆς Θεᾶς, Αἰδοῦς δηλονότι. *Barnes.*

559. Μινυῶν,] Vide supra ad v. 50. *Musg.*

Μάχας δὲ Μινυῶν, ἃς ἔτλην, ἀπέπτυσαν;] Hanc historiam Minyarum ab Hercule victorum, Thebanorum causa, ita narrat Apollodorus Biblioth. Lib. II. c. 4. §. 11. Κλύμενον, τὸν Μινυῶν βασιλέα, λίθῳ βαλὼν Μινυηίων ἀνίσχες, ὄνομα Περιήρης, ὃν Ὀγχηστῷ, Ποσειδῶνος τιμήνι, ἐτεράσατο. Ὁ δὲ καμισθεὶς εἰς Ὀρχομενὸν ἀμαθυνῆς, ἐπισπάστου τειλωτῶν Ἐργίνῳ, τῷ παιδὶ, ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον αὐτοῦ. Στρατευσάμενος δὲ Ἐργῖνος ἐπὶ Θήβας, κτείνας οὐκ ὀλίγους, ἐσπίσατο μιᾷ· ὥρᾳ, ὥστε κίρκασιν αὐτῷ Θηβαῖοι δασμὸν ἐπὶ ἔτη, καθ' ἕτος, ἑκατὸν βόας. Ἐπὶ τοῦτον τὸν δασμὸν εἰς Θήβας ἀπιόντας συντυχὼν Ἡρακλῆς ἐκλαβέσθαι· ἀποτιμᾶν γὰρ αὐτῶν τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ διὰ σχοινίων τὰς χεῖρας δήσας ἐκ τῶν τραχήλων, ἔφη, τοῦτον Ἐργίνῳ καὶ Μινύαις δασμὸν πομίζειν. Ἐφ' οἷς ἀγανακτῶν ἐστρατεύσατο ἐπὶ Θήβας. Ἡρακλῆς δὲ λαβὼν ὅπλα παρ' Ἀθηνᾶς καὶ πολεμαρχῶν Ἐργίνου μὲν ἔκτεινε, τοὺς δὲ Μινύας ἐτρέψατο, καὶ τὸν δασμὸν ἐκτελῶν ἀπάγεται Θηβαίοις φίλους. Hæc jam Hercules Thebanis objicit beneficia, qui bene ab illis affecti, tanta ingratitudine jam illius familiam prosecuti sunt. Vide supra ad v. 50. Ubi tamen in loco Apollodori citato, male sect. 2. pro sect. XI. quod Arabicis figuris scripseram 11. in illo loco, unde 2. imprimen-

ΜΕ. Ἄφιλον, ἵν' αὖθίς σοι λέγω, τὸ δυστυχές.
ΗΡ. Οὐ ῥίψεθ' Ἅιδου τάσδε περιβολὰς κόμης;
Καὶ φῶς ἀναβλέψεσθε, τοῦ κάτω σκότους
Φίλας ἀμοιβὰς ὄμμασιν δεδορκότες;
Ἐγὼ δέ, νῦν γὰρ τῆς ἐμῆς ἔργον χερός,
Πρῶτον μὲν εἶμι καὶ κατασκάψω δόμους
Καινῶν τυράννων· κρᾶτα δ' ἀνόσιον τεμών,
Ῥίψω κυνῶν ἕλκημα· Καδμείων δ' ὅσους
Κακοὺς ἐφεύρον, εὖ παθόντας ἐξ ἐμοῦ,
Τῷ καλλινίκῳ τῷδ' ὅπλῳ χειρώσομαι·
Τοὺς δὲ πτερωτοῖς διαφορῶν τοξεύμασιν,
Νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου,

560 *Meg.* Calamitas, ut tibi dicam iterum, *est* sine amicis.
Her. Non abjicietis Plutonis istum amictum a coma,
Et lucem aspicietis, infernarum tenebrarum
Charas vicissitudines oculis cernentes?
Ego vero, nunc enim opus est mea manus,
565 Primum quidem vadam, et evertam domum
Novi tyranni: caput autem impium abscissum
Abjiciam canibus lanienam: quoscunque vero Thebanos
Malos deprehendero, beneficiis *a* me affectos,
Hoc præclaris-victoriis-insigni telo subigam.
570 Alios vero dissipans alatis sagittis,
Cæde mortuorum implebo totum Ismenum,

dum putabant. Vide etiam ad v. 220. *Barnes.*

561. Notandum, ἕδου a περιβολὰς regi. Sic supra φθιμένων ἴνδυν', v. 440. στολμοῖσι νεκρῶν, v. 525. θανάτου περιβόλαια, v. 548. Contra κόμης a ῥίψετε regi puto, ut constructio sit: ῥίψετε [ἀπὸ] κόμης τάσδε ἕδου περιβολάς. *Musg.*

567. Aut ἴλαυσμα, aut ἴλαηθμα, legendum. *Reisk.*

570. διαφορῶν] *Distrahens, dividens,* ut διαφορήσαμεν, Bacch. v. 1199.

Aristophanes: διαφορηθῆναί θ' ὑφ' ἡμῶν Av. 338. Philostrat. Heroicis: ὁ Αἴας λίγυσιν ταῖς ἀγέλαις ἱματιῶν διαφορῆσαι σφᾶς, p. 653. C. Adde Aristoph. Equ. 294. *Musg.*

571. Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου,] Ismenus, fluvius Thebanus, ab Ismene, filia Asopi, vel ab Ismeno, ejusdem filio, quorum nomina Apollodorus notat: alii ab Ismeno, Pelasgi filio, dictum volunt; Pausanias denique in Bœoticis fol. 289. ab Ismeno, Apollinis filio, dictumque antea Ladona; cujus nominis fluvius quoque Arcadiæ dicebatur.

φόνου,] Αἵματος. Vid. ad Ion. v. 1011. *Barnes.*

572. Δίρκης τι νᾶμα] Dirce, ut nonnulli, Acheloi erat filia, Lyci prioris conjux, quæ ab Amphione et Zetho occisa, in fontem ejusdem nominis erat conversa. De hac re vide quæ nos ad Bacch. v. 507. *Barnes.*

574. Χειρώσονται] Attice pro χειρώσεται. *Barnes.*

575. τῶνδ' ἁμαρτὼν,] *Horum jacturam si fecero,* hoc si mea negligentia perire sivero. *Reisk.*

576. εἴπερ οἵδ' ὑπὸ πατρός,] Supple:

Δίρκης τε νᾶμα λευκὸν αἱμαχθήσεται.
Τῷ γάρ μ' ἀμύνειν μᾶλλον, ἢ δάμαρτι, χρή, 575
Καὶ παισί, καὶ γέροντι; χαιρόντων πόνοι·
Μάτην γὰρ αὐτοὺς τῶνδε μᾶλλον ἤνυσα·
Καὶ δεῖ μ' ὑπὲρ τῶνδ', εἴπερ οἴδ' ὑπὲρ πατρός,
Θνήσκειν ἀμύνονθ', ἢ τί φήσομεν καλόν,
Ὕδρᾳ μὲν ἐλθεῖν εἰς μάχην, λέοντί τε, 580
Εὐρυσθέως πομπαῖσι, τῶν δ' ἐμῶν τέκνων
Οὐκ ἐκπονήσω θάνατον; οὐκ ἄρ' Ἡρακλῆς
Ὁ καλλίνικος, ὡς πάροιθε, λέξομαι;
ΧΟ. Δίκαια, τοὺς τεκόντας ὠφελεῖν τέκνα,
Πατέρα τε πρέσβυν, τήν τε πεινωνὸν γάμων. 585

Et limpida aqua Dircæ cruentabitur.
Etenim cui me magis, quam uxori, opitulari convenit,
Et liberis, et seni? Valeant labores!
Frustra enim illos potius, quam hos exantlavi.
Et convenit me pro istis, si quidem illi pro patre,
Propugnantem mori. Aut quid? dicemusne honestum,
Pugnare quidem cum Hydra, et leone,
Missu Eurystbei? a meis vero liberis
Mortem non depellam? non igitur Hercules
Præclaris-victoriis-clarus, ut ante, dicar.
Cho. Justum *est*, ut parentes adjuvent liberos,
Et patrem senem, et participem nuptiarum.

ἄλλων θνήσκειν. Sensus loci: Καὶ εἰκὸς ἐμὲ μὲν ὑπὲρ ἐμῶν παίδων ὑπὲρ ἐμοῦ, πατρὸς αὐτῶν, θνήσκειν ἅμαλλον, τόσῳ μᾶλλον ἐμὲ δεῖ ὑπὲρ αὐτῶν ἀμύνοντα θνήσκειν, ἐὰν δέῃ; ἢ τί; Ἆρα φήσομεν τοῦτο καλὸν, τοῖς θηρίοις τῶν ἄλλων ἕνεκα μάχεσθαι, τὰ δὲ ἐμαυτοῦ τέκνα θνήσκοντα ὑπερεῖδε; Ἄλλως· Ἆρα φήσομεν, τάδε καλὰ εἶναι ἀνδραγαθήματα, ὡς ἔστιν εἰπεῖν; Τῶν δ' ἐμῶν τέκνων οὐκ ἐμοίγε ὑπερμαχοῦμαι; καὶ ἐκπονήσω, ἤγουν παύσω, ἀποτρέψω τὸν θάνατον αὐτῶν; *Barnes.*

580. ἐκπονήσω] Præstiterit ἐκπονῆσαι in infinitivo, ut supra λαθεῖν. *Musg.*

582. Chori notam Tyrwhittus apposuit. *Herman.*

Citat Stob. Grot. LXXIX. p. 339. *Burn.*

Δίκαια,] Optime Tyrwhittus hunc versum cum sequenti, qui Herculis sermoni male assuuntur, Choro reddendos suadet. Δίκαια pro δίκαιον bene illustrat Barnesius ex Hecub. v. 1222. Phœniss. v. 1008. Med. v. 491. Hippol. v. 373. *Musg.*

Δίκαια,] Ἀντὶ τοῦ δίκαιον. Sic Homer. Iliad. α'. v. 107. Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι. Φίλα pro φίλον. Sophocl. Οἵτινες ἀμυντῆ· ἐστὶ τοῖς κατημυμένοις. Aristoph. Συκοφαντία ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα. Ἀντὶ τοῦ ἀμυντέον καὶ συκοφαντέον. Johann. Brodæus. Hæc forma est Atticis usitatissima. Sic Hecub. v. 1089. Σύγγνωσθ', ὅταν τις περίσσον', ἢ φέρων, ἀκαὶ, πάθῃ. Scholiast. Συγγνωστὸν ἴδιόν ἐστιν· ἐπὶ δὲ πλειόνων, Ἀττικῶς· καὶ τοῦτο ζητῶν εὑρήσεις παρὰ πᾶσι καὶ σποπαῖς καὶ λογογραφοῖς. En! exempla. Hecub. v. 1222. Ἀχθυνὰ μὲν μοι τἀλλότρια πρίνειν κακά. Pro ἀχθυνόν. Phœniss. v. 1008. Καὶ συγγνωστὰ μὲν Γίγαντ· εὐθμὸν δ' οὐχὶ

ΑΜ. Πρὸς σοῦ μὲν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις εἶναι φίλον,
Τά τ' ἐχθρὰ μισεῖν· ἀλλὰ μὴ 'πείγου λίαν.
ΗΡ. Τί δ' ἔστι τῶνδε θᾶσσον, ἢ χρεών, πάτερ;
ΑΜ. Πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ
Δοκοῦντας εἶναι, ξυμμάχους ἄναξ ἔχει,
Οἳ στάσιν ἔδηκαν, καὶ διώλεσαν πόλιν
Ἐφ' ἁρπαγαῖσι τῶν πέλας· τὰ δ' ἐν δόμοις
Δαπάναισι φροῦδα, διαφυγόνδ' ὑπ' ἀργίας.
Ὤφθης ἐπελθὼν πόλιν· ἐπεὶ δ' ὤφθης, ὅρα,
Ἐχθροὺς ἀθροίσας, μὴ παρὰ γνώμην πίσης.
ΗΡ. Μέλει μὲν οὐδέν, εἴ με πᾶσ' εἶδεν πόλις·
Ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις,

Am. Tuum quidem *est*, O fili, amicis esse amicum,
Et inimicos odisse. Sed ne nimium festines.
Her. Quid vero in his, O pater, citius fit, quam conveniat?
Am. Multos pauperes, sed qui sermone divites
Videntur esse, auxiliarios habet rex,
Qui seditionem concitarunt; et perdiderunt civitatem,
Propter rapinas proximorum: Res enim familiaris *eorum*
Sumptibus profusa est, negligentia sufugiens.
Conspectus es accedens ad urbem: postquam vero conspectus es, vide,
Ne congregatis inimicis præter opinionem tuam pereas.
Her. Non est mihi curæ, etiamsi tota me civitas viderit.
Conspicatus autem avem quandam in sedibus inauspicatis,

συγγνώμων ἴσχυ. Medeæ v. 491. *Σύγγνωσόν' ἄν τοι.* Utrobique pro *συγγνωστόν.* Hippolyt. v. 373. *Ἄσημα δ' οὐκ ἴσ' ἐστὶν, οἷ φθίνει τύχα.* Pro *ἄσημον.* *Barnes.*

582. a. *Δίκαια — γάμων.*] Hæc a Choro, non ab Hercule, dici censet Pr. *Beck.*

585. *μὴ ἱστίγου λίαν.*] Huc refer proverbium: *Σπεῦδε βραδέως, festina lente*, de quo vid. Erasmum. Item quæ nos ad Phœniss. v. 607. *Barnes.*

587. *Πολλοὺς πένητας,*] Hic optime ostendit poëta, *seditiosi qui sint maxime*, et qui Rerumpublicarum turbis magis inhient, nempe qui divites apparent, revera autem pauperes sunt, quique otio et luxuria res suas penitus dissiparunt, ut Catilina. Hunc locum ita H. Grotius: *Plebs magna, fama divitum, re pauperum, Adest tyranno; turbidus quorum furor Rem penitus omnem Publicam evertit: Bona namque appetunt aliena, prodactis suis Summa immodestia pariter et segni otio. Barnes.*

591. *ὑπ' ἀργίας, σὺν βραδύνοντος.* *Scholiast.*

595. *αἰσίοις ἕδραις,*] Locus, in quo avis considens auspici sese contemplandam præbet, vocatur ἕδρα. Vide Aristophan. Av. v. 276. ibique Scholiasten, Hesychium et Suidam v. ἕζεσον. Is locus, si boni ominis erat, vocabatur *αἴσιος.* Sed quæ ad auspicia Veterum pertinent, affatim collegit Spanhemius ad Callimach. Lavacrum Palladis, v. 128. *Musg.*

Ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις,] Hoc probabiliter poëta in hoc loco fingit: alias enim nunquam crederemus, Herculem incognitum in suam urbem redire velle, nisi malo augurio prius observato; unde potuit viro magno de rebus domesticis suspicio oriri, licet ipse augurüs parum tribuisset. De Romanorum augurii lo-

Ἔγνων πόνον τίν' εἰς δόμους πεπτωκότα·
Ὥστ' ἐκ προνοίας κρύφιος εἰσῆλθον χθόνα.
ΑΜ. Καλῶς προσελθὼν νῦν, πρόσιστί δ' ἑστίαν,
Καὶ δὸς πατρῴοις δώμασιν σὸν ὄμμ' ἰδεῖν.
Ἥξει γὰρ αὐτός, σὴν δάμαρτα καὶ τέκνω
Ἕλξων, φονεύσων, κἄμ' ἐπισφάξων, ἄναξ.
Μένοντι δ' αὐτοῦ πάντα σοι γενήσεται,
Τῇ τ' ἀσφαλείᾳ κερδανεῖς· τόλιν τε σὴν
Μὴ πρὶν ταράξῃς, πρὶν τόδ' εὖ θίσθαι, τέκνον.
ΗΡ. Δράσω τάδ'· εὖ γὰρ εἶπας· εἶμ' εἴσω δόμων·
Χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν
Ἅιδου Κόρης ἕνερθεν, οὐκ ἀτιμάσω

I intelligi aliquam calamitatem incidisse in domum:
Itaque de industria clam ingressus sum terram.
Am. Recte accedens nunc saluta lares,
Et paternis Diis da tuum vultum, ut videant.
Ipse enim veniet tuam uxorem et liberos
Tracturus, interfecturus, et me una mactaturus, rex,
Manenti vero hîc omnia tibi succedent,
Et lucrifacies securitatem; et urbem tuam
Non prius turbaveris, quam hoc bene confeceris, O fili.
Her. Faciam ista; recte enim dixisti: vado intra domum.
Tandem autem reversus ex sole-carentibus recessibus
Plutonis sponsæ sub terra *degentis*, non dedignabor

co vide Livii Histor. Lib. I. ubi de Accio Nævio, qui novacula cotem discidit, in artis suæ assertionem. Vide etiam ais Dionys. Halicar. Lib. II. Plutarch. in Paralll. et Problem. Ciceron. de Divin. aliosque. Notum illud Catonis, mirari se, *si augur augurem adspiciens a risu temperaret*; nempe quia occulto syncretismo colludebant inter se, ad populum decipiendum, probe interim sibi fraudis ac impostura conscii. Vide quæ nos de irrisa a Mossolano Judæo Augurii Vanitate ad Helen. v. 745. *Barnes.*

598. Καλῶς προσελθὼν νῦν, πρόσιστί δ' ἑστίαν,] Mos erat apud Veteres, ut peregre redeuntes terram ipsam et topicos Deos, Geniosque loci, tum vestibula domuum suarum, salutarent primo; deinde introëuntes, Deos domesticos, Vestam, Laresque alloquebantur salutantium more, et congratulantium eorum adspectum sibi; quod felix iis faustumque videbatur. Sic Hercules supra ad v. 522. Ὦ χαῖρε, μέλαθρον, πρόσπολά θ' Ἑστίας ἐμῆς, Ὡς δεμνιός σ' ἰσιδεῖν ἐς φάος μολών: ubi salutat vestibulum. Nunc tandem pater hortatur eum, in interiora ad Lares salutandos se recipere. Hujus moris infiniti auctorum loci instantias exhibent. Sic Æschyl. Agamemn. v. 819. Agamemnon ex Troja reversus domum ait: Πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους δίκῃ προσεννέπειν, etc. Sic Senec. Agamem. v. 687. *Delubra et aras Cælitum, et patrios lares, Post longa fessus spatia, vix credens mihi, supplex adoro.* Nobis non licet hisce immorari. *Barnes.*

599. δώμασιν] Eleganter emendat Reiskius δώμασιν. vide infra v. 608. Quanquam et vulgata retineri potest. vide Æschyl. Choëph. v. 807. et seq. Confer

Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας.
ΑΜ. Ἦλθες γὰρ ὄντως δώματ' εἰς Ἅιδου, τέκνον;
ΗΡ. Καὶ δῆτά γ' εἰς φῶς τὸν τρίκρανον ἤγαγον.
ΑΜ. Μάχῃ κρατήσας, ἢ θεᾶς δωρήμασιν;
ΗΡ. Μάχῃ· τὰ μυστῶν δ' ὄργι' ἐντύχησ' ἰδών.
ΑΜ. Ἦ καὶ κατ' οἴκους ἐστὶν Εὐρυσθέως ὁ δῆρις;

Primum deos domesticos salutare.

Am. Verene igitur descendisti in domos Plutonis, O fili?

Her. Quinetiam belluam tricipitem in lucem eduxi.

Am. Pugna victam, an munere dee?

Her. Pugna: fortunatus autem fui qui viderim sacra sacerdotum.

Am. Estne in ædibus Eurysthei hæc bellua?

etiam Agam. v. 527. et seq. qui quidem locus non magis uni lectioni, quam alteri, favet. *Musg.*

Forte, δαίμοσιν. vid. v. 608. *Reisk.*

607. Forte, Κόρης σ' Ἰησθεν. *Reisk.*

608. Θεοὺς προσειπεῖν — τοὺς κατὰ στέγας.] Eos, qui intra tectum erant. Antea enim, quo tempore in conspectum venit, ædes suas et πρόσυλα Ἑστίας salutaverat, v. 522. Morem Deos Penates salutandi illustrat Barnesius ex Æschyl. Agam. v. 819. Senec. Agam. v. 687. *Musg.*

610. Piersonus τρίκρανον. Vulgo τριπάρανον. *Herman.*

τριπάρανον] Piersonus, anapæsti vitandi causa, reponit τρίκρανον, quæ forma compositi est v. 1268. confertque v. 418. Bacch. 1005. *Musg.*

612. ἔργα] Intelligo non mysteria Eleusinia, sed ea, quæ οἱ μεμυημένοι apud inferos celebrare credebantur. confer Scholia ad Aristoph. Ran. v. 158. Barnesius cum Brodæo interpretatur de Sacris Eleusiniis, quibus Hercules, cum ad inferos descensurus erat, initiari se fecerat. Æschines Socraticus Axiocho, sect. 20. Sed alterum magis memorabile erat, dignisque adeo, quod patri enarraret. *Musg.*

τὰ μυστῶν δ' ὄργι' ἐντύχησ' ἰδών.] Nam ante suum ad inferos descensum Eleusiniis sacris initiatus est Herc. Sic Tzetzes: Διότι ἐμυήθη ὁ Ἡρακλῆς ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ δι' αὐτὸν λεγόμενα Μικρὰ Μυστήρια. Plato περὶ Θανάτου· Καὶ τοὺς περὶ Ἡρακλέα τε καὶ Διόνυσον, κατιόντας εἰς ἅιδου, πρότερον λόγος ἰσθέσι μυηθῆναι. καὶ τὸ θέρος τῆς ἐκείνοι τοιαῦτα παρὰ τῆς Ἐλευσινίας ἐκαύσασθαι. Joh. Brodæus. Huc addo Apollodor. Bibl. Lib. II. c. v. §. 12. Μέλλων δὲ [ὁ Ἡρακλῆς] ἰέναι εἰς τοὺς [τὸν Κέρβερον] ἀνιόντας, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον, πρὸς Ἐλευσῖνα, βαλόμενος μυηθῆναι. Ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένους οὕτω μυεῖσθαι. Vid. interpretes in locum, Plutarch. in Theseo, et Schol. Hom. in Il. Ε'. v. 378. ubi hic ipse Apoll. locus correctior paulo legitur. *Barnes.*

Hoc loco intelliguntur mysteria, apud ipsos inferos celebrata. *Beck.*

614. Χθονία hæc non est Hecate, sed Ceres, peculiari nomine χθονία dicta. vid. Pausan. in Corinth. p. 78. Ed. Sylburg. ubi multa de hoc templo, a quo non longe aberat hiatus terræ, per quem Hercules Cerberum ab Inferis traxisse credebatur. Χθονίαν, ut hic, simpliciter vocat Plutarch. in Pompeio. *Musg.*

Χθονίας τιν ἄλσος, Ἑρμιόν σ' ἔχει πόλις.] Χθονίας, Hecatæ; ita Theocr. Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ. Schol. τὴν Ἑκάτην χθονίαν φασὶ θεὰν, καὶ περίφρων φρόνησις. Joh. Brodæus. Recte quidem hæc; at huic loco non congrua. Quamvis enim Hecate χθονία dicebatur, et Ceres quoque ipsa aliquando, utpote quæ eadem cum Hecata fuerit, item Proserpina, de nulla harum jam χθονία dicitur; dicendum igitur, hic Chthoniam, Colontæ filiam, intelligi, cui Hermionenses templum et sacra dederint, vel certe ex illa Ceres quoque Chthonia dicitur; ut Paus. Corinthiacis, fol. 78. lin. 2. Τὸ δὲ λόγου μάλιστα ἄξιον, ἱερὸν Δήμητρός ἐστιν ἐπὶ τοῦ Πλούτου. Τοῦτο τὸ ἱερὸν Ἑρμιονεῖς μὲν Κλύμενον, Φορωνέως παῖδα, καὶ ἀδελφὴν Κλυμένου, Χθονίαν, τοὺς ἱδρυσαμένους φασὶν εἶναι. Ἀργεῖοι δὲ, ὅτι ἐς τὸν Ἄργελλα ἦλθε Δημήτηρ, φασὶ Ἀθήναν μὲν λέγουσι καὶ Μυσίαν ὡς ξενίαν παρασχόντας τῇ θεῷ. Κελεόντων δὲ, οὕτω εἶναι· δέξασθαι τὴν θεὸν, φασὶ

ΗΡ. Χθονίας νιν ἄλσος, Ἑρμιών τ' ἴσχει πόλις.
ΑΜ. Οὐδ' οἶδεν Εὐρυσθεύς σε γῆς ἥκοντ' ανα;
ΗΡ. Οὐκ οἶδεν· ἐλθὼν τἀνθάδ' εἰδείην πάρος.
ΑΜ. Χρόνον δὲ πῶς τοσοῦτον ἦσθ' ὑπὸ χθονί;
ΗΡ. Θησέα κομίζων ἐχρόνισ' ἐξ Ἅιδου, πάτερ.
ΑΜ. Καὶ ποῦ 'στίν; ἢ γῆς πατρίδος οἴχεται πέδον;

Her. Nemus *Chthoniæ*, et civitas Hermion ipsam habet.
Am. An non scit Eurystheus te rediisse in terram?
Her. Non scit: veni ut scirem prius quomodo se hic res haberent.
Am. Quomodo vero tamdiu fuisti sub terra?
Her. Reducens Theseum, ab inferis cunctatus sum, O pater.
Am. Ubi vero *is* est? utrum ivit *in* solum terræ patriæ?

ἀτιμίαι τι ἄλλο ἐς τιμήν. Ταῦτα δὲ οὐ κατὰ γνώμην Χθονίᾳ τῇ θυγατρὶ ποιῶ αὐτόν. Καλόντων μὲν οὖν φασὶν ἀντὶ τούτου συγκατακρυβῆναι τῇ εἰκόνι· Χθονίαν δὲ καθιδρύθαι ἐς Ἑρμιόνα ὑπὸ Δήμητρος. Ἑρμιονῆσι ταῦτα τὸ ἱερόν. Χθονία δ' οὖν ἡ Διὸς αὕτη καλεῖται. Urbs autem Hermion, et Hermione, in Peloponneso sita, templum habuit Cereri et Proserpinæ sacrum, ad quod qui confugerent, tuti erant propter loci religionem. Unde natum proverbium Ἀντ' Ἑρμιόνος, Hermiones *vice*, apud Zenobium, id est, *Argli adinstar*: vide Erasmum in adagio, Hermiones vice. Ad hunc locum Herculem ex Inferis Cerberum in lucem protulisse testatur Pausan. ibid. lin. 32. Ὅστισι δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Χθονίας χωρίς ἐστιν, ἃ καλοῦσιν Ἑρμιῆς, τὰ μὲν Κλυμένου, τὰ δὲ Πλούτωνος, τὸ τρίτον δὲ αὐτῶν, λίμνην Ἀχερουσίαν· περιέρχονται μὲν δὲ πάντα θεσπεσίῳ λίθῳ. Ἐν δὲ τῷ τοῦ Κλυμένου καὶ γῆς Χάσμα· διὰ τούτου δὲ Ἡρακλῆς ἀνῆγε τοῦ ᾅδου τὸν Κύνα, κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπὸ Ἑρμιονέων. *Barnes.*

616. Male interpretes: *veni, ut scirem prius, quomodo se hic res haberent.* Hoc dicit: *reversus, rei domesticæ statum prius cognoverim.* Ut εἰδῶ est *cognoscam*, sic εἰδείην est *cognoverim*. Fefellit hæc optativi significatio etiam alibi viros doctos, ut in Sophoclis Œd. Col. 1172. καὶ τίς σοῦ ἐστίν, ὃν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι; *et quis est ille, quem quidem ego reprehenderim?* Ubi Brunckius quum a vero sensu loci aberrasset, non potuit non addere ἄν. At in Platonis Euthydemo, p. 292. E. καὶ, ὅπως ἴλιγγον, τοῦ ἕνα ἡμῖν ἐνδεῖ ἢ ἓν πλέονος πρὸς τὸ ἰδέσθαι, τίς σοῦ ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη ἑκάστη, ἢ ἡμᾶς εὐδαίμονας ποιήσει, quem locum citavit Matthiæ in Gr. Gramm. p. 753. scribendum est ποιήσει, quod etiam Heindorfius vidit, qui quidem fallitur, quum etiam optativum intellecto ἄν defendi posse putat. Particula enim ista non diserte addita sensus esset: *quæ sit illa scientia, quæ nos beatos reddiderit. Herman.*

Si per *cognoverim* Hermannus intelligit, *scire volo*, sine quæstione recte interpretatur. Sed tempore quo Hercules hæc edit, suarum domesticarum status probe cognoverat, et ulciscendi non quærendi studio ardebat. Vid. locum qui incipit v. 565. Ἐγὼ δέ, νῦν γὰρ τῆς ἐμῆς ἔχεσθ' χειρός. Legit Wakefieldius, Οὐκ οἶδεν· ἦλθον τἀνθάδ' ἵν' ἰδείμαν πάρος. Fortasse scripsit poëta ἐλθὼν τἀνθαδ' εἰδ' ἰδείμαν πάρος. *Volo res hic constituere, prius quam certior factus fuerit me reverti.* Paucos ante versus Herculi ait Amphitryon, v. 604. πίλνη τι σὴν Μὴ πρὶν παρέξῃς, πρὶν σὸν εἰδῆσθαι, τέκνον. Confer vv. 931. 933. Tota quæ verba adponemus suo in loco. Confer etiam Iphig. Aul. 672. Σπεύδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, δίμνιος εἰ' ἐκπεσεῖ, πάτερ. Bacch. 48. εἰς δ' ἄλλην χθόνα, Τἀνδίνδε δίμνιος εἶ, μαινασήνω τέβα. *Elmsl.*

εἰδείην] Infrequens locutio, quæ fortasse tamen defendi potest ex Alcest. v. 1023. Alioqui legendum: ἦλθον τἀνθάδ' εἰδέναι.

Sic Pindarus ἀνανίσαιμι, Isthm. II. Stroph. 3. Idem: συγῶμι πάμπαν apud Aristid. Tom. III. p. 90. *Musg.*

618. ἐν Ἅιδου,] Optime meo judicio

620 ΗΡ. Βίβημ' Ἀθήνας, ἥρδιν ἄσμενος φυγών.
Ἀλλ' εἶ, ὁμαρτεῖτ', ὦ τέκν', εἰς δόμους πατρός.
Καλλίονες τἄρ' εἴσοδοι τῶν ἐξόδων
Πάρεισιν ὑμῖν· ἀλλὰ θάρσος ἴσχετε, 625
Καὶ πάρασ' ὅσσων μηκέτ' ἐξανίστε.
625 Σύ τ' ὦ γύναι μοι ξύλλογον ψυχῆς λάβε,
Τρόμου τε παῦσαι, καὶ μίθεσθ' ἐμῶν πέπλων.
Οὐ γὰρ πτερωτός, οὐδὲ φευξείω φίλους.

620 *Her.* Ivit Athenas, gaudens se fugisse ex locis subterraneis.
Sed eja, sequimini patrem, O liberi, in domum.
Introitus profecto amoenior exitu
Adest vobis. Quare fiduciam habeatis,
Et rivos oculorum ne amplius effundatis;
625 Tuque, O mea conjux, animum recollige,
Et desine tremiscere; et meas vestes dimitte,
Non enim sum alatus, neque fugere cupio amicos.

Canterus ἐξ ᾅδου, ut constructio sit: Θυσία ἐξ ᾅδου νομίζων ἱχνέυσα, πάντες. *Mung.* Θυσία νομίζων, ἱχνεύσας· ἐν Ἅιδου, πάντες.] Guil. Canterus, hoc in loco minime solita usus felicitate, dicit, se malle ἐξ ᾅδου, quasi necesse esset in hunc sensum verba exponere: Θυσία ἐξ ᾅδου νομίζων ἱχνέυσα, πάντες: cum aeque bene saltem ita sumi possent: Ἐχνεύσα ἐν ᾅδου, πάντες, Θυσία νομίζων, καὶ ἐκεῖθεν ἀνάγειν βουλόμενος· ἐν ᾅδου, ὑπεκκωφεύσει, δόμους. Nec versus ratio aliter postulat; si tribrachium in quarto loco ponas. *Barnes.*

624. Vide Pors. ad Phoen. 381. et 462. *Herman.*

ἐξανίστε.] Legendum ἐξανίσει ab ἐξανίημι. Idem vitium est Iphig. in Taur. v. 1461. Ed. Ald. ἐξανύσαι.

Verum esse ἐξανίστε ostendit Philo Jud. apud quem πηγὰν δακρύων ἀνιεῖς legas, p. 359. Ed. Turn. Vide et p. 380. *Mung.*

Καὶ πάρασ' ὅσσων μηκέτ' ἐξανίστε.] Μάτε τὰ δάκρυα ἵστε καταστάζειν. Vel concedendum est, ῡ in ἀνύω produci aliquando, quod certe fit non semel apud scenicos poëtas, vel ἐξανύστεσι, aut ἐξανύσετε, legendum. Scribitur autem ἀνύω, ἀνύτω, ἀνύσσω et ἀνύσσω, ut observavimus ad Bacch. v. 1089. et Ion. v. 1067. *Barnes.*

ἐξανίστε, *effundatis*, conjecerat jam Heath. quia ἀνύειν nunquam ultimam propucit. *Beck.*

625. Σύ τ', ὦ γύναι μοι] De μοι pro μου, vide supra ad v. 96. *Barnes.*

626. Τρόμου τε παῦσαι, καὶ μίθεσθ' ἐμῶν πέπλων.] Καὶ τὸ παῦσαι τρόμου, καὶ τὸ σαυτὸ μίθεσθε, δι' ὑπαλλαγὴν ἀριθμοῦ, ὑμεῖς δηλονότι, σύ τε μόνη καὶ αἱ παῖδες, μίθεσθε τῶν ἐμῶν πέπλων. *Barnes.*

627. φευξείω jam ante Piersonum Am. Portus pro vulgato φευξοῦ. *Hermann.*

συνεφοιτᾶς,] Subauditur ὑμᾶ. Sic Συνέπεσεν ἕταιρος, Phoen. v. 983. Συνέπεσεν ἑκεῖνα, Heraclid. v. 503.

φευξοῦ] Scribendum φευξίω, monente Piersono ad Moeridem, p. 14. *Mung.*

Οὐ γὰρ συνεφοιτᾶς, οὐδὲ φευξοῦ φίλους.] Aemil. Portus ad hunc locum, novisse verbi φευξοῦ attonitus, haec sit: *Fortasse φευξείω, fugere cupio, ut a futuro φεύξω verbum desiderativum formatum dicas, ut a τύπτω, ὕψω, πολεμήσω, βρύσω, formantur συψείω, ὑψείω, πολεμητείω, βρυσείω*, etc. φευξέω, ῶ, *non reperitur, quod saltem legerim, sed si reperiatur, dicetur ad similitudinem τοῦ Θανατάω, ᾷς, τὸ Θανατῶ. Θανατᾷν δὲ καὶ Θανατιᾷν, τοῦ Θανάτου ἐπιθυμεῖν, ut docet* Suidas, *cupere mori.* Quod observandum. Ita quidem ille. At nos ita putamus hoc verbum resolvi posse, φεύγω, futurum φεύξω, Dorice φευξῶ, et pro φευξῶμαι, Dorice φευξοῦμαι. Pro φευξῶ autem per Ionicum ἐπίθεσιν τοῦ ῐ, etiam φευξοῦ, ad formam verborum polysyllaborum,

Ἆ,
Οἴδ' οὐκ ἀφιᾶσ', ἀλλ' ἀνάπτονται πίπλων
Τοσῷδε μᾶλλον· ὧδ' ἴβητ' ἐπὶ ξυρόν;
Ἄξω λαβών γε τούσδ' ἰφολκίδας χεροῖν,
Ναῦς δ' ὡς ἐφίλξω. καὶ γὰρ οὐκ ἀναίνομαι
Θεράπευμα τέκνων. πάντα τἀνθρώπων ἴσα.
Φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν,
Οἵ τ' οὐδὲν ὄντες· χρήμασιν δὲ διάφοροι·

Ah!
Non dimittunt hi, sed pendent *ex* vestibus
Tanto magis; adeo in acie periculi stetistis:
Capiens ducam: hos autem scaphulas manibus
Sicut navis attraham: etenim non recuso
Curam liberorum: omnes homines *in hoc sunt* aequales.
Amant *enim* liberos et *illi*, qui *sunt* praestantissimi mortalium,
Et *illi*, qui nihil sunt. Opibus autem inter se differunt:

in ίζω, quas Attici semper fere in futuris efferunt per ιῶ, pro ίσω, ut νομίζω, communiter νομίσω, Attice νομιῶ, γνωρίζω, γνωρίσω, et γνωριῶ, et sexcenta hujusmodi. *Barnes.*

628. Ἆ,] Hoc quidem redundat extra versum, est autem vox miserantis in hoc loco, aliquando etiam indignantis, nonnunquam dolentis. *Barnes.*

629. ἀφιᾶσι,] Penultimam producit. Legere igitur debent ἀφιᾶσ', qui anapestum in secunda sede non ferunt. Sequentia sic distinguo:

— ἀλλ' ἀνάπτονται πίπλων
τοσῷδε μᾶλλον· ὧδ' ἴβητ' —

Tanto magis ex vestibus pendent, quanto magis animum addere cupio. *Musg.*

Οἴ δ' οὐκ ἀφιᾶσι, ἀλλ' ἀνάπτονται πίπλων] Mallem ἀφιᾶσ'. Media enim syllaba ι producitur; sin, erit Bacchius in secundo loco, quod aegre ferendum. *Barnes.*

630. sq. Τοσῷδε μᾶλλον, ὧδ' ἴβητ' ἐπὶ ξυρόν, Ἄξω λαβὼν γε τούσδ' ἰφολκίδας χεροῖν Ναῦς ὡς ἐφίλξω] Ita scribendum et distinguendum recte monet codex Heinsio-Scaligerianus. Ὧδε autem non adverbialiter sumendum, alioquin subscriptum ι non haberet, at fere pro ὥστε, cui respondet τόσῳ. Ad ἐπὶ ξυρῷ subintelligo ἀκμὴν: sic Homer. Iliad. ν'. v. 173. ἐπὶ ξυρῷ ἵστανται ἀκμῆς. Vide Erasmi Adagium: *In acie novacula.* *Barnes.*

Verba ὧδ' ἴβητ' ἐπὶ ξυρόν interrogative sunt efferenda: *adeone prope fuistis exitio?* *Reisk.*

631. τοὺς δ' ἰφολκίδας] Τούτους δὲ χερσὶν ἰφίλξω εἰς ἐμαυτὸν, ὡς ἡ Ναῦς τὰς ἰφολκίδας μεθέλκουσιν ἑαυτήν. Ita infra v. 1417. Θησεῦ σανύλις ἰψόμεσθ' ἰφολκίδι. *Barnes.*

Post γε punctum delendum. *Reisk.*

633. sq. πάντα τἀνθρώπων ἴσα· Φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν, Οἵ τ' οὐδὲν ὄντες· Χρήμασιν δὲ διάφοροι, Ἔχουσι, οἱ δ' οὔ. Πᾶν δὲ φιλόπαιδες γένος.] Hanc sententiam cum neque apud Stobaeum quaerens reperirem, nec in H. Grotii Excerptis, paraphrasi et versione ornare non gravabor; Sensus loci: Πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐν τούτῳ τῷ πράγματι ἴσα συγχέναι ἔοικα, ἅτε μάλιστα ἐν τοῖς ἄλλοις ὄντα· Οἱ μὲν γὰρ ἐσθλοὶ καὶ οἱ κακοὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα φιλοῦσι· Καὶ ἐν τοῖς χρήμασι διάφοροι εἰσὶν, καὶ οἱ μὲν τὰ χρήματα ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. Ἀλλ' ἅπας οἱ σπλάγχνοις καὶ οἱ πένητες ἰσοίως περὶ τὸν φιλοτεκνίαν ἔχουσι. Πάντες γὰρ φιλότεκνοι. Ita locum vertimus: *Cuncti in hoc similes sumus: magnique prolem diligunt suam viri, Et qui nihil sunt. Opibus haud pares licet florentque egentque; ast similis utriusque est amor.* *Barnes.*

635. Plene interpungendum post διά-

Ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ· πᾶν δὲ φιλότεκνον γένος.
ΧΟ. Ἀ νέότας μοι φίλον ἄ- στροφὴ α'.
χθος δὲ τὸ γῆρας αἰεὶ
Βαρύτερον Αἴτνας σκοπίλων
Ἐπὶ κρατὶ κεῖται,
Βλεφάρων σκοτεινὸν
Φάος ἐπικαλύψαν.

Alii habent, hi vero non: omne autem genus amans-prolis.
Cho. Juventus *est* mihi gratum aliquid;
Senectus vero onus semper
Gravius scopulis Ætnæ
Supra caput jacet,
Palpebris obscuram
Lucem operiens

φαεσι. In sequenti ellipsis est, per οἱ μὲν supplenda, οἱ μὲν ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. *Hi quidem divites sunt, illi non.* vid. ad Iph. in Taur. v. 1351. *Musg.*

636. Abresch. Auct. Dil. Thuc. p. 358. scribit: ἔχουσιν οἱ δ' οὐ. *Beck.*

637. Vulgatam, ἁ νέότας μοι φίλον ἄχθος· τὸ δὲ γῆρας, etc. emendavit Musgravius. Αἰὲὶ servandum duxi, ut in carmine chorico. Itaque hanc formam etiam v. 653. reposui, ubi ἀεὶ legebatur. *Herman.*

637. ss. Ἁ νέότας μοι φίλον ἄ = χθος, τὸ δὲ γῆρας αἰὲὶ = βαρύτερον Αἴτνας σκοπίλων = ὑπὲὶ κρατὶ κεῖται.]

Ita citat J. F. Gronovius ad Plaut. Mil. Glor. III. i. 88. F. Ursin. ad Cic. de Senect. 2. Sed M. A. Muretus Var. Lect. VII. 15. legit: Ἁ νέότας μοι φίλον. Τὸ δὲ γῆρας ἄχθος αἰὲὶ Βαρύτερον Αἴτνας. — Quod metrum pessundat. Melius Musgravius, Ἁ νέότας μοι φίλον· ἄ=χθος τὸ δὲ γῆρας. — Sed nihil opus. Rhes. 373. Ἀλλά νιν ἔδει γᾶ Καταφθίμενον Θεσπὶ μέσῳ ΦΙΛΤΑΤΟΝ ΑΧΘΟΣ ΟΙΣΕΙ. *Por.*

Legendum, δὲ et τὸ transpositis:

ἁ νέότας μοι φίλον· ἄ-
χθος δὲ τὸ γῆρας —
Musg.

Ἁ νέότας μοι φίλον ἄχθος] Ἡ νέότης τοῦ-φίλον μοι ἄχθος, καὶ ἐβδελυκτόν· τὸ δὲ γῆρας, ἅ ἀεὶ δεῖται τοῦ ἔχειν αὐτὸ Αἴτνης σκοπίλων βαρύτερον, ὑφ' ἡμῇ κρατὶ κεῖται, etc. Cicero hunc locum exprimit libro de Senectute circa initium: Quæ (Senectus) *plerisque tenibus sic odiosa est, ut onus sit Ætna gravius dicant sustinere.* Locum indigitavit Gaspar Stiblinus, produxit et citavit Johannes Brodæus, deinde Henricus Stephanus. Hanc totam stropham et antistropham totam eleganter vertit Hugo Grotius in Excerptis; quod nimis operosum esset huc adscribere; nisi laborem pensaret elegantia: "Dulce quam nobis onus est juventa! Sævit Ætnæis scopulis senectus, Pejor et nostro capiti minatur, Induens nigris oculos tenebris. Non ego insignes spoliis et auro Illitos postes Asiæque regna Flore permutem melioris ævi. Divitis fati decus hoc; Egeni Dulce solamen. Pereat senectus, Sæva, crudelis, pelagi vel undis Hausta, vel cœlo volitans aperto; Unde non urbes iterum revisat, Non domos. Quod si superi labores Cernerent nostros sapiente cura, Præmium ferrent duplicem juventam Integri mores. Bis ad hæc venirent Astra, bis Phœbi jubar hoc viderent, Quos celebraret generosa Virtus. Improbis contra fluitaret Ætas simplici cursu: Nota quæ Bonorum vera discretrix foret et nocentum: Qualiter nautis iter indicantes Nubibus stellæ mediis relucent. Nulla nunc segnes posuere Divi Certa virtuti vitioque signa: Sed ruens Ævum sine lege novit Nil nisi gaza cumulare gazis." *Barnes.*

Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος
Τυραννίδος ὄλβος εἴη,
Μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη
Τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν,
Ἃ καλλίστα μὲν ἐν ὄλβῳ,
Καλλίστα δ' ἐν πενίᾳ·
Τὸ δὲ λυγρὸν φόνιόν τε γῆ-

Ne mihi nec Asiatici
Regni opes sint,
Nec auri domus plena,
Ut hæc pro juventute accipiam:
Quæ pulcherrima quidem in divitiis,
Pulcherrima etiam est in paupertate:
Molestam enim lætalemque senectutem

639. Αἴτινας σκυτάλων] Cicero de Senect. c. 11. *quæ plerisque senibus sic odiosa est, ut onus ac Ætna gravius dicant sustinere.* *Musg.*

640. Ἐπὶ κρατί] Expressit Auctor Mimnermum:

— τὸ δ' ἀχνύλιον καὶ ἀμορφον
γῆρας ἐπὶς κεφαλῆς αἰνίχ' ὑπερχόμενον.

κάρα,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. κάρᾳ. *Musg.*

641. Βλεφάρων, aut βλεφάροιν dativo dualis, legit Reisk. *Beck.*

642. Ald. et MSS. φάος. Stiblini emendationem φάος recepit Canterus et inde alii, injuria improbatam a Musgravio. Ad ὑπαλύψαν intellige τῷ κρατί. Βλεφάρων σκυτινὸν φάος dicit vultum tristem et morosum. *Herman.*

Φάος] Edd. recent. sine auctore φάεος. Sed multo elegantius est φάος, quod exhibent cum Aldina MSS. omnes. ὑπαλύψαν φάος βλεφάρων est *obtendens pallium palpebris.* Metaphoræ occasionem dedisse videtur, quod pallio oculos obtegere in usu fuit. Vid. Suppl. 296. *Musg.*

Φάος] Ita recte omnes præter Brodæum: ille vetus φάεος retinuit et exponit: φάεος ὑπαλύψαν, *oculorum* tunicam *obtegens, palpebris procidentibus.* Sed et φάος acicm sonat. *Barnes.*

643. s. Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος Τυραννίδος ὄλβος εἴη,] Regum Asiaticorum, ac præcipue Persicorum opes notat et Phrygum; de quibus Horat. Carm. Lib. II. Od. 12. *Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes, Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias Opes, Permutare velis crine Licymniæ? Plenas aut Arabum domos?* De Persicorum regum divitiis vide quæ nos ad Estheræ nostræ v. 399. Χρυσίῳ ὑπὸ πλουσιώτερον ἢ ἁμαξίῳ αἰγλήεσσ, in Scholiis. In universum autem tanta Asiæ ubertas rerum omnium atque fertilitas fuit, ut omnibus terris antecellere videretur. Cicero pro *Q. Ligario: Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.* Eadem Mithridates apud Justinum ad milites perorans affirmat. Ait enim: *Neque cœlo Asiæ esse temperantius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amœnius: magnamque temporis partem, non ut militiam, sed festum diem acturos.* Vide Reverendissimum Jacobum Usserium, Armachanum haud ita pridem archiepiscopum, in Tractatu de Asia Minore; et lexicographos in voce Asia, et Asia Minor. *Barnes.*

644. Leg. ὄλβου. Constructio est: μὴ εἴη μοι λαβεῖν ὄλβου — μήτε δόματα — ἀντὶ τῆς ἥβης. *Reisk.*

645. Vide Pors. ad Med. 542. *Herman.*

646. Versus est glyconius πολυσχημό-

650 ρας μισῶ· κατὰ κυμάτων δ'
Ἐρροι· μηδέ ποτ' ἄφελεν
Θνατῶν δώματα καὶ πόλεις
Ἐλθεῖν, ἀλλὰ κατ' αἰθέρ' αἰ-
εὶ πτεροῖσι φορεῖσθαι.
655 Εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις ἀντιστροφή α'
Καὶ σοφία κατ' ἄνδρας,
Δίδυμον ἂν ἦβαν ἔφερον

650 Odi: sub fluctus autem
Peritura vadat. Debuit nunquam
Ad sedes hominum et civitates
Venire, sed in aëre semper
Alis ferri.
655 Si vero diis esset prudentia,
Et sapientia erga homines,
Haberent geminam juventutem,

σιστος ex molosso et choriambo. Similes prorsus sunt v. 648. 675. omniumque horum antithetici. *Heath.*

649. φόνιόν τι γῆρας] Legendum, ni fallor, Κρόνιόν τι, i. e. *hebes, effetum.* *Musg.*

653. δεῖ] Metrum postulat εἰεί. *Musg.*

654. φορεῖσθαι] Legendum φορεῖσθαι in infinitivo, ut paullo ante ἰλθεῖν. *Musg.*

655. s. Εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις, καὶ σοφία κατ' ἄνδρας,] Εἰ δὲ θεοῖς ἦν σύνεσις, καὶ σοφὴ περίνοια κατὰ τοὺς ἀνθρώπους, δὶς ἂν οἱ καλαφρονεῖν τῆς ἥβης λάχοιεν, καὶ δὶς γένοιντο, ἐκ τοῦ γήρους ἀναπάζοντες αὖθις· καὶ τοῦτο τὸ δῶρον ἐκ θεῶν ἴσχοιεν καὶ φέρειν λαβόντες, ὅσον φαιδρόν τινα χαμαιτύπην τῆς Ἀρετῆς, ἵνους μίσησιν αὐτῆς, δηλονότι τῆς ἀρετῆς. Καὶ θνητοὶ, δηλονότι, οἷς ἀρετῆς μίσησιν, ἐκ τοὺς ἅλιον αὐγάς, ἤγουν τὸν βίον, διετοὺς δουλίους καὶ θοὺς ἂν ἴβησαν. Ἢ ἢ δυσγένεια, καὶ ἡ πενία, τοιοῦτοι, οἱ πολλοὶ ἀνθρωποι, ἄπαξ μόνον ἴζησαν, καὶ ἀπλοῦν βίον εἶχον. *Barnes.*

657 Nominativus verbi ἔφερον continetur sequentibus ἔσεσι μίσος. *Beck.*

658. Legebatur ἀρετῆς. *Herman.*

660. Legebatur θνατοὶ ἐς τοὺς αὐγάς. Heathio debetur θανόντες. Perfecit emendationem Musgravius. *Herman.*

Μίσος,] MSS. Steph. μισῶν.

καὶ θνατοὶ] Hoc cum manifeste vitiosum esset, emendabat Piersonus Verisim. p. 222. κρίγεσθαι, quod, ut ferri posset, tamen minime necessarium est, cum sensus vocis ἄγεσθαι sit in membro præcedenti, ἔσεσι ἀρετὴ μίσος. Et mihi quidem non θνατοὶ tantum, sed duo præterea displicent; primo syllaba finalis οἱ sequente vocali producta; deinde et articulus [τοὺς] sine emphasi positus, quod in Odis Choricis raro invenias. Hoc igitur deleto, reliqua sic malim emendare:

— καὶ θανόντες
Εἰς αὐγὰς τάλιον ἅλιον
Διετοὺς δὶς ἥβαν δουλίους.

Heathio debetur θανόντες. Legi etiam potest καὶ θνατοὶ, ut dedi in Exercitationibus, vel etiam τεθνάντες τε, si quis majorem in metricis ἀκρίβειαν desiderat. De articulorum usu vid. Plutarch. *Op* Mor. p. 1848. *Musg.*

Leg. μίσος, καὶ θανόντες εἰς (vel τρὸς) αὐγάς. *et* (probi scilicet, de quibus antea poëta dixerat) *mortui* (post semel transactam mortem) *altera vice redibunt ad solis lumina.* Si vulgata retineatur, debet h. l. θνατοὶ pro θανόντες accipi, *revera mortui*, non *adhuc mortales.*

Versus ex emendatione Heath. μισῶν et θανόντες est Ionicus a minore hemiolius ex pæone tertio et trochæo, sicut et duo præcedentes. *Beck.*

Φανερὸν χαρακτῆρ᾽ 660
᾽Αρετᾶς, ὅσοισιν
Μέτα, καὶ θανόντες
Εἰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου
Δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.
᾽Α δυσγένεια δ᾽ ἁπλοῦν ἂν 665
Εἶχε ζωᾶς βιοτάν,
Καὶ τῷδε τούς τε πανοὺς ἂν

Manifestum signum
Virtutis, quibus virtus
Adesset: et morientes
Ad splendores solis iterum
Irent geminos cursus:
Sed degeneres simplicem
Haberent vitæ cursum.
Et hoc *modo* et malos

καὶ θανόντ᾽ ἐς
τὰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου
δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.
ἃ δυσγένεια δ᾽ ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς βιοτάν·
καὶ τῷδε, τούς τε πανοὺς ἂν
γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς.

Quum in his versibus imago ducta sit a stadiodromis, qui idem spatium repetito cursu conficiunt, non improbabilis est docti viri in editione Lipsiensi conjectura — ἁπλοῦν ἂν εἶχε ζωᾶς νίσσαν. quod sensum certe fundit, qui ex vulgata scriptura nullus existit. Musgravius ἰχνὶν reponendum censebat, quod hariolantis est. Quid? si legamus

ἃ δυσγένεια δ᾽ ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς τρίβον· ἓν δ᾽
αὖ τῷδε τούς τε πανοὺς ἂν
γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς.

Prava tum semel tantum vitæ spatium decurrent, et liceret hac ipsa re malos a bonis dignoscere. Ζωᾶς τρίβος *semita vitæ*, ut ap. Horatium. I. Ep. XVIII. 103. *Scentum iter et fallentis semita vitæ.* *Jacobs.*

663. ᾽Α δυσγένεια] ᾽Η κακία. Vide ad notam præcedentem. Sic infra v. 806. ᾽Η δυσγένει᾽ ἀνάγκη, κακία ἀνάγκη, pro ἡ δυσγενὴς ἀνάγκη. *Barnes.*

664. Temere βιόταν sollicitant. Vide Pors. ad Hec. 302. *Herman.*

ζωᾶς βιοτάν,] Suspicor, quod et Reiskio in mentem venisse videtur, βιοτὰν glossema esse figuratæ cuidam locutioni superscriptum. Forte dederat auctor:

ἃ δυσγένεια δ᾽ ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς ἰχνιόν.

ἰχνιὸς est *rivus ex fluvio ductus ad agros hortosve irrigandos.* Hujusmodi rivuli, ubi planities circa fluvium est, magno numero esse solent; quo minus displicere debet ἁπλοῦν ἰχνιὸν ζωᾶς, i. e. *simplicem vitæ rivulum.* Julianus Imp. ζωὴν ἀχραντον καὶ καθαρὰν — ἰνοχιτεύων. Hymn. in Solem. p. 149. Ed. Spanh. Vita Isidori: ἀενάου ζωῆς ἰχνιτῆς apud Phot. p. 546. Ed. Hœschel. Comparationem temporis cum fluvio vid. Ovid. Amor. Lib. I. Eleg. 8. v. 49. Id. de Arte Amandi, Lib. III. v. 62.

Julianus: ἰνοχιτεύων αὐτῇ τὴν ζωὴν, p. 137. D. *Musg.*

ζωᾶς βιοτὰν,] Ἓν διὰ δυοῖν. Vel ζωὰν enim, vel βιοτὰν, per se singulæ sufficerent voces. *Barnes.*

βιοτὰν,] Sententia flagitat στάδιον, aut δρόμον. Quid si ἁπλᾶν et νίσσαν legamus? *degener autem vita haberet simplicem vitæ metam.* *Beck.*

665. Vulgo τῳδί. Porsonus ad Med.

Γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς,
Ἴσον ἄτ' ἐν νεφέλαισιν ἄ-
στρων ναύταις ἀριθμὸς πέλει. 67
Νῦν δ' οὐδεὶς ὅρος ἐκ θεῶν
Χρηστοῖς, οὐδὲ κακοῖς σαφής,
Ἀλλ' εἱλισσόμενός τις αἰ-
ὼν πλοῦτον μόνον αὔξει.
Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας στροφὴ β'. 67
Μούσαις συγκαταμιγνύς

Et bonos cognoscere *liceret*
Pariter, sicut in nubibus stellarum
Numerus nautis *est notus*.
Nunc vero nulla a Diis nota
Certa est bonorum et malorum:
Sed aestuans quoddam aevum
Auget solum divitias.
Non cessabo Gratias
Cum Musis commiscere

157. corrigit τῷδ' ἴσ. Sic ἄν non ad ἴδοι, sed ad γνῶναι pertineret. Si opus est correctione, mireris, cur poëta sic, ut Porsono placet, maluerit, quam καὶ τῷδ' ἄν τινὸς τι κακοὺς ἢν γνῶναι. *Herman.*

τῷδι] Notandum est, Atticas dictiones in ι et δι superfluum desinentes ultimam syllabam producere, ut οὑτοσί, τουτωΐ, τουτοῖ, τοῖδι, τουτονί, ἰδί, τῷδι, ταυτὶ, ὠδί, &c. Sic Aristophanes in Pluto: Ὅστις ποτ' ἐστὶν οὑτοσί, καί τιν χρέη. Et ibidem: Τουτὶ δὲ τὸ κακὸν πῶς ἴσπαθις, κάτειπέ μοι. Item: Ταυτὶ λέγουσι πάντες, ἡνίκ' ἂν δι μοι. Et sexcenta hujusmodi invenias exempla apud scenicos poëtas, praesertim apud Aristophanem. Vide quae nos supra ad Supplic. v. 165. *Barnes.*

667. Reisk. legit ἴσον ἔτ' et σίλαν (pro ἴσιλαν): *et hoc modo posset quis improbus, quis probus, haud secus agnosci, atque grex stellarum in nubibus. Beck.*

673. Tzetzes ad Hesiodi Theog. 64. καὶ Εὐριπίδης· καὶ μὴ παυσάμην τὰς Χάριτας ταῖς Μούσαις συγκαταμιγνύων. Sic MS. sed ed. Trincav. fol. CXX. (quod per errorem numero CXVIII. notatum est) b. συγκαταμιγνύουσαν. Heinsiana συγκαταμιγνύειν. Stobaeus, tit. LXXXI. ut in codd. Euripidis, nisi quod ταῖς Μούσαις habet. Plutarchus in Virtutibus Mulierum, p. 243. A. οὐδ' αἰσχύνεται ταῖς Μούσαις τὰς Χάριτας συγκαταμιγνὺς καλλίστην συζυγίαν, ὡς Εὐριπίδης φησίν. *Herman.*

673. s. Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας Μούσαις συγκαταμιγνύς] Plutarch. II. p. 243. A. Dio Chrysostom. XXXII. p. 393. C. Wyttenbach. Ep. Crit. p. 14. Stob. LXXXI. p. 343. Schol. in Hesiod. Theog. LXV. p. 236. *Por.*

673—677. Apud Grot. LXXXI. p. 343. ubi in tribus versibus leguntur hi quatuor. *Burn.*

Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας] Hunc locum habet Stobaeus in Florilegii Sermon. LXXXI. Περὶ Γεμμάτων, excepto, quod in margine notamus, pro εἰ ζῴην μετ' ἀμουσίας, ibi legitur: μὴ ζῴην μετ' ἀμουσίας. Eodem autem res recidit; *Velle vivere cum Musis*, et *Nolle vivere sine Musis*. Hunc vero locum ita ibidem versum ab H. Grotio habemus: *Nec cessabo Venerem doctis jungere Musis fordus amicum; Ah! ne vivam Carminis expers. Barnes.*

674. Μούσαις] Stobaeus Tit. LXXXI. ταῖς Μούσαις. *Musg.*
Leg. *σῶμα συντεταινόμεν*, aut audiendus Scal. *Reisk.*

823. Πρὶν μὲν γὰρ ἄθλους ἐκτελευτῆσαι πικρούς,] γὰρ, quod ex hoc versu in aliquibus editionibus exciderat, restituimus ex Aldina et aliis, quibus recte aderat. *Barnes.*

824. *χρεών*] Ita MS. G. a prima manu, et in margine γρ. *χρῆν*. Ed. Ald. *χρῆν*. *Barnes.*

Τὸ χρῆν] Scaliger hic legit *χρεών*, sed et τὸ *χρῆν* ponitur pro *χρῆναι*, ut Eustathius fol. 1647. lin. 56. ubi illud Hecubæ profert: Πόντιον τὸ *χρῆν* σφ' ἐκήγαν' ἀνθρώ-

Νυκτὸς μελαίνης ἀνυμέναιε παρθένε,
Μανίας τ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδε καὶ παιδοκτόνους
Φρενῶν ταραγμοὺς καὶ ποδῶν σκιρτήματα
Ἕλαυνε, κίνει, φόνιον ἐξίει πάλων,
Ὡς ἂν πορεύσας δι' Ἀχεροῦσιον πόρον
Τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ,
Γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος,
Μάθῃ τε τὸν ἐμόν, ἢ θεοὶ μὲν οὐδαμοῦ,
Τὰ θνητὰ δ' ἔσται μεγάλα, μὴ δόντος δίκην.

ΛΥΣΣΑ.

Ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρός, ἔκ τε μητέρος

Noctis obscuræ innupta virgo,
Insaniam in virum hunc, et interfectricem-filiorum,
Mentis perturbationem, et pedum saltationem,
Injice, commove, cruentum immitte funem:
Ut transmissa per Acherontium fretum
Illa pulchra liberorum corona, propria manu,
Cognoscat, qualis in ipsum sit Junonis ira,
Et discat meam. Alioqui dii nihil,
Res vero mortalium erunt magnæ, si pœnas *iste* non dat.

LYSSA.

Ex generoso quidem patre, et matre

πορφαγεῖν. Est et χρῆν pro ἐχρῆν. Χρειὼ autem et χρεὼ idem, quod χρέος. *Barnes.*

Τὸ χρεὼν] Τὸ χρῆν, ὃ ταυτὸν μέν ἐστι τῷ χρεὼν, ἀκατέπνευται δὲ ἐκ τοῦ χρῆναι. *Scholiast.*

827. Sic Wakefieldius pro καινὸν. Vide Sophocl. Antig. 201. *Herman.*

829. ἄτεγκτον] Ita optime Ed. Ald. Edd. recentes ἄτεγκτος. *Musg.*

Ἀλλ' εἶ, ἄτεγκτος] Εἶ pro εἶα interjectio hortantis. ἄτεγκτος ὁ καὶ ἡ, ἀπὸ τοῦ ἀπλήκτων, ὃς τοῖς θάκτροις οὐ τέγγεται. Scaliger legit ἄτεγκτον παρδίαν, utrique autem potest referri, vel Furiæ ipsi, vel etiam Herculi. *Barnes.*

In Cod. Reg. A. est ἄτεγκτον σὺν λαβοῦσα (i. e. συλλαβοῦσα) παρδία. v. Markl. ad Iphig. Aul. 407. *Beck.*

830. Νυκτὸς μελαίνης ἀνυμέναιε παρθένε,] Cur virgines Furias finxerint veteres poëtæ, nempe quod ἀκατακτοπόλυπτοι ἦσαν, cur nigras et Noctis filias, cæteraque hujusmodi, consule Eustathium in Homerum, fol. 763. lin. 26. etc. Vide etiam quæ nos supra ad v. 818. et infra ad v. 839. et v. 874. *Barnes.*

834. πορεύσας] Ita MSS. E. G. ut jam emendaverat Canterus. Pindarus Pyth. XI. Stroph. II. πόρευ' Ἀχέροντος ἀντίον παρ' ὄρνιον. Ed. Ald. φονεύσας. Eadem editio ὃς pro ἂς, sed a vulgatis non discrepant MSS. *Musg.*

Ὡς ἂν φονεύσας δι' Ἀχεροῦσιον πόρον] Canterus legit πορεύσας, haud male: potest tamen et φονεύσας stare, si δι' Ἀχεροῦσιον πόρον de Herculis ipsius descensu ad Inferos sumatur, unde diis tanta orta est indignatio. Nescio, quid Scaligero in mentem venit, qui scriptum habet φορεύσας, nisi forte πορεύσας voluit. Æmilius Portus nihil explicat, nec difficultatem visus est vidisse; at in rebus minime dubiis explicandis ridicule occupatur. *Barnes.*

Reiskius emendat: Ὡς ἂν πορεύσας δι'

Πίφυκα Νυκτός, Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος,
Τιμὰς δ' ἔχω τάσδ' οὐκ ἀγαστὰς φίλοις,
Οὐδ' ἥδομαι φοιτῶσ' ἐπ' ἀνδράσιν φίλους.
Παραινέσαι δέ, πρὶν σφαλεῖσαν εἰσιδεῖν,
Ἥρᾳ θέλω, σοί τ', ἢν πίθησθ' ἐμοῖς λόγοις.
Ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἄσημος οὔτ' ἐπὶ χθονί,
Οὔτ' ἐν θεοῖσιν, οὔ γέ μ' εἰσπέμπεις δόμους·
Ἄβατον δὲ χώραν καὶ θάλασσαν ἀγρίαν
Ἐξημερώσας, θεῶν ἀνέστησεν μόνος
Τιμάς, πιτνούσας ἀνοσίοις ἀνδρῶν ὕπο·
Ὥστ' οὐ παραινῶ μεγάλα βούλεσθαι παπά.

840 Nata sum, ex Nocte, et Cœli sanguine:
Honores vero hos habeo, ut non invideam amicis;
Neque lætor vadens adversus homines amicos.
Sed admonere, priusquam errantem te videam,
Junonem, teque volo; si obtemperaveritis meis verbis.
845 Vir hic non est obscurus, neque in terra,
Neque inter Deos, in cujus domum me mittis:
Regiones autem inaccessas, et ferum mare
Cum pacârit, solus *in integrum* restituit Deorum
Honores ab impiis viris labefactatos:
850 Itaque tibi suadeo, ut gravia mala non cupias.

ἐχεφοίτων πέρων, aut ὡς δὲ πυρεύσας πρὸς Ἀχεφοίτου πέρας. *Beck.*

836. Vide Pors. ad Hecub. 1038. *Herman.*

839. a. Ἐξ εἰκοτῶς μὲν πυνθάν, ἵν' ᾖ μανίας Πίφυκα, Νυκτὸς, Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος,] De persona hic loquente, quod non Lycus sit, sed Lyssa, hoc est Furia, vide infra ad v. 854. De Erinnyum, sive Eumenidum, Furiarum et Dirarum (tot enim nominibus vocantur) parentibus supra nonnihil attigimus, ad v. 818. et 830. Euripidis vero ingenium hic non laudare nequeo, qui diversa auctorum veterum figmenta simul jungit, et hanc Furiam non modo Nocte satam cum Neotericis, sed et Cœli sanguine, cum Veteribus asserit. De qua re nos supra. Notandum est vero, nos Latinam versionem paulo tutius inflexisse, et pro *ex sanguine Noctis et Cœli*, magis ex historicis fide vertisse, *ex Nocte et Cœli sanguine*. *Barnes.*

841. Ald. et prima Hervag. τιμάς τ'. Reliquæ τιμὰς δ'. Sensus est: hoc munus, de quo Iris dixit, habeo, non invidendum amicis. *Herman.*

ἀγαστὰς φίλοις,] Sententiam minime commodam facit, sive *irascendi* sensum, sive contra *admirandi*, verbo tribuas. An legendum ἀγασθῆναι σφαλοῖς, *delectari malis*, vel *admirari*. Hesychius: σφαλὸν, κακόν. Nisi malis σφαλεῖσ', i. e. σφαλεῖσι, *viris e statu dejectis*.

Maxime nunc placet: οὐκ ἀγασθῆναι καλοῖς, *non invidere rebus pulchris*, vel *honestis*. *Musg.*

Heath. vulgatum vertit: *ut amicis meis non succensearn*; hac scilicet de causa illam neque Herculem libenter infestasse, quia is deorum apud homines honores et cultum restituerat. *Beck.*

845. Legebatur ἀνὴρ. *Herman.*

846. οὔγέ μ' εἰσπέμπεις δόμους·] Puto, ex hoc loco Scaligerum ductum, ut supra ad v. 821. σύμαντα verteret in δόμαντα. Sed dicendum quidem, Furiam immitti

ΙΡ. Μὴ σὺ νοσθίσει τάδ' Ἥρας κἀμὰ μηχανήματα.
ΛΥ. Εἰς τὸ λῷστον ἐμβιβάζω σ' ἴχνος ἀντὶ τοῦ κακοῦ.
ΙΡ. Οὐχὶ σωφρονεῖν γ' ἔπεμψε δεῦρό σ' ἡ Διὸς δάμαρ.
ΛΥ. Ἥλιον μαρτυρόμενα δρῶ', ἃ δρᾶν ἐβέλομαι.
Εἰ δὲ δή μ' Ἥρα δ' ὑπουργεῖν, σοί τ' ἀναγκαίως ἔχει
Τάχος ἐπιῤῥοίβδην δ' ὁμαρτεῖν, ὡς κυνηγέτη πόνας,

Iris. Ne tu Junonis et mea consilia arguas.
Lyc. In optimam semitam, pro mala, te duco.
Iris. Conjunx Jovis non misit te huc, ut moderate agas.
Lyc. Solem testor me facere, quæ non cupio facere.
Si igitur me Junoni tibique inservire necesse est,
Celeriter, et cum impetu *te* sequi, ut venatorem canes *sequi solent*,

in Herculis quidem domum, ut illum furore corriperet, non autem contra domum illius militasse, sed contra corpus, i. e. ipsum Herculem, quem insigni clade jam afflixit. Figurate tamen etiam δόμους legi potuit, nisi σώματα melius hic staret; ita enim infra v. 860. Καὶ καταβάλλω μέλαθρα, καὶ δόμους ἐπιβάλλω, etc. *Barnes.*

849. Τιμὰς στυγούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὅτου'] Prior syllaba in στυγούσας communis est, de qua re vide quæ nos ad Phœniss. v. 19.

ἀνοσίων ἀνδρῶν] Γιγάντων. De Gigantum impietate in Deos vide quæ nos ad Bacch. v. 535. Quod vero Hercules et Bacchus pro Deorum partibus steterint contra Gigantes, vide supra ad hujus fabulæ, v. 177. *Barnes.*

Per ἀνοσίους ἄνδρας non intelliguntur Gigantes, sed viri impii et facinorosi, qui terram et maria latrociniis et cædibus infesta reddiderant, quibusque sublatis, restituti diis et eorum legibus honores dici poterant. *Heath.*

850. Recepi Musgravii emendationem δεῦρ' οὐ pro vulgato σοί σ' οὐ. *Herman.*

Supervacuum et ineptum est σοί σ', cum antea dixisset Ἥρᾳ — σοί σ', v. 844. Lego igitur: δεῦρ' οὐ παρεπεμψ. *Musg.*

851. καλὰ] Optime Reiskius κἀμά. Confer 836. et v. 844. *Musg.*

καλὰ] Quum olim καλὰ male aderat, nec sine magna versus jactura, Gul. Canterus καλὰ legebat, quem sequor. Scaliger minus attentus ad literarum vestigia, καμά. *Barnes.*

Post νοσθίσει punctum delendum, et aut comma ponendum, aut abesse debet omnis distinctio; deinde pro καλὰ legi κἀμά, *Junonis et meas machinationes.* (Sic quoque Heath. qui ad μαχανήματα supplet ἀμφὶ, *circa machinationes.*) Ita debebat refingi e vet. ed. lectione καμά. vid. v. 849. ἐμβιβάζουσ' est ἐμβιβάζουσα, non ἐμβιβάζουσι, *immittens in viam bonam, quæ pravum debent ire. Reisk.*

852. Hic versus Iridi continuabatur, versus 853. Lyssæ erat, 854 Iridis. Emendavit Musgravius, cui etiam ἐμβιβάζω σ' pro ἐμβιβάζουσ' debetur. *Herman.*

ἐμβιβάζουσ'] Haud dubie est pro ἐμβιβάζουσα, non, ut interpres accipit, pro ἐμβιβάζουσι tertia persona plurali. Phrasis εἰς ἴχνος ἐμβιβάζειν est apud Plutarchum, Op. Mor. p. 911. Ed. H. Steph. Quamquam et ἐμβιβάζουσα viticosum esse suspicor, legendum vero, Lyssæ persona præfixa:

ΛΥ. Εἰς τὸ λῷστον ἐμβιβάζω σ' ἴχνος, ἀντὶ τοῦ κακοῦ.

Alioqui dicet Iris, meliora esse, quæ Lyssa monet, quam quæ decreverat Juno. Nec nullam vim habet, quod in Aldina proxime sequens Lyssæ tribuatur, alter Iridi, tertius iterum Lyssæ; quæ nomina si singula uno vel duo superius apposita essent, existeret ea, quam probo, personarum distributio. *Musg.*

854. Vide Pors. Suppl. Præf. ad Hec. p. clxviii. *Herman.*

Ἥλιον μαρτυρόμεσθα] Quum Lycus, in Choro præcedenti, ab Hercule fuerit occisus, unde et ipse clamaverit: Ὦ σῶν Κάδμου γαῖ', ἀπόλλυμαι δόλῳ, et de eo

Εἶμί γ'· οὔτε πόντος οὕτω κύμασι στένων λάβρως,
Οὔτε γῆς σεισμός, πυρωνοῦ τ' οἶστρος, ἀδῖνας πνέων,
Οἵ' ἐγὼ σταδιοδρομοῦμαι στέρνον εἰς Ἡρακλίους.
Καὶ καταῤῥήξω μέλαθρα, καὶ δόμους ἐπεμβαλῶ,
Τέκνα ἀποκτείνασα πρῶτον· ὁ δὲ κεινὸν οὐκ εἴσεται
Παῖδας, οὓς ἔτικτ', ἐναίρων, πρὶν ἂν ἐμῆς λύσσης ὑφῇ.

Vado: neque pontus adeo violenter fluctibus ingemiscens,
Neque terræ motus, et fulminis impetus dolores spirans,
Ut ego currum in pectus Herculis,
Et rumpam tecta et domum injiciam,
Interficiens primum liberos: qui vero occidet, nesciet
Liberos se, quos genuit, occidere, priusquam liberatus fuerit a mea rabie.

ibidem Chorus pronuntiaverit: Γίγνεται, οὐκ ἴσ' ὅπως ἐνεπιβὰς ἀνήρ· miror, quid hac in re passus Henricus Stephanus, quo Lyssa, id est Furiæ, recte olim tribuebantur, nunc sine ulla ratione, imo contra omnem rationem et veterum codicum fidem, (quicquid ille de iis prædicet) hæc tamen Lyco tribuit; ut et alia supra ad v. 839. Ἐξ ἰσγνῶς μὲν σαυρὶς ἦν τι κυνέης. Ad hunc locum hæc ille: *Hæc quoque Λύσσῃ in veteribus tribuuntur; et in fine paginæ hic versus:* Οὐχὶ σαφεστὸν γ' ἐστιν, etc. *continuatur sub Iridis persona. At proxima sequens hic:* Ἥλιον μαστιγίαισιν, etc. *a Lyco profertur, una cum sequentibus, ad illum usque locum, unde verba Chori incipiunt. In versu autem, qui incipit:* Εἰ δὲ δή μ', *reponendum esse* δὴ pro δὲ, *controversum esse non potest.* Ita ille, nimis infeliciter; etiam in hoc quod extra controversiam δὲ legendum sit, ut olim: non δὴ ut is fatebitur, qui verba ἀναγναίοις ἴχνει in hoc versu viderit; ita enim is locus ordinandus: Εἰ δὲ δή μ' ἐγὼ τε Ἥρᾳ καὶ σὺ ἀναγναίοις ἴχνει ὑπουργεῖν κατὰ τάχος, καὶ ἐπιῤῥοίζδην ἁμαρτῇ σου, δι' οἶσε τῷ κοινωνίᾳ συρίζουσι, Εἰρὶ γε, κ. λ. Non hæc ostentationis causa notamus, sed quia vulnera, a tam docto viro impacta, magis remedium poscebant. *Barnes.*

855. Εἰ δὲ δή μ'] De hoc loco vide in nota ad v. 854. *Barnes.*

856. Τάχος] Pro κατὰ τάχος, ut Rhes. v. 983. Sic οὐχὶ τάχος ἴσθι; in Epigr. Incerti. Anthology. H. Steph. p. 86.

οἶσε,] Ita MSS. tres, et, si scripturæ compendium recte capio, Aldina. Vulgo οἶσα. *Musg.*

ἐπιῤῥοίζδην, ῥοιζηδόν. *Scholiast.*

857. Brub. λάβρως. *Herman.*

Lege, Εἶμι, πόντος κ. τ. λ. *Elmsl.*

Constructio postulare videtur, ut scribatur λάβρως. *Non pontus fluctibus ingemiscens adeo est impetuosus.*

Jacobs Spec. Emend. p. 10. conjicit: οὕτω στυγάνων στένων λάβρως, quia et in Soph. Ajac. 683. est: στυγανὸν ἐκείρει στέρνοισι στέρνον. *Beck.*

858. Wakefieldius σεσύς. *Herman.*

859. Sic libri, neque aliter citavit Porsonus ad Med. 675. Quo auctore, quave analogia hoc defendi possit, nescio. Fort. σκάλλω ἐκμοῦμαι. *Herman.*

860. Καὶ καταῤῥήξω μέλαθρα,] Vide supra ad v. 846. *Barnes.*

861. ὁ δὲ κεινὸν οὐκ εἴσεται] Brodæus reponendum putat κενὸν pro κακὸν, in qua emendatione (inquit idem Henricus Stephanus) rationem eum habuisse puto mensuræ versus duntaxat; quum alloqui καίνω, a quo est κακὸν pro κτείνω accipi satis notum sit. Ita ille. Miror autem, illum dicere, se putare, Brodæum mensuræ duntaxat versus habuisse rationem, quod legeret κενὸν pro κακὸν, quum aperte κακὸν sit vox versui commodior, κενὸν autem etiam adversetur; ut cuivis, cui trochaici versus ratio nota est, patebit.

Barnes.

Et κακὸν et κενὸν per versum stare potest, judice Struchtm. An. Crit. p. 154.

Beck.

862. Legebatur λύσσας ὑφῇ. Facillimum erat, scribere λυσὶ. At nec λύσσαι numero plurali facile invenietur, et λυσὶ rectus furor Herculem, quam Hercules furorem dicitur. Quare λύσσης ὑφῇ scripsi. Herodot. I. 156.

Ἦν ἰδού, καὶ δὴ τινάσσει κρᾶτα βαλβίδων ἄπο,
Καὶ διαστρόφους ἑλίσσει σῖγα γοργώπους κόρας,
Ἀμπνοὰς δ' οὐ σωφρονίζει, ταῦρος ὡς ἐς ἐμβολήν,
Δεινὰ μυκᾶται δέ, Κῆρας ἀναπαλῶν τὰς Ταρτάρου.
Τάχα σ' ἐγὼ μᾶλλον χορεύσω καὶ παταυλήσω Φόβῳ.
Στεῖχ' ἐς Οὔλυμπον πεδαίρουσ', Ἶρι, γενναῖον πόδα.
Εἰς δόμους δ' ἡμεῖς ἄφαντοι δυσόμισθ' Ἡρακλέους.
ΧΟ. ὀ ὀ. Ὀτοτοτοῖ, στέναξον· ἀποπείρεται σεροφὸς.

En, ecce. Et jam quatit caput a carceribus,
Et distortos truculentos oculos tacite volvit.
Anhelitum vero moderatur, ut taurus sub impetum:
Mugit vero dira invocans Furias Tartari.
Ego te mox magis incitabo, et terrore personabo:
Vade in Olympum, O Iri, tollens generosos pedes:
In ædes vero nos invisibiles penetrabimus Herculis.
Cho. Eheu, eheu, geme: detondetur

ὑπὸς τῆς ἰεγῆς. Wakefieldius ἀνῆ. *Herman.*

865. ἰς ἰμβολὴν,] Malim ὀν' ἰμβολὴν, *sub ipsum insultus tempus.* Deinde, Cantero præeunte, Δεινὰ μυκᾶται δὲ. *Musg.*

866. Δεινὰ] Cantero debetur pro ὑπὸς præcedentibus juncto. *Herman.*

Tollenda distinctio post Δεινὰς, et legendum Δεινὰ μυκᾶται δὲ (*et sicut taurus impetum facturus terribiliter mugit*); aliter de metro actum est, quod jam monuit Canter. — Ex Heath. Etiam Reisk. idem observarat. *Beck.*

867. παταυλήσω] MS. G. παταυλήσω. Sed præstat vulgata. Sic παταυλουμένους πρὸς Χιλωνίδος. Athenæus, p. 527. F. *Musg.*

868. Erfurdtio placebat σῖφαν. *Herman.*

πεδαίρουσ',] De voce Πεδαίρω vide supra ad v. 815. Legitur autem vel simpliciter pro πέδας αἴρω, vel cum accusativo πέδα, aut πῶλον, ut in loco modo laudato et hic. *Barnes.*

870. De hoc carmine vide præfationem. Legebatur ὀτοτοτοτοῖ. Ἀποπείρεται Canterus pro ἀποπείρει τι. *Herman.*

ἀποπείρεται] Canteri emendatio est, quam cum Barnesio recepi. Ed. Ald. ἀπάπειρέ τι. *Musg.*

870. ss. στέναξον· ἀποπείρεται Σὲν ἄνδρ, πῶλε, ὁ Διὸς ἔκγονος. Μίλιος Ἕλλὰς, etc.] Olim cum legebatur: Στέναξον, ἀπάπειρέ τι σὲν ἄνδρ, πῶλε, ὁ Διὸς ἔκγονος μίλιος, Scaliger interseruit post ἔκγονος vocem ἄγων, subaudito ἐσὶ, et periodum ad πῶλε posuit, ἀπάπειρέ τι autem retinuit. Duportus, ut sensum impleret, pro ὁ scripsit ἰὼ. Nostra vero lectio, quam Canterus probavit primus, multo naturæ convenientior videtur, certe minus violenta. Vocat autem poëta Herculem florem Thebarum, quemadmodum (inquit Guliel. Canterus Novar. Lection. Lib. V. c. 1.) Æschylus de Persicis ducibus dixit: Τοιόνδ' ἄνδρ' Περσίδος αἶας ἐίχεται ἀνθεῶν. Quæ figura Latinis etiam et Gallis est usitata. Ita ille. *Barnes.*

872. τὸν εὐεργέτην] Ita quidem veteres bellatores et heroës, humani generis benefactores vocabantur, Hercules autem præcipue Græciæ dicebatur Εὐεργέτης, ob innumera beneficia patriæ illata ex bene collatis illius viribus, in tyrannis, bestiis, aliisque terrarum pestibus opprimendis. Sic Ptolemæus ille, Ægyptiorum rex, qui Philadelpho successit, Euergetes cognominabatur a Græcis, ob maxima ejus in Græcas civitates merita. Sic Arimaspi, populus Scythiæ, quod beneficii fuerint in Argonautas, tempestate maris ad eorum terram appulsos, Euergetæ dicebantur. Stephanus περὶ πόλεων in voce Εὐεργέτης. Item Coel. Rhodigin. Lib. XVI. c. 22.

Σὸν ἄνθος, πόλις, ὁ Διὸς ἔκγονος.
ΧΟ. ὁ β'. Μέλπος Ἑλλάς, ἃ τὸν εὐεργέταν
Ἀποβαλεῖς, ὀλεῖς μανιάσιν Λύσσας
Χορευθέντ' ἐν αὐλοῖς.
ΧΟ. ὁ γ'. Βέβακεν ἐν δίφροισιν ἁ πολύστονος,
Ἄρμασι δ' ἐνδίδωσι κέντρον,
Ὡς ἐπὶ λώβᾳ,
Νυκτὸς Γοργὼν ἑκατογκεφάλοις

Turus flos, O civitas, filius Jovis.
Infelix es, O Græcia, quæ benefactorem
Amittes, perdes Lyssæ furoribus
Agitatum in sedibus.
Discessit in curru *vecta* hæc multorum gemituum autor.
Equis autem subdit stimulos,
Velut in perniciem
Noctis Gorgon, centicipitibus

ubi a Cyro ita vocatos ob frumentum opportune ipsi ab illis suppeditatum ex Alexandri historia probabilius ait. Hic enim mos a Persis ortum habuit, apud quos amici regis benefactores dicebantur; ita Herodotus in Urania: *Φύλακος δὲ εὐεργέτης βασιλέος ἀνεγράφη.* Vide quæ nos ad *Αἰλιανοπάντωρον*, sive Estheram nostram, v. 1577. in Scholiis cumulavimus.

Barnes.

873. Sic emendavi vulgatum *μανίαισι λύσσας χορευθέντ' ἐναύλοις. Herman.*

μανίαισι Λύσσας] Λύσσα hoc in loco est nomen proprium pro Ἐριννύι, quia Furiæ hujus erat officium insaniam injicere Herculi; dicuntur itaque Furiæ variis nominibus, non pro ratione loci, ut nonnulli dicunt, alia iis nomina in cœlo, alia in terra, alia denique in orco, sed pro ratione potius officii, ut, quum homines terrefaciant, ex Deorum ira ob scelera commissa, Diræ vocantur, et Erinnyes, et Furiæ, et scelerum vindices; cum ob severitatem coluntur, *εὐφρόνας* dicuntur *σεμνὰὶ Θεαὶ*, Εὐμενίδες, etc. cum ad insaniam impellunt, *Λύσσαι*, et Furiæ. Servius ad illud Virg. Æn. Lib. XII. v. 845. *Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ*, &c. Diras easdem facit cum Furiis, et in cœlo eadem Diras ait vocari, in terris Furias et Eumenidas, apud inferos autem Stygias Canes. Vide quæ nos de iis supra ad v. 859. 880. et 818. item ad Troad. v. 459. item ad Iphigen. Taur. v. 964. Denique Scholiasten ad Orest. v. 37.

Barnes.

Reisk. scribit: *ὀλοαῖς μανίαισι. Beck.*

874. Cur emendationem Tyrwhitti *ἀναύλοις*, præteriit Hermannus, quam Wakefieldius, ut nos certiores facit, *seorsim assecutus erat?* Conf. loca ab illo citata. *Elmsl.*

ἐναύλοις] Frigidum sane epitheton. Quis enim alio, quam interno, furore agitur? Quid quod *ἔναυλον internum* significare nemo hactenus ostendit? Legendum cum Tyrwhitto *ἀναύλοις, tibiarum expertibus.* Sic Phœn. v. 802. Martis *κῶμος* dicitur *ἀναυλότατος. Musg.*

ἐναύλοις μανίαισι] Ἐνδομύχοις, internis furoribus, qui in animo inspirantur.

Barnes.

ἐναύλοις] Heath. vertit *intus perstrepentibus*, et monet, videri veteres existimasse, musicæ maxime viribus homines ad insaniam adigi. *Beck.*

876. Ἄρμασι] Recte interpretes: *Equis currum trahentibus.* Sic *ἀντιστρόφων ἐχεμάτων* in fragmento Phaëthontis apud Longinum. *Musg.*

Heath. ita hunc versum dividit:

Ἄρμασι δ' ἐνδίδωσι κέντρον trochaicus dimeter.

Ὀφέων ἰαχήμασι, Δύσσα μαρμαρωπός. 885
ΧΟ. ὁ δ'. Ταχὺ τὸν αὐτυχῆ μετίβαλεν δαίμων,
Ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς, τέκνον, ἐκπνεύσεις.
ΧΟ. ὁ ε'. Ἰώ μοι μέλεος, ἰὼ Ζεῦ, τὸ σὸν

Serpentum sibilis Lyssa ardens oculos.
Cito Deus commutavit felicem.
Celeriter vero animam expirabitis a patre, O liberi.
O me infelicem! O Jupiter, tuum genus statim sine liberis erit.

Ὦ ὶὼ λάβρ. dactylicus trimeter. *Beck.*

878. Ita Reisk. pro ἐκανὸν πέφαλαῖς. *Herman.*

Assentior Reiskio legenti:

— ἐκανογυιφάλους
Ὀφιοχαιτάδων λύσσα μαρμαρωπός. *Musg.*

Νυκτὸς Γοργὼν, ἐκανὸν πέφαλαῖς] Νυκτὸς Συγάτηρ Ἐρινὺς, Γοργόν σχοσμοῖα, διὰ τὰς ἐκανὸν πέφαλὰς ὀφιώδεις, περὶ ὧν οἱ Ποιηταὶ λελαθήκασι, Ὀφιοχαιτάδων αὐτὰς καλοῦντες. Unde Virgilius loco paulo supra citato ad v. 878. *Quas et Tartarea nox intempesta Megaram Uno eodemque tulit partu paribusque revinxit Serpentum spiris, ventosasque addidit alas.* Valde autem terribiles adspectu erant Furiarum personæ, seu larvæ, in scenam productæ; adeo ut historia tradatur, Æschylum exinde maximum toti senatui populoque Atheniensi terrorem incussisse, fœminis autem tantum, ut nonnullæ præ metu exstinguerentur, multæ abortum sint passæ. Nec mirum; cum capitibus serpentibus crinitis, vultibus tetricis et horrendis, cruentis et flammantibus, alis coriaceis, cruribus longis, macris, et macilentis, mammis fœde exsertis spectabantur, facibus sanguineum quid rubentibus, et tortis ex serpentibus flagellis armatæ, palla denique sanguinea vestitæ. De quibus passim poëtæ tragici. *Barnes.*

Reisk. scribit: ἐκανογυιφάλους, aut ἐκανογυιφάλους. *Beck.*

879. μαρμαρωπός.] Λιθοποιὸς, ἐκ τῆς ὄψεως. Nota est historia de Perseo ex Medusæi capitis objectu homines in lapides vertente. Eadem vis tribuitur Furiarum adspectui, quarum capita serpentibus involuta erant, Medusæ in morem. Hinc Hesychius illustrandus: μαρμάρῳ, λίθῳ, lege μαρμαρωπῷ, λιθοποιῷ. Quanquam nec omnino inepte Salmasius, qui, μαρμάρῳ retinens, λίθῳ τινῷ legit. *Barnes.*

Heath. ita disponit:

Ὀφέων ἰαχήμασι — pherecrateus.
Δύσσα μαρμαρωπὸς — ithyphallicus.

et v. 882. ita:

Ἰώ μοι, μέλεος· ἰὼ Ζεῦ — glyconius.
τὸ σὸν γένος ἄπαιδ' αὐτίκα — idem. *Beck.*

880. Legebatur μετίβαλε. *Herman.*

881. Ita Æm. Portus et Barnesius pro ἐκπνεύσετε. *Herman.*

882. Editt. Aldin. et Hervagiana. priores legunt ἐκπνεύσετε. Putamus veram lectionem esse, Ταχὺ δὲ πρὸς πατρὸς τέκν' ἐκπνεύσετε. Futurum πνέω est πνεύσομαι vel πνευσοῦμαι. Prima forma utitur Euripides Androm. 552. Πρῶτον μὲν οὖν πλεῖ' ὄδευν, ὅπως ἐσνέω, Ἑρμιονίσι τῷδ'. Secunda Aristoph. Ran. 1221. Τὸ λεπίδιον γὰρ τοῦτο πνευσεῖται πολύ. Θέω currere, νέω natare πλέω navigare, βέω fluere, futura sua, eadem ratione, quæ πνέω formant. Exempli gratia, πλέω seu πλεύσομαι seu πλευσοῦμαι dat, nunquam πλεύσω. Formatio activa quidem, secundum Ed. Brunck. in loco Sophoclis sequente, obfert se, Phil. 380. Καὶ ταῦτ' ἐκπλεῖ καὶ λέγεις ἀραιστονομῶν, Οὐ μάστιν' ἐς τὸν Σοῦνιν ἐκπλεύσειν ἔχων. Lectionem hanc tamen primus proposuit Heathius, eam postea recepit Brunckius, secundum Dawesii regulam, quæ edocet subjunctivum aoristi primi activi seu medii nunquam particulis ὅτ μὲ subjici. Vulgo legitur ἐκπλεύσῃς. *Elmsl.*

ἐκπνεύσετε.] Ita optime Barnesius. Ed. Ald. cum MSS. G. et 2714. ἐκπνεύσετε. *Musg.*

ἐκπνεύσετε.] Ita lego, cum olim male aderat ἐκπνεύσετε. *Barnes.*

Γένος ἄγονον αὐτῖνα λυστάδες ἀμοβρῶ-
τες ἀποινόδικοι δίκαι παροῖσιν ἐκπατάσσουσιν. 890
ΧΟ. ὁ στ. Ἰὼ στέγαι, στροφὴ α'.
Κατάρχεται χορεύματ' ἄτερ τυπάνων,

Genus statim sine liberis erit. Lyssæ autem sum crudelis,
Sævæ vindictæ malis affligent.
O domus,
Inchoat chorum sine tympanis,

883. Sic emendavi vulgatum λύσσα δ', ἀμέρωτος. Et ἀμοβρῶντις quidem etiam Wakefieldius. Hic quoque versus e duobus dochmiis constat. *Herman.*

884. MSS. Stephani ἀκωνδίκου, quod ille probat. Mira est Schneideri conjectura ἀκωνδίκου in Lex. Gr. Vulgatam recte tuetur Barnesius. Intelligitur vindicta Junonis. Deinde MSS. Steph. κακοῖς ἐκπατάσσουσιν. Ald. Brub. et alii vett. κακῶν ἐκπατάσσουσιν. *Herman.*

ἀκωνδίκου] MSS. Steph. ἀκωνδίκου, quod ex analogiæ regulis formatum negat Barnesius. Neque tamen temere repudiandum, saltem ob analogiam, ἀκωνδίκου, eodem quippe modo formatum, ac ψευδήμονος, ἀκριβολόγος, ἀκριβοδίκαιος.

Monendus est lector, particulam ος, quam post ἀκωνδίκου in Barnesiana occurrit, ipsius additamentum esse. Idem Barnesius male ἀμέρωτος ut nominativum interpretatur, cum sit genitivus ab ἀμερής. confer Troad. v. 438. hujus fab. v. 384. Lego:

Λύσσας δέ σ' ἀμοβρῶντος ἀδικόκωτου
δίκαι — —

ἐκπατάσσουσιν.] Ita MSS. Ed. Ald. ἐκπετάσσουσιν. *Musg.*

ἀκωνδίκου Δίκαι] Δίκαι ἀκωνδίκου dicuntur, αἱ διὰ τῶν ὑπαιτίων δίκας ἀναιτούμεναι, καὶ ἄτιμοι, καὶ ἀμοιβὴν τῶν κακῶν. Quare non est, ut hic cum Henrici Stephani codicibus fictis ἀκωνδίκου legamus; cum vox ista sit Græcæ linguæ peregrina, nec regulariter facta. Nec enim regulare est, derivare ab adjectivis primæ contractorum, eodem modo, atque ab adjectivis tertiæ simplicium; quasi esset ἀκρής: tum enim regulariter formaretur ἀκρίδιος. Sed ab ἀκτὴς canonice fit ἀκτιδίας et Ionice ἀκτιδίης, si recte vox formaretur. Quare qui ἀλαθάμονες apud Philonem de Vita Mosis, Lib. III. legunt, vel falluntur, vel Judæum hominem in vocibus Græcis formandis lapsum agnoscent. Nec tamen ignoro, Ἀλαθαεῖς apud Hesych. legi, et nomina quoque imparisyllabica aliquando parisyllaborum more componi. Hoc tamen asero, etiam si concedamus, istam lectionem esse veram, pauca ejusmodi reperiri, nec ea certe imitanda, quia contra regulam militant, quam linguæ congruitas stabilivit. *Barnes.*

Reisk. scribit: *aἵ σ' αἰνίδιοι, et rigidæ panarum exigendarum justitiæ. Beck.*

885. Extra versum ponenda sunt verba *ἰὼ στέγαι*, et *ἰὼ δόμοι. Heath.*

Reisk. conjicit: ἐκπετάσουσιν, *exagitabunt.* Hesych. ἐκπετάσαι· ἐξωθῆσαι. *Beck.*

886. Sic scripsi pro vulgato *χόρευμα τυμπάνων ἄτερ.* MSS. Steph. *χορεύματα. Herman.*

χόρευμα] MSS. Steph. χορεύματα, quod melius cum πιχαρισμένα congrueret. Potest tamen vulgatum χόρευμα retineri, modo πιχαρισμένα adverbialiter accipiatur, ut πλανᾶ v. 61. ἔπεσπον v. 894. *Musg.*

Κατάρχεται χόρευμα] Ita Aldus, nec Stephanum moror, qui dicit, se malle χορεύματα legere in plurali numero, quanquam suos Vett. Codices nobis prætendat, quibus tot ingenuos viros cep[illegible]. Hic versus est iambicus senarius, et χόρευμα istud de Herculis insania sumendum. Et sensus est hic et ordo verborum: Κατάρχεται χόρευμα, δηλονότι μανικὸν ἐκεῖνο τοῦ Ἡρακλέους, ἄτερ τυμπάνων, οὐχ οἷον αἱ Βάκχαι ἀκτυποῦσι φιλοθρεπτικόν, οὐδὲ βερμὶς πιχαρισμένα, ἤγουν πιχαρισμένως δέ ἐστιν, ἀλλὰ χόρευμα περὶς αἵματος, καὶ οὐχὶ τὸ αἷμα τῆς λοιβᾶς τῆς Διονυσιάδος ἐπὶ βοτρύων χύμασιν, τουτέστι τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου· ἀλλὰ τῶν παίδων ὀκνηθέντων. Ταγαρῶν φυγῇ, ὅ ἐστιν, ἐξεμάνη. Est autem ἐξε-

Οὐ βρομίῳ κεχαρισμένα θύρσῳ.
ΧΟ. ὁ ζ'. Ἰὼ δόμοι, ἀπιστροφὴ α'
Πρὸς αἷματ', οὐχὶ τὰς Διονυσιάδας
Σὺν βοτρύων ἐπιχεύμασι λοιβάς.
ΧΟ. ὁ ή. Φυγῇ, τέκν', ἐξορμᾶτε· δάϊον τόδε, στρ. β'. 895
Δάϊον μέλος ἐπαυλεῖται.
ΧΟ. ὁ θ'. . . . . Κυναγετεῖ τέκνων διωγμόν. στρ. γ'.
Οὔτοτ' ἄκραντα δόμοισι Λύσσα βακχεύσει. 900
ΧΟ. ὁ ί. Αἲ αἲ κακῶν. στροφὴ δ'.
ΧΟ. ὁ ιά'. Αἲ αἲ, σὲ δῆτα τὸν γεραιὸν ὡς στένω στρ. ε'.
Πατέρα, τάν τε παιδοτρόφον, ᾇ μάταν

Non grata thyrso Bacchico.
O domus,
Inter cædes, non ad Bacchicam
Libationem, cum racemorum poculis.
Fuga, liberi, abite: hostile hoc,
Hostile carmen accinitur,
Ducitque persecutionem liberorum:
Non sine effectu in ædibus Lyssa bacchabitur.
Heu, heu mala!
Heu, heu profecto! quam lugeo te senem
Patrem, et liberorum nutricem! cui frustra

μᾶτε, imperativi, non indicativi modi. *Barnes.*

887. κεχαρισμένα] Interpretor: *non in honorem Bacchici thyrsi, non thyrsi colendi causa.* *Musg.*

889. Ald. τᾶς Διονυσιάδος βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοίβας. MSS. Stephani Διονυσιάδας. Τὰς Stephano, ἐπιχεύμασι λοιβὰς Musgravio debetur, quum Barnesius λοιβᾶς conjecisset. Ego σὺν addidi. *Herman.*

αἷματ',] Intelligo αἵματα. Usus præpositionis idem est, qui in πρὸς λύραν ᾄδειν, apud Suidam, πρὸς αὐλὸν Archiloch. ap. Athen. p. 180.

Διονυσιάδας] Ita MS. Steph. Ed. Ald. Διονυσιάδος. Constructio est: πρὸς αἵματα, οὐχὶ πρὸς τὰς Διονυσιάδας λοιβάς. Sic enim lego, Barnesio præeunte, pro λοίβας. *Musg.*

τᾶς Διονυσιάδος] Ita ex Aldino libro lego, Scaligero etiam probante, et λοιβᾶς, pro λοίβας contra Stephanum, et illius larvatam codicum veterum auctoritatem. Vide hanc lectionem explicatam ad notam præcedentem. *Barnes.*

Dividi hunc versum Heath. vult:

Πρὸς αἷματ' οὐχὶ	penthemimeris iambica.
Τᾶς Διονυσίδος	eadem dactylica.

et v. 893. ita:

Κυναγετεῖ τε	penthemimeres iambicæ.
Τέκνων διωγμὸν	

Beck.

890. βοτρύων ἐπιχεύμασι] Sic scribo conjunctim pro ἐπὶ χεύμασι. Interpretor autem de ista meri affusione, qualiscunque demum fuerit, quæ pedestri oratione ἐπίχυσις dicitur, de qua loca nonnulla congessi ad Theocrit. Idyll. II. v. 152. βοτρύων igitur, secundum hanc interpretationem, poëtice pro ἀμπέλου dicetur. *Musg.*

Τίπτα γενῆται. 905

ΧΟ. ὁ ί. Ἰδού, ἰδού. ἀντιστρ. δ'.

900 ΧΟ. ὁ ιβ'. Θύελλα σείει δῶμα, συμπίπτει στέγη. μεσῳδός.

ΧΟ. ὁ ιγ'. Ἦ ἤ, τί δρᾷς, ὦ παῖ Διός; στρ. σ'.

ΧΟ. ὁ ΙΔ'. Μελάθρῳ τάραγμα ταρτάρειον, ὡς ἐπ' ἀντ. γ'.

Ἐγκελάδῳ ποτὲ Παλλάς, εἰς δόμους πέμπεις. 910

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ λευκὰ γηρᾷ σώματα. ἀντιστρ. στ'.

905 ΧΟ. ὁ ιδ'. Ἀναπαλεῖς τίνα μυ, τίνα βοάν; στρ. ζ'.

ΑΓ. Ἄλαστα τἀν δόμοισι.

Liberi gignuntur.

Ecce, ecce,

900 Turbo concutit domum, concidit tectum.

Heu, heu, quid agis, O fili Jovis?

Perturbationem tartaream in atrium, ut

Olim Pallas adversus Enceladum, in domum mittis.

NUNCIUS.

O senio cana corpora.

905 *Cho.* Quo clamore me, quo vocas?

Nun. Atrocia *sunt*, quæ in ædibus *fiunt*.

893. Lacunæ signum posui, metri indicio, et τι delevi, quod erat post τεκνογενῆ. *Herman.*

Reisk. conjunctim scribit: Κτναγετῦτε, *venamini liberos*, studete celeri succursu liberos eripere. *Beck.*

894. Ἄλεσσα] Ἀλέσσας, μάτηρ, ἀστεμφέως. *Barnes.*

δόμους mavult Heath. ut versus sit penthemimeris dactylica. *Beck.*

895. Αἳ, *al πασῶν*] Subaudi ἴσασι. *Barnes.*

896. Addidi σὶ, ut versus antistrophico responderet. *Herman.*

897. Addidi ᾗ, auctore Musgravio. *Herman.*

897. π. Lego, vocula adjecta:

τόν τι σαυλοτρίφον, ᾗ
μάτηρ νέαται γενῆται. *Musg.*

897. σαυλοτρίφον.] Μητέρα. *Barnes.*

900. συμπίπτει στέγη.] Hoc dicit fragorem audiens tecti, quod Hercules vectibus et ligonibus molieus adjecerat. vid. v. 994. *Musg.*

Θύελλα σείει δῶμα, συμπίπτει στέγη.] Chorus jam illam domuum horrendam concussionem audire videtur, quam Hercules ad furoris finem fecit, cum matrem Megaram persequendo, cum suo unico filio, foras perfregerat, de qua re poëta infra a v. 991. ad v. 995. Legitur autem et ἡ στέγη et τὰ στέγη, a στέγος. *Barnes.*

902. π. Ὡς ἐν Ἐγκελάδῳ ποτὲ Παλλὰς,] Ut olim in bello Giganteo Minerva Enceladum deturbavit, tota in eum conjecta Sicilia, ut scribit Q. Calaber. Johannes Brodæus. Locus autem exstat libro ultimo: Ἔδ τι τάφος μεγάλοιο πανʼ Ἐγκελάδοιο δαΐφρων Παλλὰς ἀμφαμίνη Σι-

ΧΟ. ὁ ἰδ'. Μάντιν οὐχ ἕτερον ἄξομαι. ἀντιστρ. ζ'.
ΑΓ. Τεθνᾶσι παῖδες. ΧΟ. ὁ ἰδ'. Αἰ αἰ.
ΧΟ. ὁ ἡ. Στενάζεθ', ὡς στεναπτά· δάϊοι φόνοι, ἀντ. ς'. 915
Δάϊοι δὲ τοκέων χεῖρες.
ΑΓ. Οὐκ ἄν τις εἴποι μᾶλλον, ἢ πεπόνθαμεν. ἀντ. ζ'.
ΧΟ. ὁ ἰά. Πῶς παισὶ στεναπτὰν ἄταν, ἄταν
Πατέρος ἀμφαίνεις; 920
ΧΟ. ὁ ἰ'. Λέγε, τίνα τρόπον ἔσυτο θεόθεν ἐπῳδός.
Ἐπὶ μέλαθρα πακὰ τάδε, τλήμο-
νάς τε παίδων τύχας.

Cho. Vatem alium non arcessam.
Nun. Mortui sunt liberi. *Cho.* Heu, heu!
Lugete, quia lugubria; diræ cædes,
Diræ etiam parentum manus.
Nun. Nemo posset majora dicere, quam passi sumus.
Cho. Quomodo liberis lamentabilem noxam, noxam
Patris edis?
Dic, quomodo venerint divinitus
In domum hæc mala, et miseri
Casus liberorum.

πλὴν ἰατικάβαλε τῆσον· Ἢ ῥ' ἴσι παίστας αἶν ὑπ' ἀναμάστως Γίγαντος λίθαλλόν στυόντος ἴσω χθονός. *Barnes.*

902. Leg. μιλάθρων ἄραγμα. *Reisk.*

904. In Ald. Brub. Herv. Raod. nulla est ante 917. nuncii nota. MSS. Stephani nuncio tribuunt, v. 904. 908—911. Non ubique hic recte distinxerant personas Tyrwhittus et Musgravius. *Harmon.*

910. Personarum notæ ab hoc versu usque ad v. 912. MSS. Steph. debentur; nam in Ed. Ald. omnes desunt. Verum ne sic quidem recte se habet locus, quem hoc modo constituendum puto:

Ἄγγ. δ' λευκὰ γήρᾳ σάματα.
Χο. ἀναπλῶς μι τίνα βάσιν;
Ἄγγ. ἕλλαινα τ' ἀν δέμνια.
Χο. μόνον οὐχ ἕτερα δέμνια·
τεθνᾶσι παῖδες· αἰ, αἰ —
Ἄγγ. στενάζεθ', ὡς στεναπτὰ —
Χο. δάϊοι φόνοι,
δάϊοι δὲ τοκέων χεῖρες.
Ἄγγ. οὐκ ἄν τις εἴποι μᾶλλον, ἢ πεπόνθαμεν.
Χο. πῶς παισὶ —

Continuandum est αἰ, αἰ cum δάϊοι φόνοι, quod proximam Chori ἴσιν inchoat, eodemque modo στεναπτὰ cum οὐκ ἄν τις στενάζεθ', ὡς οὐκ ἄν τις εἴποι μᾶλλον στεναπτὰ, ἢ πεπόνθαμεν. Si Nuncius hæc omnia loqueretur, Megaræ quoque interfectæ mentionem fecisset; Chorus nondum quidquam de morte ejus suspicatur. Distributionem v. 913. et sequentis (ed. Musgr.) emendavit et Tyrwhittus; reliqua non attigit. *Musg.*

Ὦ λευκὰ γήρᾳ σάματα] Γήρᾳ, in dativo, γήρᾳσι, γήρᾳι, γήρᾳ. Sic κρέας, κέρας, κάρᾳ et κάρα, idem quod κάρᾳ ὦ, et τὸ κάρᾳ indeclinabile et κάρατον, et κάρατος, καρότος, caput. Sic in Phœnissis v. 1173. Περικλύμενος πατὴς, λᾶας ἰμβαλὼν κάρᾳ. Sic Med. v. 1368. Οἵδ' εἰσὶ, σὸ μὲν, σῷ κάρᾳ μιάσαντες. Et Electr. v. 55. Ἐς ᾗ τὸ ἄγνος τῷδ' ἰφιδρώσειν κάρᾳ. Item, v. 108.

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Nuntius Choro exponit miseranda Herculis Furentis parricidia, quæ post Lyci cædem a uxore et tribus filiis commiserat. Nam ne quid tot defuncto laboribus et periculis in hac vita sincerum ac liquidum esset, in conjugem carissimam et dulcissima pignora sævire eum coëgit implacabile Junonis odium. Quod tamen Dorea Phrygius, si bene memini, Herculis zelotypiæ tribuit; quandoquidem Lycus moriturus, mentitus esset, se cum Megara concubuisse. Chorus et Amphitryon hujus facinoris immanitate attoniti plorant ac gemunt, Hercule interim in somnum gravem prolapso; quodque somnis in malis fieri solet, præ dolore stupent. Hercules expergefactus, ac priori menti redditus, nec rerum modo gestarum conscius, multa secum miratur, cum et tela sua sparsim jacere et seipsum vinculis implicatum videret. Tandem coram adspicit et cæsos filios et uxorem, et harum rerum auctorem quoque esse seipsum ex Amphitryone cognoscit. Hinc querelam acerbissimam orditur, et gravi pœnitentia urgetur, ac dolore, pudoreque simul plurimo. Advenientis itaque amici, Thesei, conspectum pro more malo conscioram fugit, oculosque velat mœstus et infelix Heros.

ΑΓ. Ἱερὰ μὲν ἦν πάροιθεν ἐσχάρας Διὸς
Καθάρσι' οἴκων, γῆς ἄναστ' ἐπὶ στεναν
Ἐξέβαλε τῶνδε δωμάτων Ἡρακλέης.

Nun. Sacra quidem erant ante Jovis aram
Ad lustrationem ædium, postquam cæsum *hujus* terræ regem
Ejecit *ex* his ædibus Hercules.

Πηγαῖαι ἔχθεος ἰγκαταφρίπτου πάρα. Vide supra ad Medeæ locum prædictum. *Barnes.*

904. m. Ita potius constitui hos versus vult Heath.

Ἀν. Ἰὼ λιπὰ γόμφ σάρανον iambicus dimeter.
Χο. Ἀναπαλῶς μι νέα βαία; Euripideus.
Ἀν. Ἄλαστα νὺξ δέμασιν hephthemimeris iambica.
Μάτην οὐχ ἵστερον ἔβημαι. periodus.

Reisk. conjicit: νέα παλαῖς μι, νέα βαίς; *Beck.*

905. Sic scripsi pro vulgato ἀναπαλῶς μι νέα βαία; *Herman.*

907. Μάτην οὐχ ἵστερον ἔβημαι scribit Reisk. *Beck.*

912. n. Legendum puto: ἄνα πατρίας ἀμφαίνω. *Quomodo patris calamitas miserandum filiorum casum edit. Musg.*

913. ἀμφαίνως;] Ἀναφαίνως. *Barnes.*

914. Legebatur ἵστερον. Hanc epodum e trochæis et Creticis constat. *Herman.*

ἵστερον θεόθεν] A diis profecta sunt hæc mala, sed vi quadam et subito impetu et inopinato, hoc est ἵστερον. Σέσημαι, vel ἴστημαι, est vox Homerica, idem, quod σήομαι, sonans, de qua voce vide quæ nos ad Helen. v. 1132. Exstat et σίομαι pro eodem, Æschyl. Pers. v. 25. Unde σίν, vox communis. *Barnes.*

915. Lego: πλήμνης τε παίδων τέκνα, ut constructio sit: τίνα τρέπων κακὰ, πλήμνης τε παίδων τέκνα θεόθεν ἵστερον ἐπὶ μιλάθρα πέδα. *Musg.*

917. Spectant hunc locum schol. Ven. ad Iliad. α'. 418. Etym. M. p. 384, 13. Eustathius, p. 815. 11. *Herman.*

Ἱερὰ] Intellige ἱερεῖα, victimæ, quo sensu citatur ex Xenoph. Hellen. Lib. IV. ἱφάπη αὐτῷ τὰ ἱερὰ ἅλοβα. De re confer Æschyl. Agam. v. 1065. *Musg.*

ἐσχάρας] Quod ἐσχάρα non focum modo, sed et aram significat, vide ad Heracl. v. 128. *Barnes.*

919. Ἐξέβαλε] Factum hoc ex more Veterum, confer Androm. v. 1146. *Musg.*

Χορὸς δὲ καλλίμορφος εἱστήκει τέκνων,
Πατήρ τε, Μεγάρα τ'· ἐν κύκλῳ δ' ἤδη κανοῦν
Εἴλικτο βωμοῦ, φθέγμα δ' ὅσιον εἴχομεν.
Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν,
Εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν, Ἀλκμήνης τόκος,
Ἔστη σιωπῇ· καὶ χρονίζοντος πατρός,
Παῖδες προσίσχον ὄμμ'· ὁ δ' οὐκέθ' αὐτὸς ἦν,
Ἀλλ' ἐν στροφαῖσιν ὀμμάτων ἐφθαρμένος,

Chorus autem liberorum formosus adstabat,
Et pater, et Megara; Canistrum vero jam circum
Aram feretur: voce vero favebamus.
Cum autem torrem manu dextra laturus esset
Filius Alcmenæ, ut intingeret in aquam lustralem,
Constitit tacitus; et cum cunctaretur pater,
Filii advertebant oculos. Ille vero non jam idem erat,
Sed oculorum distortione deformatus.

920. *τέκνων,*] Canterus pro *τέκνων.* *Herman.*

τέκνων,] Emendatio est Canteri, a Barnesio recepta. Ed. Ald. *τέκνων.* *Musg.*

τέκνων,] Ita restituendum pro *τέκνων* docti judicarunt, nec nisi summe indoctos negaturos puto. *Barnes.*

921. De canistri circumlatione confer Iph. in Aul. v. 1574. et seq. Aristoph. in Pace, v. 957. *Musg.*

κανοῦν] Κάνιον et *κάνιον* dicitur, a *κάνω, κανοῦν* per contractum; si vere circumflectitur, regulariter enim *κάνιον* faceret *κάνουν.* Iphigen. Aul. v. 1567. Ὁ παῖς δ' ὁ Πηλέως ἐν κύκλῳ βωμὸν θοᾶς, Λαβὼν κανοῦν, ἵδρυτο, χέρνιβάς θ' ἁμοῦ. Aristophanes in Pace, fol. 471. Τὸ κανοῦν τέθεικεν, ἐλὰς ἔχον, καὶ σκίμπους καὶ μάχαιραν. Et paulo post: Ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν τὸ καὶ τὸν Χέρνιβα, περὶ θ' τὸν βωμὸν ταχέως ἴθ' δεξιά. Vide quæ nos ad Iphigen. Aul. v. 1564. *Brodæus.*

922. φθέγμα — ὅσιον] Horat. Lib. III. Od. 14. *Male ominatis parcite verbis.* Hæc utique est illa Veterum decantata εὐφημία. *Musg.*

φθέγμα δ' ὅσιον εἴχομεν.] In sacris enim bona verba dicenda, linguis favendum, tacendumque, cum vox una ominosa sacrificium queat dirimere. Aristides: Ἐνθυμάθητι μὲν τῶν ἀρρήτων τὰς πρώτας φωνὰς εὐφημεῖν ταῖς Παναγύρεσι παραινοῦντων· ἐνθυμήθητι δὲ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν παντεχομένων ἡμῖν, ἐσιωᾶν θύοντας. Ἔτι δ' ὡς αὐτοῖ, τοῦτο μάλιστα ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς σπουδάζομεν. Hæc Brodæus. Tu vide quæ nos supra ad Ion. v. 98. *Barnes.*

923. δαλὸν] Torrem hunc, teste Athenæo, ab arasume bant, p. 409. A. *Musg.*

923. a. Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν, Εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν,] Cum χειρὶ dixisset, non sine causa δεξιᾷ addidit; dextra enim Græcis bonum quid portendunt. Aristophanes vero in loco supra laudato (ad v. 921.) Φέρε δὴ τὸ δᾷδιον τόδ' ἐμβάψω λαβών. In quem locum Scholiastes: Τὸ ὕδωρ ἐλέγετο ἀποβάπτοντες τοῦ πυρός· καθαρτικὸν γὰρ πάντων τὸ πῦρ. Ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἡρακλεῖ. Rem ediserit Athenæus Deipnosoph. Lib. IX. circa finem: σχεδὰ μέντοι παῖς Τραγικοῖς καὶ τοῖς Κωμικοῖς παρεξεστίνος ἀνίγνωσται χερνίβα, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ· Εἰς χερνίβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος. —Ἔστι δὲ ὕδωρ, εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν, ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὰ θυσίαν ἐστέλλοντο· καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντες τοὺς παρόντας ἁγνίζον. Quod autem Athenæus dixerit de accentu τῷ χερνίβα, id statim corrigit: χρὴ μέντοι προσαναξέστονος προφέρεσθαι. *Barnes.*

924. χερνίβα hic lectum fuisse testatur Athenæus, p. 409. A. B. et ex eo Eustathius, p. 1401, 11. uterque γόνος pro τόκος exhibens. Istam accentus collocationem, improbatam Athenæo, commemo-

Ῥίζας τ' ἐν ὄσσοις αἱματώπας ἐκβαλών,
Ἄφρον κατίσταζ' ἰυτρίχου γενειάδος·
Ἔλεξε δ' ἅμα γέλωτι παραπεπληγμένῳ·
Πάτερ, τί θύω, πρὶν πτανεῖν Εὐρυσθέα,
Καθάρσιον πῦρ, καὶ πόνους διπλοῦς ἔχω,
Ἓξὸν μιᾶς μοι χειρὸς εὖ θέσθαι τάδε;
Ὅταν δ' ἐνέγκω δεῦρο κρᾶτ' Εὐρυσθέως,
Ἐπὶ τοῖσι νῦν θανοῦσιν ἁγνιῶ χέρας·

Radicesque in oculis sanguineas extus vertens,
Spumam in bene-comatam genam exstillabat.
Dixit autem cum risu furioso:
Pater, quid sacra facturus accendo, priusquam interfecerim Eurystheum,
Ignem lustralem, et duplicem laborem habeo,
Cum liceat mihi una opera ista rite conficere?
Quum autem huc attulero caput Eurysthei,
Propter præsentes mortuos expiabo manus.

rat etiam grammaticus a me editus post lib. de Em. Rat. Gr. Gr. p. 321. sect. 14. Cæterum ad hunc locum et ad. v. 932. respicere videtur Schol. Aristoph. ad Pacem 959. *Herman.*

βάψιμ,] Ed. Ald. βλάψιμ. Sed Brodæi emendationem confirmat Athenæus p. 409. A. ubi etiam pro γόνος legit τόνος. *Musg.*

925. πανχὺς,] Ita Edd. recent. ex emendatione H. Steph. nec variant MSS. Parisiens. Ed. Ald. πάχος. *Musg.*

926. Ex emendatione Valckenarii ad Phœn. 927. pro οὐκέτ' αὐτὸς. *Herman.* Valcken. ad Phœn. 927. reponit οὐκέθ' αὐτὸς, probante Heathio. *Beck.*

927. ἰν στρεφαῖσιν ὀμμάτων] Hæc est illa oculorum rotatio, quam antea depinxit Lyssa v. 864.

ἐφθαρμένος. *mutatus.* Plato Phædon. c. 66. οὐδὲν τρίσας, οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος, οὔτε τοῦ σχοινίου. *Musg.*

928. Legebatur αἱματωπούς. Emendavit Porsonus ad Med. 1363. *Herman.*

Ῥίζας] Hesychius: ῥίζαι, αἱ θέσεις τοῦ ὀφθαλμοῦ, quas Homeri interpretatio est Odyss. I. v. 390. ἰκβαλὼν, *protrudens*, i. e. ita oculos agitans, ut protrudi quodammodo videantur.

ἰν ὄσσοις] An legendum ἐκ' ὄσσοις. *præter oculos etiam radices oculorum.* *Musg.*

931. Ald. τί θυμῷ. MSS. Steph. τί θοῷ, quod hic probat, et recepit Musgravius. Cum Barnesio scripsi θύω. In Iphig. Taur. 1332. ἀνάρρηκτον φλόγα θέσσαι. *Herman.*

931. ss. Vera lectio esse videtur, τί θύω, i. e. τί θύων. *Lineola imposita vocali, quæ in fine vocis legitur, plerumque significat Ny.* Sic dicit Magister clarissimus Palæographiæ Græcæ, Frid. Jac. Bastius, in *Commentatione Palæographica* editioni Schæferianæ Gregorii Corinthii subjecta. p. 747. *Elmsl.*

θύω,] Ita MSS. Steph. Sic ἀνάρρηκτον φλόγα θέσσαι, Iph. in Taur. v. 1332. Ed. Ald. θυμῷ. *Musg.*

Πάτερ τί θύω,] Ita cum Scaligero pro θυμῷ et θοῷ lego; quia θοῷ priorem habet brevem. *Barnes.*

Reisk. scribi voluit θυμῷ· constructionem esse monet τί θυμῷ τῷδε καθάρσιον, *quorsum accendo ignem lustralem*, θυμᾷς, i. q. θυμᾷν. *Beck.*

933. μιᾶς χειρὸς pro μιᾷ χειρὶ, quod esset *una opera.* Nicander Theriac. v. 936. μιῇ ὑπὸ χειρὶ ταράξας. Genitivum pro dativo habet Hesiodus Op. et Dier. v. 480. στιβὶ χειρὸς ἰέργων. Adde Oppianum: χειρὸς μὲν ἰθέλοντα ἰὸς ἅλτο πίμπτης Ὁρμῆς, Halieut. I. v. 67. Aristidem: τῆς χειρὸς διεχράσατο, p. 31. Vol. II. Ed. Jebb. Incertum in Antholog. H. Steph. p. 66. καὶ τὸ ἀναίσθητον πανὸς ἔστηψε μίλους. Ubi πανὸς μίλους est *omni mem-*

Ἐκχεῖτε πηγάς, ῥίπτετ' ἐκ χειρῶν κανᾶ·
Τίς μοι δίδωσι τόξα; τίς δ' ὅπλον χερός;
Πρὸς τὰς Μυκήνας εἶμι· λάζυσθαι χρεὼν
Μοχλούς, δικέλλας θ', ὡς τὰ Κυκλώπων βάθρα,
Φοίνικι κανόνι καὶ τύποις ἡρμοσμένα,

Effundite fontes, et abjicite canistra e manibus.
Quis mihi dat arcum? quis arma manus?
Ad Mycenas vado: oportet capere
Vectes, et ligones, ut sedes
Rubra regula, et cælis Cyclopum aptatas,

bro: simul manibus pedibusque incessens. *Musg.*

Ἔξω] Absolute dicitur, de qua re vide ad Iphig. Taur. 1089. *Barnes.*

935. ἀγνῶ] Attice pro ἀγείρω. Vide supra ad v. 628. *Barnes.*

936. ῥίπτετ'] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ῥιπτεῖτ'. *Musg.*

κανᾶ] Vide supra ad v. 921. *Barnes.*

937. Barnesius addidit δ'. *Herman.*

τίς ὅπλον] Barnesius τίς δ' ὅπλον, in quo acquiescendum. ὅπλον χερὸς clavam vocat, quia hanc manu gestabat Hercules, arcum et pharetram in humeris. *Musg.*

τίς δ' ὅπλον χερός] Τοιούτους παρόντας, clavam. Cum autem olim δ' excidisset, ad versum implendum, restituunt docti viri; quanquam et asperatio in ὅπλον potuit τὸ τίς producere. *Barnes.*

Reisk. censet, δ' male a Barn. esse insertum; nam ς in fine censura satis producere syllabam. *Beck.*

938. λάζυσθαι] Ita Edd. recent., auctore H. Stephano, nec variant MSS. Paris. Ed. Ald. λάζυσθε. *Musg.*

939. Scripsi ὡς τὰ pro ἅσπερ, et ante me sic Wakefieldius. *Herman.*

Animadvertendum, Κυκλώπων non a βάθρα regi, sed a κανόνι et τύποις. *Musg.*

Κυκλώπων βάθρα,] Argos, aut Mycenas, Eurysthei sedem, a Cyclopibus olim munitam. Vide supra ad v. 15. *Barnes.*

940. Ald. τύχαις. MSS. Stephani συτύχοις. Brodæi conjecturam τύποις recepi, quod jam fecerant Barnesius et Musgravius. Copiose de hoc vocabulo disseruit Hemsterhusius ad Pollucem X. 147. *Herman.*

Φοίνικι κανόνι] Interpretandum putaverim: *Phœnicia norma*, non *purpurea*, vel *rubra*. Phœnicum utique inventum fuit architectura. Nonnus Dionysiac. p. 90. Ed. Falkenb.:

καὶ τύλιν Ἀσσύριον τανυάλλετο τέχνης
πάλλεϊ λαΐνῳ.

Favet Clemens Alexandr. qui sic Lib. I.: Κάδμος γὰρ ὁ Φοῖνιξ λιθοτομίαν ἤσκησε. Plinius Nat. Hist. Lib. VII. c. 56. *Lapicidinas Cadmus Thebis* (invenit.) Sed retinet me Leonidæ Tarentini Epigramma apud Reiskium, p. 23. κανόνα, regulam, μίλτῳ inquinatam fuisse docens. Ait enim:

— καὶ μίλτῳ φοιβόμενα κανόνας.

τύποις] Conjectura est H. Steph. pro τύχαις, quod dant MSS. Tzetzes ad Lycophron. v. 349. τύπος, σιδηρᾶν ἐργαλεῖον τετυπωμένον, ἤ τινὸς λίθου στιλπνὸν καὶ ἀνυξίου. Paria fere dat Scholiastes Aristophanis ad Aves, v. 1138.

Aristoph. ἰσύπεζον οἱ πρίσεις τῶν ῥύγχεσιν. Av. 1138. Hinc intelligas, cujusmodi instrumentum fuerit τύπος, et quem usum præstiterit. *Musg.*

Φοίνικι κανόνι καὶ τύποις ἡρμοσμένα,] Τῇ διὰ τῆς μίλτου στάθμῃ. Rubra enim regula ex milto utebantur Veteres, ut et hodie aliquando, licet plerumque creta. Φοίνιξ, pro φοινικοῦς, substantivum pro adjectivo, Attice et Dorice. vide quæ nos ad Rhes. v. 427. et Ion. v. 1372. Τόποις] Eustathius, τύπος ἐργαλεῖον εἰκαδρικὸν, ἤ καὶ τυπίον λίγνεον. *Barnes.*

Reisk. mavult: γόμφοις, *lapidibus quadratis*. *Beck.*

941. Ald. συντρομεύσω. MSS. Stephani. συντρομεύσω. Πάλιν Scaliger in πάλλω mutatum sequentibus jungebat. Reiskio, etiam præcedentibus jungi posse videbatur. Musgravius quid sibi voluerit,

Στρεπτῷ σιδήρῳ ξυντριαινώσω πόλιν.
Ἐκ τοῦδε βαίνων, ἅρμαθ' οὐκ ἔχων, ἔχειν
Ἔφασκε, δίφρου τ' εἰσέβαινεν ἄντυγα,
Κἄδυεν, κέντρῳ δῃδὶν ὡς δίνων χερί.
Διπλοῦς δ' ὑπαδοῖς ἦν γέλως, φόβος δ' ὁμοῦ,

Curvo ferro evertam moliens.
Postea discedens, cum non haberet currum, habere se
Dicebat, et ascendit in summam sedem currus,
Et verberabat eum, manu tanquam stimulo verberans.
Duplex vero ministris erat risus metusque simul.

quum πόλιν conjecit, non intelligerem, nisi in Latina interpretatione *moliens* posuisset. Fortasse poëta μολὼν scripsit. Defendi tamen vulgata potest. *Herman.*

Στρεπτῷ σιδήρῳ] Male Brodæus hoc de grandi terebra interpretatur, cujus meminit Vitruvius Lib. X. c. 19. quippe post Euripidis tempora inventa. στρεπτὸν porro non valet *ad instar terebræ circumactus*, sed *curvaturam* (etiam lenem) *habens*. Sic στρεπτῷ παρύῃ habet Theocritus Idyll. XXV. v. 212. de curvatura in fine arcus. Pariterque Dionys. Perieg. στρεπτὸν ἄλφιτον, v. 122. et 384. στρεπτὸν ὄμβρον v. 878. στρεπτοὺς σίδηρος hoc in loco est ligo ipse, leniter utique incurvatus, uti quidem perpetuum est in eo genere ligonum, quod supra caput elevatur, ut deinde in terram cum impetu impingatur. Hinc idem Dionys. v. 1115.:

ψάμμον ὀγκάμενοι λιχαίνοντες μαλίλῃσι.

Typhlodorus v. 199. ὀγκάμενοι μαλίλῃσι.

στρεπτοῦσιν] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. στρεπτώσιν. Moх πολλὰν lego pro πόλιν. *Musg.*

Στρεπτῷ σιδήρῳ στρεπτοῦσιν πόλιν.] Στρεπτῷ σιδήρῳ, tortis ferramentis, aut grandi terebra, qualis meminit Vitruvius, Lib. X. c. 18. Polyænus Stratagem. 6. Athenocles oppugnaturus, adversus arietes et terebras, trabes plumbeas comparavit. Ita Josephus Judæus laneos saccos tryperiorum et arietum insultui opposuisse, dicitur. Diades hujus tryparii inventor dicitur eidem Vitruvio ex Athenæo. Στρεπτοῦσιν igitur, est grandi trypano, sive corvo demolitore, ut Vitruvius vocat, quasi tridenti evertere. Tridentem autem quare Neptuno tribuerint veteres, audi. Æschylus Prometh. v. 924. Τρίαινάν αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος σιδηρᾶ. Scholiastes: Τρίαινον δὲ λίγουσι πρωτὸν τὸν Ποσειδῶνα, ἢ διὰ τὸ τρίτον συνέχειν ὕδωρ αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ εἰς τρία διαιρεῖσθαι τὸ ὕδωρ, εἰς Ποτάμιον, εἰς Θαλάσσιον, καὶ εἰς Δημόσιον. Phurnutus, περὶ Ποσειδῶνος: Φέρει δὲ τὴν τρίαιναν, κίνησιν ἐπὶ αὐτῇ χρώνται πρὸς τὴν τῶν ὑγρῶν θέραν, ἢ ὡς ὑποτυπώσεως ἕνεκεν τοῦ ἐγγάιου πρὸς τὴν κίνησιν τῆς γῆς· εἴρηται γὰρ οὕτως· Αὐτὸς δ' Ἐνοσίγαιος ἴσχυε χείρεσσι τρίαιναν Ἠγρίην, ἣ δ' ἄρα πάντα θεμείλια δῆσε θέμεζε. Ego per tridentem triplicem maris vim innuo, Francisdos Lib. I. — *Tur et ipse natantem, Jupiter æquoreus sævo pulsasse tridenti Dicitur, et ventis, undisque et frigore pigro Contra unum pugnasse virum.* Vid. quæ nos ad Bacch. v. 544. Στρεπτοῦσιν autem est, quasi *tridente commovere*, ut Neptunus putatur terram commovere: Τρίαινα enim est *tridens*, quem poëtæ isti deo affigebant. Scalig. punctum facit ad συντριαινώσω, et πόλιν legit pro πόλιν et ad ἐκ τοῦδε βαίνων refert. Nullam autem hujus lectionis necessitatem video; si modo πόλιν per appositionem jungas ad βάθρα Καυλώνων. *Barnes.*

Recte vidit Scaligur, πόλιν legendum esse, quod sive cum συντριαινώσω jungas, et puncto interposito a cæteris sejungas, sive punctum ante πόλιν ponas, et hoc cum ἐκ τοῦδε jungas, perinde est. *Beck.*

943. Dion Chrysost. Or. xxxii. p. 391. C. hujus loci lectiones præbet non contemnendas: ἐλείβαινεν ἄντυγας Κἄδυεν, κέντρον δῃδὶν ὡς ἴσχυν χερί. v. Valcken. ad Hippol. 1189. *Beck.*

944. Valckenarius ad Hippol. 1189, ex Dion. Chrysost. Or, xxxii. p. 391.

Καί τις τόδ' εἶπεν, ἄλλος εἰς ἄλλον δρακών·
Παίζει πρὸς ἡμᾶς δεσπότης, ἢ μαίνεται;
Ὁ δ' εἶρπ' ἄνω τε καὶ κάτω κατὰ στέγας·
Μίσον δ' ἐς ἀνδρῶν' εἰσιόντα σὸν, Νίσου πόλιν
Ἥκειν ἔφασκε, δωμάτων εἴσω βεβώς·
Κλιθεὶς δ' ἐς οὐδας, ὡς ἐκεῖ, σπεύδοιτ' Θοίνην· διελθὼν δ' εἰς βραχὺν χρόνον μονῆς,

Et quidam hoc dixit, alius in alium intuitus,
Ludit nobiscum dominus, an furit?
Ille vero gradiebatur sursum et deorsum in domo.
Veniens vero in medium conclave virorum, in civitatem Nisi
Venire se dicebat, ingressus intra aggerem.
Recumbens autem in solo, quasi illic esset, parat
Epulas: sed breve tempus morae agens,

C. lectiones affert non contemnendas, ἄνυγμας, et κίνγρον δεῖθεν ὡς ἴχνη χερί. *Herman.*

945. Διαλῶς] MSS. Steph. διαλῶς. *Musg.*

946. Sic Hel. 1588. Καί τις τόδ' εἶπε, δίλιος ἡ παραλαγία. Fortasse utroque in loco legere debemus, Καί τις τόν' εἶπε. Conf. Alcest. 529. *Elmsl.*

δεμνών'] Διδεμνών. Thema Δίδεμνον. *Barnes.*

948. Ὁ δ' εἶρπ' ἄνω τε καὶ κάτω] Ita lego εἶρπ' pro εἶρπεν. *Barnes.*

949. ἀνδρῶν, notante Barnesio, conclave erat, in quo convivia celebrari solebant. Vitruvius Lib. VI. c. 10. Græci enim ἀνδρῶνας appellant œcos (i. e. οἴκους), ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant.

Νίσου πόλιν] Megaram sc., quæ, partitione inter Pandionis filios facta, Niso in imperium cessit. Pausan. p. 37. Ed. Sylb. Apollodor. Lib. III. c. 14. *Musg.*

Μίσον δ' ἐς ἀνδρῶν' εἰσιόντα,] Ἀνδρῶν et Ἀνδρῶν conclave virili sexui proprium. Describit Herculem jam furore correptum, qui in virorum conclave irruens, dixit se jam Megarensium urbem devenisse. Recte autem Euripides, ut omnia, Herculem in androne convivium parantem inducit; ita enim Vitruvius, Lib. VI. c. 10. Græci enim Ἀνδρῶνας appellant œcos (i. e. οἴκους) ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant. Νίσου πόλιν vocat urbem Megarorum; Strabo Lib. IX. Καὶ τῆς Ἀττικῆς εἰς στένωμα μίαν διαιρεθείσης, ἡ Νῖσος τὸν Μεγαρίδα λάχε. Pindarus in Nemeonicis. Od. v. Νίσου τ' ἐν εὐαγεῖ λίθῳ. Scholiast. τοιοῦτον ἐν Μεγάροις. Theocrit. Idyll. ιϛ'. v. 27. Νισαῖος Μεγαρῆς. Fabulam Nisi, Scyllæque, et de purpureo illius regis capillitio, tractat Ovid. Metamorph. Lib. VIII. Fab. 1. item Apollodor. Biblioth. Lib. III. c. 14. sect. 8. *Barnes.*

950. δωμάτων] Malim χωμάτων, *intra aggerem.* i. e. intra muros, quibus vulgo agger, ab interiori utique parte, adstruitur. *Musg.*

Τήν τ' ἀμφίκρανον καὶ παλιμβλαστῆ κύνα,
Ὕδραν φονεύσας, μυρίων τ' ἄλλων πόνων
Διῆλθον ἀγκλάς, κεἰς νεκροὺς ἀφικόμην,
Ἅιδου πυλωρὸν κύνα τρίκρανον εἰς φάος
Ὅπως παρεύσομαι, ἐντολαῖς Εὐρυσθέως.
Τὸν λοίσθιον δὴ τόνδ' ἔτλην τάλας φόνον
Παιδοκτονήσας, δῶμα θρεψάσαις κακοῖς.
Ἥκω δ' ἀνάγκης εἰς τόδ'· οὔτ' ἐμαῖς φίλαις
Θήβαις ἐνοικεῖν ὅσιον· ἢν δὲ καὶ μένω,

Prælium Centauris refertum non confeci;
Et utrinque habentem capita, et repullulantem canem
Hydram interfeci? et infinitorum aliorum laborum
Greges percurri, et ad inferos perveni,
Plutonis janitorem canem tricipitem in lucem
Ut educerem, Eurysthei jussu.
Postremam vero eandem hanc mihet mactasset *patrare*,
Liberis caesis, domum ut eorumarem malis.
Venio autem in eam necessitatem, ut neque in meis charis
Thebis habitare fas *sit*: si vero maneam,

strum appellatum sit τὸ τριπάμονος. Idem est Geryonis appositum seu epitheton, v. 423. Τὸν τριπάμονον οἶδεν ἰὼν βοτῆς Ἐρυθείας. Sic etiam Æschyl. Agament. 879. Τριπάμονος γὰρ Γηρυόνου ὁ δεύτερος κ. τ. λ. Nemeon Cerbero et Chimæræ τριπάμονος. *Elmsl.*

Leg. τετραστυλῆ, scil. πέλεμον, *bellum* cum *monstris quadrupedibus*. *Reisk.*

1264. Ad Κενταυροπληθῆ πέλεμον Heath. repetit οὐκ. *Beck.*

1265. ἀμφίκρανον] Novem habentem capita, quatuor ex utraque parte mortalia, unum in medio immortale. Παλιμβλαστῆ κύνα Ὕδραν] Quare Hydra dicta sit canis, diximus supra ad v. 419. Dicitur autem παλιμβλαστεῖν, ob capita: ubi enim aliquod eorum excindebatur, duo continuo succrescebant. De qua fabula vide Erasm. in Adagio, *Hydram secas*. et Apollod. Biblioth. Lib. II. c. 5. sect. 2. *Barnes.*

1266. Tollenda interrogationis nota post φονεύσας, et minus plene ibi distinguendum. Participium enim illud cum verbis sequ. διῆλθον, ἀφικόμην, per copulativas τε et καὶ junctis, connecti debet. *Heath.*

1270. Hermannus præterivit silentio Reiskii ceterorumque emendationem: τὸν λοίσθιον — πόνον, *ultimum laborem*, quod, ut nobis videtur, locum dubitandi non relinquit. Confer v. 22. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἔμπροσθεν πόνους, Τὸ (f. τὸν) λείστατον δὴ, Ταινάρου δὲ κυνέην βίᾳ Ἀΐδου. Τλῆναι πόνους (seu μόχθους) locutio est sæpius usitata. Est hujus fabulæ locus, qui lectionem h. v. vulgatam firmat, v. 826. Ἐκεῖ δὲ μόχθους διανύσας Εὐρυσθέως, Ἥρα στρεφόμενα κατὰ αἷμ' αὐτῷ θάλλει, Παῖδας κατακτείνασα. Hic, tamen, Hermannus cum Wakefieldio legit κατὰ αἷμ'. *Elmsl.*

πόνον] *Ultimum laborem*, scribit Reisk.

Pro φόνον Lennep. ad Phalar. Epp. Ep. 102. p. 295, l. legi vult πόνον, quod frequenter dicatur τλῆναι vel ἀνατλῆναι πόνους. *Beck.*

1271. Θρεψάσαις κακοῖς.] Ut domum meam malis circumvallarem et undique sepirem. Planius Euripides in Oreste: Κύκλῳ γὰρ εἱλίχθησαν ἀθλίοις κακοῖς Οὐ

Εἰς ποῖον ἱερόν, ἢ πανήγυριν φίλων
Εἶμ', οὐ γὰρ ἄτας εὐπροσηγόρους ἔχω.
Ἀλλ' Ἄργος ἵκωμαι; πῶς, ἐπεὶ φεύγω πάτραν;
Φέρ', ἀλλ' ἐς ἄλλην δή τιν' ὁρμήσω πόλιν;
Κἄπειθ' ὑποβλεπώμεθ', ὡς ἐγνωσμένοι,
Γλώσσης πικροῖς κέντροισι πληδουχούμενοι·
Οὐχ οὗτος ὁ Διός, ὃς τέκν' ἔκτεινέν ποτε,
Ἁμαρτά θ'; οὐ γῆς τῆσδ' ἀποφθαρήσεται;
Κεπλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς

Ad quod templum, aut cœtum amicorum
Ibo? nec enim Atas affabiles habeo.
Sed Argos proficiscar? quomodo, siquidem fugio patriam?
Age, an in aliam aliquam civitatem me conferam?
At postea limis oculis aspiciemur, utpote noti,
Linguæ amaris stimulis exagitati:
Nonne hic *est filius* ille Jovis, qui filios olim interfecit,
Et uxorem? an non ex hac terra in malam rem abibit?
At viro, qui aliquando dicebatur beatus,
Acerba *est* mutatio: at cui semper male

πώποτ' εἶδον μᾶλλον ἄλλην ἑστίαν. Hæc Brodæus. Aliud autem quid elegantius hæc vox notat: significat enim consummatum quid facere, ut sit ex hoc ultimo facinore omnium Herculis malorum consummatio. Sic supra dixit ad Troades, v. 491. Τὸ λοίσθιον δὲ θηγάνῃ ἐθλίσαι κακῶν, in quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

1274. a. Εἰς ποῖον ἱερὸν, ἢ πανήγυριν φίλων Εἶμι,] E templis enim arcebantur parricidæ, athei, sacrilegi, quique se immanibus sceleribus adstrinxissent; etiam amicorum proditores, juxta illud oraculi, quo talis vir e templo exire jubebatur, apud Simplicium in Epictetum, c. 39. Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν μίλας οὐκ ἐκαμόνας, Ἠλυθες οὐ καθαρὸς· στειρακλίης ἔξιθι σηκοῦ. Æschylus Eumen. Ποίοισι βωμοῖς χρώμενος τοῖς δημίοις; ποίᾳ δὲ χέρνιψ φραντόρων προσδέξεται. Theon Sophista: Διὰ τοῦτο χειρίβων ἱερίζεσθαι, (ἀνδροφόνος δηλονότι) σκευῶν, κρατήρων, ἀγγείων, ἱερῶν. Abunde hæc res patet ex Eurip. Oreste et Æschyli Eumenidd. Partim ex Joh. Brodæi notis. *Barnes.*

1275. Constructio est: ἔχω γὰρ ἄτας οὐκ εὐπροσηγόρους. *calamitates enim sustineo, in quibus nullum compellare me licet.* Contagio utique sceleris contrahi etiam colloquio credebatur. vid. supra v. 1210. Orest. 75. Nec aliter Brodæus. *Musg.*

οὐ γὰρ ἄτας εὐπροσηγόρους ἔχω.] Tales enim calamitates sustineo facinorosas, in quibus nulli me compellare licet. Sicut enim neque diis accepti erant hujusmodi homines, ita ab hominibus quoque velut polluti vitabantur, neque alloquiis honorati. Euripid. Orest. Προσφθίγγασον γὰρ οὐ μιαίνομαι σίθεν. *Brodæus.*

1278. Reisk. corrigit: ἑστιθ' ὅπως ἀ- πολώμεθα, *quomodo patiar me a maledicis linguis lacerari. Beck.*

1279. Injuria verbum πληδουχῶν suspectum est Marklando ad Iph. Taur. 1464. Sed hic quidem quomodo illud defendi possit non video. Reiskii λοιδορούμενοι, quod etiam Musgravio in mentem venit, nimis vulgare est, quam ut ita corrumpi potuerit. Alteram Musgravii conjecturam, πληκτιχόμενοι, quod interpretatur *obnoxii calumniæ, tamquam* πληκτοῖς, non intelligo. Scribendum videtur πολυδούμενοι, quo verbo paullo post usus est, v. 1309. Et ut Græci poëtæ *supinume*

Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶς δύστηνος ὤν.
Εἰς τοῦτο δ' ἥξειν ξυμφορᾶς οἶμαί ποτε·
Φωνὴν γὰρ ἥσει χθών, ἀπευθύνουσά με
Μὴ θιγγάνειν γῆς, καὶ θάλασσα, μὴ περᾶν,
Πηγαί τε ποταμῶν· καὶ τὸν ἁρματήλατον
Ἰξίον' ἐν δεσμοῖσιν ἐκμιμήσομαι.
Καὶ ταῦτ' ἄριστα, μηδέν' Ἑλλήνων μ' ὁρᾷν,
Ἐν οἷσιν εὐτυχοῦντες ἦμεν ὄλβιοι.
Τί δῆτά μ' ἔτι ζῆν δεῖ; τί κέρδος ἔξομεν,
Βίον γ' ἀχρεῖον ἀνόσιον πεκτήμενοι;

Est, nihil dolet, qui miserias habet cognatas.
Ad hanc autem calamitatem venturum me aliquando puto.
Etenim tellus mittet vocem, interdicens mihi
Ne attingam terram, et mare, ne trajiciam,
Et fontes fluminum, et eum, qui rotatur,
Ixionem, in vinculis, imitabor.
Et hoc *est* optimum; ut nemo Græcorum me videat,
Inter quos bona fortuna utentes eramus beati.
Quid igitur opus est me vivere? quod lucrum habebimus,
Si vitam inutilem *et* pollutam habeamus?

verba in eodem loco iterant, ita nonnumquam etiam rariora vocabula intra breve spatium repetunt: cujus rei multa possent exempla congeri. Quare conjectura postra tantum abest, ut ob v. 1309. excussatione indigeat, ut inde aliquid etiam confirmationis panciscatur. *Herman.*

ἀλγύνουσι·] Vox non intellecta, pro qua Scaliger ἀλγεινούμενον, vocem æque ignoratam, reponit. Non spernerem, quod etiam a vestigiis literarum non longe abit, [et Reisk. conjicit] λωβωμένου. Sed maxime placet ἀλγεσιχούμενον, *obnoxii calumniæ, iisquoque* ἀλγεσιχίᾳ. *Musg.*

ἀλγινούμενον·] Ita Scalig. rectissime pro corruptissimo illo, quod Æmil. Portum aliosque tantopere fefellit, ἀλγυνχούμενον. ἀλγυνῆσαι, ἀσυνῆσαι. Hesychius. Fit autem a ἄλγος, *fama, rumor*, et est vox media, ac in utramque partem sumitur; de qua voce nos supra ad v. 1157. *Barnes.*

1282. Vide Pors. ad Orest. 228. *Herman.*

1282—4. Apud Stob. Grot. CIV. p. 427. *Burn.*

1283. ᾗ δ' Stob. Grot. l. l. *Burn.*

1284. Ald. Brub. Herv. Brod. *συγγενῶν.* Canterus et reliqui *συγγενῶς*, quod Musgravius non dixisset nullo auctore receptum esse, si Brodæum consuluisset, qui sic apud Stobæum tit. 104. περὶ κακοδαιμονίας legi adnotavit. Accipit hinc lucem redditque Sophocles in Œd. R. 1082. *Herman.*

συγγενῶν] Ita Ed. Ald. pro quo *συγγενὴς* dant, nullo auctore, recentiores, qui non temere sequendi. Potest enim ἀλγεῖ transitive accipi pro *cura* vel *dolore afficit.* Sic π' οὐ με στενεῖ, Pind. Pyth. IV. Antistroph. 7. στερεαλγεῖ τὸν ἐμὸν ψυχὰν, Schol. in Medeam, v. 895. Quo posito, οἰδίν', i. e. οἰδίνα, legendum erit. οἰδίνα συγγενῶν ἀλγεῖ, *neminem cognatorum dolore afficit. Musg.*

1288. Recte Musgravius ἁρματήλατον pro vulgato ἁρματηλάτην. *Herman.*

ἁρματηλάτην] Omnino legendum ἁρματήλατον. Rotæ perpetuo circumactæ alligatum tradunt, κατ' ἄντυγα δρομάδα δίσμον, ut verbis Sophoclis utar Philoctet. v. 696. ubi vulgo male ἁρπαστὸν. *Musg.*

Quia ἁρματηλατεῖν sit etiam *curru vehi*, Heath. censet, ἁρματηλάτην denotare

Χορεύσω δὴ Ζηνὸς ἡ κλεινὴ δάμαρ,
Κρούουσ' Ὀλυμπίου Ζηνὸς ἀρβύλη πόδα.
Ἔπραξε γὰρ βούλησιν, ἣν ἐβούλετο,
Ἀνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αὐτοῖσι βάθρων
Ἄνω κάτω στρέψασα· τοιαύτη θεῷ
Τίς ἂν προσεύχοιθ', ἥ γυναικὸς οὔνεκα
Λέκτρων φθονοῦσα Ζηνί, τοὺς εὐεργέτας
Ἑλλάδος ἀπώλεσ', οὐδὲν ὄντας αἰτίους;
ΘΗ. Οὐκ ἔστιν ἄλλου δαιμόνων ἀγὼν ὅδε,

Tripudiet igitur inclyta illa uxor Jovis,
Pulsans Olympii Jovis pedem sandalio.
Fecit enim voluntatem, quam voluit,
Virum in Græcia principem ab ipsis fundamentis
Sursum atque deorsum evertens. Talem Deam
Quis adoraret? quæ propter mulieris
Thalamum invidens Jovi, benefactores
Græciæ perdidit, qui extra omnem culpam sunt,
The. Non est alterius Dei molimen istud,

quoque posse *currus vectum*; currum autem per synecdochen pro rota poni. *Beck.*

1289. Ἰξίων' ἐν δεσμοῖσιν ἀμφιπόνημα.] De Ixione, et ejus apud inferos supplicio, quomodo rotæ fuerit ferreæ alligatus, videsis Natalis Comitis Mytholog. Lib. VI. c. 16. Eustathium in Homer. fol. 102. lin. 90. Apollodorum, aliosque Mythologos et Scholiastas. *Barnes.*

1293. Heath. et Reisk. malunt Βίον γ' ἀ. *Beck.*

1294. Δὲ in δὴ mutavi. *Herman.*

1295. Servavi veterum librorum lectionem, quamvis vitiosam. Brodæi conjecturam σῶλον pro πόδα, Canteri, Portique probatam, a Barnesio autem etiam in textum receptam, temere adscivit Heathius, scribens προύσω' Ὀλύμπιον σημεῖον ἀρβύλῃ σῶλον. Hac via si incedendum erat, facilius etiam scribi potuisset προύσω' Ὀλύμπιον Ζηνὸς ἀρβύλῃ σωλῆ. Sed σῶλα sensum esse intelligitur ex Iphig. Aul. 1048. Electr. 180. Quare, nisi gravior hic corruptela latet, fortasse scribendum est, προύσω' Ὀλύμπιον Ζηνὸς ἀρβύλῃ πῶλα, ut Juno Ζηνὸς ἀρβύλῃ saltare, i. e. pro Jove se gerere dicatur. *Herman.*

πόδα.] Emendat Brodæus σῶλον, assentiente Cantero. Locus sic constitutus Junonem fingit sandalio Jovis indutam, et choreas agentem. Mihi non deterior videtur vulgata, ut constructio sit: προύσω ἀρβύλᾳ πόδα Ὀλυμπίου Ζηνός. Græci enim, ne alios nominem, pro *consuetudine tractare* libenter dicunt *insumbere* τῷ δίῳ, vel *insultare*. Plutarchus: ἐμπεπατηκὼς τῷ βίωνι καὶ πανοχεύσας. Op. Mor. p. 96. Ed. Steph. *Musg.*

Κρούσω' Ὀλυμπίου Ζηνὸς ἀρβύλᾳ πόδα.] Cum σῶλα olim scriptum esset, recte Brodæus, Canterus, et Portus, σῶλον legebant. Vel autem Ὀλυμπίου per συνίζησιν legendum, ut Virgil. Æn. Lib. X. v. 1. *Panditur interea Domus omnipotentis Olympi.* Vel certe Διὸς legendum, ut versus sibi constet. Ἀρβύλη est genus quoddam calceamenti, *muliebris* præsertim, ut testatur Euripidis Scholiastes ad Orest. v. 140. Σίγα, σίγα, λευκὴν ἴχνος ἀρβύλης τιθεῖσ] Ἀρβύλη ἐστὶν εἶδος ὑποδήματος γυναικεῖον πολλὸν καὶ βαθύ. Hinc Sophocles dixit in Troilo, πανυφβύλους χλαίνας, pro σωλήνας. Hesychius: Πανυφβύλους χλαίνας, σωλήνας, ὅτινι καὶ ἐπὶ τῶν ἀρβύλας χαλᾶσθαι. Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ. *Barnes.*

Heath. censet, vocem Ζηνὸς a librarii interpolatrice manu profectam esse, ver-

Ἡ τῆς Διὸς δάμαρτος· εὖ τόδ' αἰσθάνει.
* * *
Παραινέσαιμ' ἂν μᾶλλον ἢ πάσχειν κακῶς.
Οὐδεὶς δὲ θνητῶν ταῖς τύχαις ἀπήρατος,
Οὐ θεῶν, ἀοιδῶν εἶπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι.
Οὐ λέκτρα τ' ἀλλήλοισιν, ὧν οὐδεὶς νόμος,
Ξυνῆψαν; οὐ δισμοῖσι διὰ τυραννίδας
Πατέρας ἐπηλίδωσαν; ἀλλ' οἰκοῦσ' ὅμως
Οὐλυμπον, ἠσχυντό θ' ἡμαρτηκότες.

Quem uxoris Jovis. Hoc recte sentis.
* * *
[Facilius *te* moneres, quam ipse mala pati.]
Nullus autem mortalium est illæsus a fortuna,
Neque deorum, si modo non *sunt* falsa poetarum carmina.
An non matrimonia inter se, quæ nulla lege *permittuntur*,
Contraxerunt? nonne propter tyrannidem vinculis
Patres ignominiose affecerunt? et tamen habitant
Cœlum, et sua peccata tulerunt *æquo animo*.

sum forte, sic restitui posse: Κρείσσον' Ὀλύμπου σιγὰν ἀρβύλῃ πέδον. nam vulgata repugnare metrum.

Reisk. scribit: "Ολυμπον, et quæsm in vet. ed. pro πέδον sit πέδα, conjici quoque posse: κρείσσον' "Ολυμπον Ζηνὸς ἀρβύλῃ σταδά. *Beck.*

1296. βούλομαι,] Βούλημα et βούλευμα, idem, quod voluntas, θέλημα, a βούλομαι, θέλω, volo. Βουλὴ, consilium. *Barnes.*

1298. Ἄνω κάτω] Vide Erasmum in Adagio, *sursum ac deorsum*. *Barnes.*

1299. γονιμὸν εὖτινα] Quod Jupiter matrem meam Alcmenam amasset. *Barnes.*

1300. τὸν Ἐλεγχίνου] De hac re vide quæ nos supra ad v. 872. et 1245. *Barnes.*

1302. Wakefieldius ἀγὼν pro ἀγών. *Herman.*

1304. Legebatur παραινέσω μ' ante Commelin. Aliquid ante hunc versum excidisse, primus vidit Scaliger. *Herman.*

Vere statuit Scaliger, ante hunc versum aliquid deesse; nec audienda, quæ opposuit Barnesius. (Sic et Heath. atque Reisk. censent.) *Musg.*

Παραίνεσιν μ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάσχειν κακῶς.] Scaliger hunc notat λείπει, defectum putans hic esse aliquem. Sed nullus mihi videtur, si modo sic capias: Εὖ τόδ' αἰσθάνῃ, Παραίνεσιν μ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάσχειν κακῶς. Et occurrit filii dicto Herculis, v. 1240. Σέ γ' ἴσως ἂν γε συμφορᾶς μὴ νοσοῦντες. Sin τόδ' αἰσθάνῃ referuntur ad superiorem sententiam, Οὐκ ἔστιν ἄλλου ἀμείνων ἀγὼν ἢ, "Ἢ τῆς Διὸς δάμαρτος, tum vel "Ελεξεν subauditur, si παραινέσω legamus, vel si παραινέσαιμ' legitur uno verbo, tum ad πάσχειν subauditur δοκέσαιμι, neque enim hæc ellipsis est insulsta. Utrovis modo locus explicatur. *Barnes.*

Prev. cum Scal. et Musgr. judicat, aliquem hic esse defectum. Itaque ipse supplet: Je sçais. *Beck.*

1306. εἴτις οὐ, ut nobis videtur, est solœcismus, Soph. Œd. C. 626. Καθαρὸν' οὐδέποτε ἐμοῖς Ἀχαιῶν οἰκήτορα δίξασθαι τόνδε τῶν ἐνθάδ', εἴτις μὴ θεοὶ ψιθύσουσί μοι. Lege igitur, εἴπερ ἀψευδεῖς λόγοι. Similis varietas apud Æsch. Prometh. v. 185. occurrit, ubi ed. Turneb. et MSS. habent οὐ παράμυθον, loco ἀπαράμυθον. Scite Butlerus notat παράμυθος non esse adjectivum. *Elmsl.*

1307. Reiskius scribit: Οὐ λίπτρα γ' ἀλλ' *Beck.*

1310. Reisk. legit: ἡμαρτηκότες. *Beck.*

Καίτοι τί φήσεις, εἰ σὺ μὲν θνητὸς γεγώς,
Φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας, θεοὶ δὲ μή;
Θήβας μὲν οὖν ἔκλειπε τοῦ νόμου χάριν,
Ἕπου δ' ἅμ' ἡμῖν πρὸς πόλισμα Παλλάδος.
Ἐπεῖ χέρας σὰς ἁγνίσας μιάσματος,
Δόμους τε δώσω, χρημάτων τ' ἐμῶν μέρος.
Ἃ δ' ἐκ πολιτῶν δῶρ' ἔχω, σώσας κόρους
Διὶς ἐκτά, ταῦρον Κνώσσιον καταπτανών,
Σοὶ ταῦτα δώσω· πανταχοῦ δέ μοι χθονὸς
Τεμένη δέδασται· ταῦτ' ἐπωνομασμένα
Σέθεν τὸ λοιπὸν ἐκ βροτῶν κεκλήσεται,
Ζῶντος· θανόντος δ', εὖτ' ἂν εἰς Ἅιδου μόλῃς,

Sed quid dices? si tu quidem cum sis mortalis,
Nimium immoderate feras *vitæ* casus, Dii vero non.
Thebas igitur relinque propter legem,
Sequere vero nos ad urbem Palladis:
Ibi purgatis tuis manibus a piaculo,
Dabo tibi domum, et partem opum mearum.
Munera vero quæ habeo a civibus, servatis adolescentibus
Bis septem, interfecto tauro Gnossio,
Hæc tibi dabo: ubique vero regionis mihi
Agri sunt consecrati. Hi denominati
A te deinceps ab hominibus vocabuntur
Vivo: cum vero mortuus ad inferos veneris,

1312. Φέρεις ὑπέρφευ] Legendum sensu contrario στένεις ὑπερφεύ. Lexicon Phrynichi Coislinianum: μηδὲν ὑπερφεύ· Κρατῖνος, ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἄγαν. Hinc certo stabilitur vis vocis adhibitæ, Phœn. v. 560. Æschyl. Pers. v. 822. *Musg.*

ὑπέρφευ] De hoc verbo vide Phœniss. v. 560. *Barnes.*

1314. Ἕπου δ' ἅμ' ἡμῖν πρὸς πόλισμα Παλλάδος.] Athenæ præcipue ob laudem pietatis et clementiæ nobilitatæ erant: de earum pietate et humanitate vid. quæ nos ad Supplices, v. 586. De earum erga deos pietate vide quæ nos ad Heraclid. v. 902. De earum clementia, ne dicam totas fabulas, Supplices et Herasclidas, ejus magna esse argumenta, ita Callimachus in Ætiis, de Athenis: Οὔνεκεν ἀστείων οἶδε μόνη πάλιων. *Barnes.*

1317. s. σώσας κόρους Διὸς ἐντὰ ταῦρον Κνώσσιον καταπτανών,] Ταῦρον, ἀντὶ Μινώταυρον, Κνώσσιον, ἀντὶ Κρητικόν· Κνωσὶς γὰρ ἡ Γνωσὸς, πόλις Κρήτης, τὸ τοῦ Μίνως βασίλεια, ἔνθα Κνωσσὸν Μινώϊον παλαι Ὅμηρος· Κνώσσος, πτολίεθρον. De Minotauro et Androgeo cæso ab Atheniensibus, deque septem pueris, totidemque puellis quotannis ab Atheniensibus Minotauro in cibum missis, donec a Theseo ille cæderetur Ariadnæ ope, Plutarchus in Theseo: item Isocrates in Helena; item Apollodorus Bibliothec. Lib. III. c. 14. §. 8. Item Natalis Comes Mytholog. Lib. VI. c. 5. et Lib. VII. c. 9. Catullus Ariadnæ Historiam complexus est, Ovidius attingit Metamorph. Lib. VII. Fab. 23. Virgilius quoque et Propertius, etc. Præcipue Joh. Meursius de Regn. Athen. Lib. III. qui et librum singularem scripsit Thesei nomine dictum. *Barnes.*

Θυσίαισι λαΐνοισί τ' ἐξογκώμασιν
Τίμιον ἀνάξει πᾶσ' Ἀθηναίων πόλις.
Καλὸς γὰρ ἀστοῖς στέφανος Ἑλλήνων ὕπο,
Ἄνδρ' ἐσθλὸν ὠφελοῦντας, εὐκλείας τυχεῖν·
Κἀγὼ χάριν σοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας
Τήνδ' ἀντιδώσω· νῦν γὰρ εἶ χρεῖος φίλων.
Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων·
Ἄλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν, ὅταν θέλῃ.
ΗΡ. Οἴμοι, πάρεργά τοι τάδ' ἴσθ' ἐμῶν κακῶν.
Ἐγὼ δὲ τοὺς θεοὺς οὔτε λέκτρ', ἃ μὴ θέμις,
Στέργειν νομίζω, δεσμά τ' ἐξάπτειν χεροῖν
Οὔτ' ἠξίωσα πώποτ', οὔτε πείσομαι,

Sacrificiis, et lapideis tumulis,
Tota Atheniensium civitas *te* celebrabit.
Pulchrum enim civibus *est* ornamentum, a Græcis
, Gloriam consequi, virum bonum dum adjuvant.
Et ego tibi gratiam pro mea salute
Hanc referam: nunc enim es indigus amicorum.
Quando autem *aliquem* dii honorant, non opus est amicis:
Deus enim satis *est* ad juvandum, cum vult.
Her. Hei mihi, aliena enim sunt hæc a meis malis.
Ego vero Deos neque connubia illegitima
Amare puto, et vincula manibus injicere
Neque existimavi unquam, neque credam,

1323. Reiskius Θυσίαις σι. Minime opus. *Herman.*

1328. χρεῖος] Vid. supra ad v. 51. *Musg.*

νῦν γὰρ εἶ χρεῖος φίλων.] Χρεῖος hoc in loco est adjectivum idem significans, quod ἀχρεῖος, et χρήζων, ut ἀχρεῖος contrarium sonat. Sic Philo de Vita Mosis, Lib. I. παρασιτῆς οὐδαμῶς ἴσως χρεῖος ὁ βασθής. Sic Eustath. in Homer. fol. 218. lin. 7. ex quodam citat: Ἀνὴρ εἰς οὐδὲν χρεῖος. Est enim *utilis*, æque ac *egenus*; ponitur quoque substantive pro χρείᾳ. Quare non est, quod hoc in loco Scaliger legeret: Νῦν γὰρ ἡ χρειὼ φίλων. *Barnes.*

Reisk. emendat: Νῦν γὰρ ἰν χρεῖ (i. e. χρείᾳ) εἶς (vel εἰ) φίλων, *nunc enim es in penuria amicorum. Beck.*

1329. Jacobsius in Additam. Animadv. ad Athen. p. 60. legendum conjicit Θεοὶ δ' ὅν κεν τιμῶσιν. Vulgatam servavit Porsonus in Suppl. Præf. ad Hecub. p. xxxiv. et ad Orest. 659. et recte, sensu loci postulante. *Herman.*

1331. Recte MSS. Paris. σοι addunt, in edd. vett. omissum. Πάρεργα dicit incrementa. *Herman.*

πάρεργά σοι] Ita MSS. Parisiens. In Ed. Ald. deest σοι. *Musg.*

Οἴμοι, πάρεργα γὰρ τάδ' ἴσθ' ἐμῶν κακῶν.] Cum olim claudicarit versus una syllaba deficiens; ego γὰρ suo loco inserui. Scaliger σοιὰδ' legebat. *Barnes.*

1333. Tollenda distinctio post χρεῖος, ut hæc cum seqq. connectantur. *Heath.*

1334. Hunc versum post sequentem collocandum putat assentiente Musgravio Piersonus in Veris. p. 151. Non negaverim, facile fieri potuisse, ut versuum

Κοινωνίαν δύστηνον, ἣν ἐγὼ τάλας
Διώλεσ' ἄκων· γῆ δ' ἐπὴν κρύψῃς νεκρούς,
Οἴκει πόλιν τήνδ', ἀθλίως μέν, ἀλλ' ὅμως
Ψυχὴν βιάζου τἀμὰ συμφέρειν κακά.
Ὦ τέκν', ὁ φύσας χὠ τεκὼν ὑμᾶς πατὴρ
Ἀπώλεσ', οὐδ' ὤνασθε τῶν ἐμῶν πολῶν,
Ἀγὼ παρεσκευάζομεν, ἐκμοχθῶν βίᾳ
Εὔκλειαν ὑμῖν, πατρὸς ἀπόλαυσιν πολήν.
Σέ τ' οὐχ ὁμοίως, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσα,
Ὥστε σὺ τἀμὰ λίπτρ' ἴσωσις ἀσφαλῶς,
Μακρὰς διαντλοῦσ' ἐν δόμοις οἰκουρίας.

1355 Conjunctionem miseram, quam ego miser
Invitus perdidi. Postquam vero terra mortuos occultaveris,
Habita hanc urbem, misere quidem, sed tamen
Coge animum ad ferendum mecum una mea mala.
O liberi, qui procreavit et tuebatur vos, pater
1360 Perdidit, neque fructum percipitis ex meis honestis,
Quæ ego comparavi ex laboribus per vim,
Gloriam vobis, honestum ex patre fructum.
Teque non similiter, O misera, perdidi,
Ut tu fideliter servâsti meum thalamum,
1365 Longam domus custodiam in ædibus tolerans.

1355. Vide Pors. ad Phœn. 16. *Herman.*

1356. Legebatur ἰσὰν. *Herman.*

1359. χ' ὁ τικὼν,] Supervacuum est post *ὁ φύσας*. An legendum *χ' ὁ στέγων, et protegens.* Modestius certe hoc, quam Reiskii, *οὐχ ἱκάν.* *Musg.*

Vulgatam defendit Brunck. ad Orest. 544. ubi similia redundantiæ Tragicorum exempla congessit.

ὁ φύσας χὠ τικὼν] Talem pleonasmum Tragicis fuisse in deliciis, neque adeo a Musgr. sollicitandum, observat Br. ad Or. 544. *Beck.*

1361. Heath. pro ἐκ *μόχθων* scribit ἐκμοχθῶν. Sed eodem modo jam Reisk. *Beck.*

1362. *ἀπόλαυσιν*] Conjectura est Canteri, quam non dubitavi recipere. *πατρὸς ἀπόλαυσις* est, quicquid commodi a patre, vel patris opera, percipiunt liberi. Ed. Ald. *ἀπόλλυσιν.* Parem fere errorem ad Helen. v. 76. errarunt librarii. *Musg.*

ἀπόλαυσιν πολήν.] Ita recte pro corrupto *ἀπόλλυσιν* legebat Canterus, ejus lectionem probavit Scaliger, nos indubitatam ducimus. *Barnes.*

1367. Commelin. P. Steph. Barnes. *στέγαγμα.* Lectionem Ald. Brub. Herv. Brod. Cant. *στέγαγα*, revocavit Musgravius. *Herman.*

στέγαγα,] Ita Ed. Ald. Edd. recent. errore typographico, *στέγαγμα.* *Musg.*

1369. Legebatur λυγρά τι. *Herman.*

1371. Arma dicit ingredientis succensa latus pulsantia. Unde ne *περιστιβόντα* requiras, observandum, licuisse *περιστιβόντα*, non licuisse *περιστιβόντα* dicere. Græci non temere, ut putare videtur Buttmannus in Gr. Gr. p. 171. 194. ed. quint. gravare et prolongare formas præsentium amabant, sed ista formarum varietate tenues quasdam significationum diversitates verbis adjungebant: quod ut in plurimis verbis manifestissimum est, ut in *φέρω, φορέω*, in *τίκτω, τίγγω*, in *πάσχω, πείθω*, ita

Οἴμοι δάμαρτος, καὶ τέκνων· οἴμοι δ' ἐμοῦ,
Ὡς ἀθλίως πέπραγα, κἀποζεύγνυμαι
Τέκνων, γυναικός τ'· ὦ λυγραὶ φιλημάτων
Τίρψεις, λυγραὶ δὲ τῶνδ' ὅπλων κοινωνίαι.
Ἀμηχανῶ γάρ, πότερ' ἔχω τάδ', ἢ μεθῶ,
Ἃ πλευρὰ τἀμὰ προσπιτνόντ' ἐρεῖ τάδε·
Ἡμῖν τέκν' εἵλες καὶ δάμαρθ'· ἡμᾶς ἔχεις
Παιδοκτόνους σούς· εἶτ' ἐγὼ τάδ' ὠλίναις
Οἴσω; τί φάσκων; ἀλλὰ γυμνωθεὶς ὅπλων,
Ξὺν οἷς τὰ κάλλιστ' ἐξέπραξ' ἐν Ἑλλάδι,
Ἐχθροῖς ἐμαυτὸν ὑποβαλών, αἰσχρῶς θάνω;

Heu meam uxorem, et liberos! heu me!
Quam misere egi, et jam avellor
A liberis, et uxore. O acerbæ osculorum
Delectationes, et tristis societas horum armorum.
Dubito enim, utrum hæc retinere, an dimittere debeam,
Quæ ad latus meum accidentia hæc dicent:
Nobis perdidisti liberos, et uxores: habes nos
Liberorum-interfectores tuorum: deinde ego ulnis ea
Feram? quid dicens? sed nudatus armis,
Quibus *res* præclarissimas gessi in *Græcia*,
Objiciens me hostibus turpiter moriar?

in plerisque negligi solet. Quæ formarum mutationes cur plerumque in solo præsente inveniantur, quærenti non latebit. Ac verbum πίνω non debebat Buttmannus, p. 304. ex reduplicatione quadam verbo πίνω addita deducere, quum ι longum sit, ut grammatici, v. c. Etym. M. p. 673, 8. observant, quod in reduplicatione breve est. Nam ne quis γινέσθαι et γίνεσθαι obverteret, cavit Etymologus, p. 478, 49. 480, 54. Immo, ut idem p. 673. docuit, πίνω pro Æolico πίσω dicitur, quod una cum ἴσσομαι, ibidem commemorato, et ἰσσάνω addi poterit verbo λίσσομαι, quod tamquam singulare notavit Buttmannus, p. 191. Πιτνῶν eamdem rationem habet ad πίσνω, quam φορεῖν ad φέρω. Utrumque enim continuationem significat. Itaque πιτνῶν est *labi*, et sæpius convenit cum nostro *sinken*. Hinc Sophocles in Œd. Col. 1732. maluit de Œdipo ἴπτατο, quam ἵπτατο dicere. Sic intellige Æschyl. Sept. c. Th. 765. Eurip. Med. 859. Iph. T. 48. Hæc significatio facit, ut participium aoristi usurpari possit, ubi de repetito casu, qui peractus intelligi debeat, sermo est. Æschylus Pers. 460. τοξισθεὶς γ' ἀπὸ θώμιγγος ἰὼ πρεσπιτνόντες ὄλλυσαν. Unumquodque telum πρεσπιτνὸν ὄλλυσι, continua πρεσπιτνόντα ὄλλυσαν: quod nisi per hujus verbi commoditatem aoristo uti licuisset, præsens adhibendum fuisset πρεσπίπτοντες; nam πρεσπίτνοντες, quod libri quidam et Brunckius, non semel ille hac in re falsus, habent, barbarum est. De exercitu vero, qui uno impetu facto, deinde stragem edidisset, diceretur πρεσπιτνόντες ὄλλυσαν, ut apud Eurip. Phœn. 1488. Contra ibidem v. 1485. ἵμμι δ' αἷμα μηλὸν πικρῶν, λόγχαις πιτνόντων, alio post alium corruente. Et in Suppl. 701. τῶν μὲν πιτνόντων, τῶν τε, θεμισθίνταν δίφρων, εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἀναβιβαστάντων βίᾳ. *Herman.*

Οὐ λειπτέον ταῦθ', ἀθλίως δὲ σωστέον.
Ἔν μοί τι, Θησεῦ, ξύγκαμ' ἀθλίῳ· κυνὸς
Κόμισαί μ' ἐς Ἄργος ξυγκατάστησον μελών,
Λύπη τι παίδων μὴ πάθω μονούμενος.
Ὦ γαῖα Κάδμου, πᾶς τε Θηβαῖος λεώς,
Κείρασθε, συμπενθήσατ', ἔλθετ' εἰς τάφον
Παίδων· ἅπαντας δ' ἐνὶ λόγῳ πενθήσατε,
Νεκρούς τε, κἀμέ· πάντες ἐξολώλαμεν,
Ἥρας μιᾷ πληγέντες ἀθλίᾳ τύχῃ.
ΘΗ. Ἀνίστασ', ὦ δύστηνε· δακρύων δ' ἄλις.
ΗΡ. Οὐκ ἂν δυναίμην· ἄρθρα γὰρ πέπηγέ μου.
ΘΗ. Καὶ τοὺς σθένοντας γὰρ καθαιροῦσιν τύχαι.
ΗΡ. Φεῦ,

Non relinquenda hæc *sunt*: sed misere licet servanda.
In una quadam *re* me adjuves, Thesee: immortalis canis
Adducti-præmia ad Argos cum mecum constitue,
Ne quid ob liberorum dolorem mihi soli accidat.
O terra Cadmi, et universus populus Thebanus,
Tondemini, simul-lugete, ite ad sepulturam
Liberorum, omnes vero uno ore lugete
Mortuos, et me: omnes periimus,
Junonis una percussi misera calamitate.
The. Surge, O miser: satis enim *est* lacrymarum.
Her. Non possum: nam artus mei obriguerunt.
The. Etenim et robustos dejiciunt calamitates.
Her. Heu!

1378. Pierſoni emendationem in Verſ. p. 228. recepi. Vulgo ἀθλίου κυνός. Wakefieldius ἀγρίου. *Hermann.*

Non immerito Pierſono displicet ἀθλίου κυνός. Verum quod reponit ἀθλίῳ, mutata distinctione, ut σὺ σύναρ' regatur, otiosum hoc in loco et frigidum est. Legendum, ni fallor, ἀφθίτου κυνός, *canis immortalis*. *Musg.*

1378. κ. ἀθλίῳ κυνὸς Κόμισαί μ' ἐς Ἄργος] Hæc de Cerbero omnino sunt summenda, quem nuper ex Orco ductum, necesse erat Herculi Argos portare et Eurystheo in manum dare. Vide supra ad v. 25. Quare Brodæi me miseret, qui hæc ad hunc locum dicit: *Canem se vocat Hercules, quasi indignus esset hominis appellatione. Barnes.*

1379. Κόμισαί μ'] *Præmia* adducendi, eadem analogia, qua δρέπεσθαι, σίτισις, μίσθωσις, a δρεπτός, σιτιστὸς, μισθωτός. nec aliter Pollux Lib. VII. sect. 185. et Lib. IX. sect. 159. Intelligo autem patrimonium Herculis, quod ei promissum erat, hoc ultimo labore exanclato. vide supra v. 19. ad v. 22. *Musg.*

1382. Leg. ταφὴν, *ad exequias*. *Reisk.*

1383. Scripsi ἔστενες. Legebatur ἔστονες. *Herm.*

ἐν λόγῳ] Ut uno verbo dicam. Amphis apud Athenæum: ἔστενεν ἀνδρεῖόν γὰς ἐσιν ἐν λόγῳ. Demosthen. in Olynth. 3. βέλτιον εἰς ε' κἀνὶ σκέψ', ὅσα βούλεσθε τὰ ἀβέλτερα ἐν λόγῳ. Sic enim scribendum est, non ἐν ἑλλόγῳ. *Brodæus.*

Αὐτοῦ γενοίμην πάτερος ἀμυνόμων κακῶν.
ΘΗ. Παῦσαι· δίδου δὲ χεῖρ' ὑπηρέτην φίλῳ.
ΗΡ. Ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις.
ΘΗ. Ἔκμασσε, φείδου μηδέν· οὐκ ἀναίνομαι.
ΗΡ. Παίδων στερηθείς, παῖδ' ὅπως ἔχω σ' ἐμόν.
ΘΗ. Δίδου δίρη σὴν χεῖρ'· ὁδηγήσω δ' ἐγώ.
ΗΡ. Ζεύγός γε φίλιον· ἄτερος δὲ, δυστυχής.
Ὦ πρόσθεν, οἵοισδ' ἄνδρα χρὴ κτᾶσθαι φίλον.
ΑΜ. Ἡ γὰρ τεκοῦσα τόνδε πατρὶς, εὐτεκνος.
ΗΡ. Θησεῦ, πάλιν με στρέψον, ὡς ἴδω τέκνα.
ΘΗ. Ὡς δὴ τί φίλτρον τοῦτ' ἔχων, ῥᾴων ἔσει;
ΗΡ. Ποθῶ· πατρός τε στέρνα προσθίσθαι θέλω.
ΑΜ. Ἰδού, τάδ', ὦ παῖ· ταμὰ γὰρ στυγεῖς φίλα.

Utinam fiam hic lapis immemor malorum.
The. Cessa; da vero strenuum amico ministrum.
Her. Verum *esto*, ne sanguinem abstergam vestibus tuis.
The. Abstergo, ne parcas: non recusa.
Her. Orbatus liberis, habeo te nihilominus loco filii.
The. Da collo tuum onus: ego enim te ducam.
Her. Par sane hoc *est* amicorum: sed alter infelix *est*.
O senex, talem virum amicum oportet comparare.
Ant. Patria enim, quæ procreavit hunc, *est* prole-felix.
Her. Thesea, convertas te retro, ut videam liberos.
The. Tanquam hoc quotidiana solatium habeam, levior futurus es.
Her. Cupio; volo applicari ad pectus patris.
Ant. Ecce hæc, O fili: quæ enim mihi grata sunt studes.

1396. Sic Reiskius. Vulgo ζεῦγος δέ. *Herman.*

Reisk. scribit: ζεῦγός γε, aut ζεῦγος τοῦδε, φίλον. Paullo post Heath. ὦ ἄτεκνος. Minatur Br. ad Arist. Vesp. 841. Heathium scribi voluisse, ὦ ἄτεκος, ostenditque multis exemplis, ἄτεκος Atticis usurpatum esse pro ὁ ἄτεκνος. *Reck.*

1398. Ἡ γὰρ τεκοῦσα τόνδε πατρὶς εὐτεκνος.] Hæc brevissima vox, quod poëtæ nostri singulare est artificium, quo pietatem in patriam monstraret, magnas Athenarum turbis laudes complectitur; naturam enim ostendit Atheniensium ad res optimas proclivem. Et certe in bellica gloria, in palæstra, in poëtica, rhetorica, in morali virtute, in philosophia, Theseum habuit, Alcibiadem, Themistoclem, Miltiadem, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, Socratem, Phocionem, Aristidem, Demosthenem, Isocratem, Xenophontem. *Barnes.*

1399. s. ΗΡ. Θησεῦ, πάλιν με στρέψον, ὡς ἴδω τέκνα. ΘΗ. Ὡς δή τι φίλτρον τοῦτ' ἔχων, ῥᾴων ἔσῃ;] Ita exemplaria vulgata. Hermannus, causa illata nulla, post Musgravium legit, Ὡς δὴ τί φίλτρον τοῦτ' ἔχων, ῥᾴων ἔσῃ; Leginus, Ὡς δὴ τὸ φίλτρον τοῦτ' ἔχων ῥᾴων ἔσῃ. *Quasi tibi prodesset hoc gratificari.* Hanc vim emphasimve ὡς δή habent. Sic Androm. 233. Τί σεμνοῦσθαι, καὶς ἀγαθ' ἔχειν λέγων, ὡς δὴ σὺ σώφρων, πάλαι δ' οὐχὶ σώφρονα. Legamus quoque, Ὡς δὴ σὺ φίλτρον κ. τ. λ. *Elmsl.*

ΘΗ. Οὕτω πόνων σῶν οὐκέτι μνήμην ἔχεις;
ΗΡ. Ἅπαντ' ἐλάσσω κεῖνα τῶνδ' ἔτλην κακά.
ΘΗ. Εἴ σ' ὄψεταί τις δῆλον ὄντ', οὐκ αἰνέσει.

The. Itane malorum tuorum non amplius memor es?
Her. Omnia illa minora his mala perpessus sum.
The. Si viderit aliquis *te* effeminatum, non laudabit.

1400. Ὡς δή τι φίλτρον τῶνδ' ἔχων μόνον ἔσῃ.] Fortasse: μόνον ἔχεις, ut πάντ' ἀρκούντως ἔχει. in Hecuba. 27. Καὶ μάλ' ἐλλίης ἔχομεν in Orest. 289. v. Brunck. V. CL. ad Bacchas, v. 805. *Jacobs.*

1401. πατρός γε σείρια] Malim: πατρός τι σείρια. *Musg.*

1403. Legebatur οὗτος. *Herman.*

Fortasse lectio vera est, οὗτος, *heus tu.* Sic Alc. 769. Οὗτος, τί σαυτὸν καὶ στιφροσιτικὸν βλίτυρις; Med. 918. Αὗτη, τί χλωρεῖς δακρύοις σίγγυς κόρας; Aristoph. Eq. 821. ἀτὰρ σὲ φιλῶ; παῦ παῦ οὗτος, * καὶ μὴ σκιρδόλλει πονηρά. Οὗτος compellationis formula est paulo inurbanior, propterea quod haud raro usurpatur, quum quidvis incivilius est dicendum. In hoc versu Herculi ait Theseus a fortitudine qua labores confecit hanc animi dejectionem maxime abhorrere. Hujusce loci sensum Portus et Barnesius non tenuerunt, qui hoc modo vertunt: *Itane malorum tuorum non amplius memor es? Πόνων laborum*, non *malorum* sonat.

Elmsl.

Personarum distributio vulgata, quam et hic sequimur, ex MSS. Steph. depromta est. In editione Aldina Amphitryoni tribuitur hic versus, cum tribus proximis, eorum sc. quibus Thesei nomen præfigitur. *Musg.*

πόνων, h. l. non *mala*, sed labores Herculis. *Heath.*

1405. Legebatur εἰσόψεταί τις δῆλον ὄντα, κοὐκ ἂν αἰνέσῃ. Barnesio εἴ σ' ὄψεται, Musgravio, εὖν αἰνέσει debetur.

Herman.

Editio Aldina: εἴ σ' ὄψεταί τις δῆλον ὄντα, κοὐκ ἂν αἰνέσῃ, quod retinent etiam MSS. Lego:

εἴ σ' ὄψεταί τις δῆλον ὄντ', εἶτα αἰνέσει.
Musg.

Εἴ σ' ὄψεταί τις δῆλον, εὖν ἂν αἰνέσῃ] Ita lego, certissimis fretus rationibus, pro veteri mala lectione, Εἰσόψεταί τις δῆλον ὄντα, κοὐκ ἂν αἰνέσῃ, cum ὄντα ex margine irrepsit et secum ex necessitate quadam τ' induxit; prior autem versus vocula ex tribus male juncta erat, quam itaque iterum resolvo. Miror, hoc nemini antehac visum, cum verissimum esse quovis pignore vellem asserere. *Barnes.*

Reisk. legit: κοὐκ ἀναίνεσῃ, *et non dedignaberis, fastidies, hoc*, ut tua fama inferius, te flentem conspici. *Beck.*

1405. sq. ΘΗ. Εἴ σ' ὄψεταί τις δῆλον, εἶτα αἰνέσῃ.
ΗΡ. Ζῶ καὶ πατοῦμ' ἀλλὰ σχοινδοῦσι δεσμά.
ΘΗ. Ἄγαν γ' ὁ πλοῦτός Ἡρακλῆς, σοῦ πατρὸς ὤν;
ΗΡ. Χὐπὸς δὲ ὢν, νίφει γ' ὑπαιθέριον ἄν.
ΘΗ. Ὡς εἰς τὸ λῆμα σωτὸς ἦν ὑφειμένος.

In his versibus quot verba tot fere librariorum aberrationes. Primus statim versus ante Barnesium sic legebatur: Εἴ σ' ὄψεταί τις δῆλον ὄντα κ'οὐκ ἂν αἰνέσῃ. Neminem fore arbitror, qui post Barnesii emendationem meliorem aliquam circumspiciat. Ὄντα a grammatico lineæ supranscriptum facile in textum irrepere potuit. Proximus versus sensu omnino cassus. Latinus

* Pro παῦ παῦ οὗτος, MSS. et edd. vett. legunt παῦ αὐτοί. Brunckius legit παῦσαί γ' οὗτος. Παῦ παῦ formatum est a παῦε παῦε illa pronunciandi rapiditate, quæ τύχῃ ἀγαθῇ in τυχαγαθῇ convertit. Photius: Παῦ, τὸ παύσου λίγουσι μουσυλλάδες. Eodem modo, παῦε παῦε videtur fuisse contractum in παῦ παῦ. Aristoph. Pac. 1119. Παῦ παῦ, παῦ τὸν Βάκιν μαστίγουσιν. Prima hujus versus syllaba, quæ exemplaribus vulgatis deest, Davisio, qui eam prius introduxit, pro vocativo παῦ proposita. Vertit Brunckius: *Percute, percute, percute istum Bacin.* MS. Ravenn. legit Ὦ παῦ, παῦ τὸν Βάκιν. Ex conjectura fortasse hæc emendatio. Respectu παῦ, παῦ, *Græcarum elegantiarum saporem medullitus percipienti salivam sat scio movebit emendatio nostra facillima pariter et speciosa; qua nihil verius a tripode*, &c. Hæc verba, sublato auctore, citamus.

Ἡρ. Ζῶ σοι ταπεινός· ἀλλὰ προσθεῖναι δοκῶ.
Θη. Ἄγαν γ'· ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ποῦ, πεῖνος ὤν;
Ἡρ. Σὺ ποῖος ἦσθα, νέρθεν ἐν πακοῖσιν ὤν;

Her. Vivens humilis, an videor tibi laborum præmia prodere?
The. Sanequam: inclytus ille Hercules dolore ægrotans.
Her. Qualis tu eras, cum in malis apud inferos eras?

nterpres: *Vivo tibi abjectus; sed spero te promotum iri.* Quæ neque per se nsum habent, neque Græcis verbis reondent. Musgravius emendare conas est:

ζῶν σοι ταπεινὸς ἆρ' ἂν προσθεῖναι δοκῶ;

Quod ipse sic interpretatur: *Obscure vivens numquid videor tibi præmia laborum endere, i. e. prodere.* Hæc emendatio quamvis solitam doctissimi viri sagacitam minime dedecent, a veritate tamen besse videtur. Primum enim voculam a importuno loco positam Euripidis elepantia respuit. Deinde hæc Herculi triuta verba neque præcedentibus Thesei erbis neque omnino rei respondere vilentur. Non enim nunc agitur de obcura humilique conditione vitæ, quam Hercules amplexurus erat, quæque ne ntearctorum gloriam splendoremque offuscet ferendum erat, sed potius de nimia uctus contentione, quæ tanto viro parum ligna videbatur. Theseus dixerat: *Si ami te tam abjectum et luctui tanquam mulierem indulgentem conspiceret, certe te non laudaret.* Fac Herculem respondisse;

Ὅλως' ἴσως ἂν ἦλθε προσθεῖναι δοκῶν.

Laudent vituperentve parum interest! Quia pepercit laudes, quæ me ad novos semper labores suscipiendos impulerunt; nihil puto ad verborum connexum desiderarentur. Ipsa sententia autem nihil verius. Qui enim laboribus consequuti sunt ut laudarentur, non facile in media via consistunt, sed, ne parta gloria pereat, strenue pergunt et ad novos semper labores properant. *Jacobs.*

1406. Scribendum puto: ζῶ σοι ταπεινή· ἀλλὰ πρόσθεν οὖ, δοκῶ. Eamdem viam, sed non sine piaculo, ingressum esse Jacobsium in Additam. Animadv. ad Athen. p. 90. postea vidi. *Herman.*

Nihil hoc versu mendosius. An legendum:

ζῶν σοὶ ταπεινὸς ἆρ' ἂν προσθεῖναι δοκῶ;

Obscure vivens, numquid videor tibi præmia laborum vendere, i. e. prodere. Hesychius: προσθεῖναι, τὸ παραδοῦναι τῷ λανθάνειν ὑπὸ πέρνημι. Eamque vim vocis illustravimus ad Androm. v. 1007. Deinde, sequenti versu:

ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς, ἀχὼ νεῶν.

Maxime celeberrimus ille Hercules ægritudine contabescens. Hoc saltem melius, quam quod dant vulgatæ. *Musg.*

Heath. corrigit: Ζῶ σοι ταπεινὸς ἀλλὰ πρόσθ' ἰέναι δοκῶ. *Vivo equidem tibi,* i. e. quoniam tu ita vis, *at humilis prorsus et abjectus hinc progredi mihi videor. Beck.*

Forte, ζῶ νῦν ταπεινὸς, λαμπρὸς εἶναί ποτε δοκῶν. *Reisk.*

1407. Nulla erat distinctio post ἄγαν γ', et male ante ποῦ distinguebatur. Ἄγαν γε spectat ad verba ζῶ σοι ταπεινός. *Herman.*

ποῦ κεῖνος. f. ταπεινὸς, et construetur cum ἄγαν γε. *Reisk.*

Hunc versum sic emendaveram:

Ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς πονῶ νεῶν.

Quod a vero proximo abesse nullus dubito, cum Musgravius quoque emendaverit:

Ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ἀχῶ νεῶν.

Judicent alii. — Insigne hoc distractorum verborum exemplum invitat, ut uni et alteri loco, quem simili vitio laborare suspicor, medicam manum admoveam. In Orphei Argonaut. v. 1192. legitur:

Αὐτὰρ ἑτωδ', ὃς μὲν Πλωτὴς πανυπερτάτος ἦεν
ἑταῖρος
Ζαθέμενος, πάρεσαν ΕΠΕΒΗΣΑΤΟ ΔΑΙΜΟΝΟΣ
αἴσῃ
Ἄρσενας δ' ἴφθιμον δὺο κάμανος ἀντιγάτους.

ΘΗ. Ὡς εἰς τὸ λῆμα, παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ. 1420
1410 ΗΡ. Πῶς οὖν ἔτ' εἶπας, ὅτι συνίσταλμαι κακοῖς;
ΘΗ. Πρόβαινε. ΗΡ. Χαῖρ', ὦ πρέσβυ. ΑΜ: Καὶ σύ μοι, τέκνον.

The. Animi fortitudine profecto vir eram quovis inferior.
1410 *Her.* Quomodo igitur adhuc dicis me malis fractum esse?
The. Procede. *Her.* Vale, O senex. *Am.* Et tu, fili mi.

Δαίμονος αἴσῃ esset *Jovis voluntate.* V. Mitscherlich. V. D. ad Hymn. in Cerer. p. 126. Mihi admodum probabile est, Pseudo-Orpheum scripsisse

Ζηξάμενος πολέων ΕΠΕΒΗΣΑΘ' ΟΜΑΙΜΟΝΟΣ αἴσῃ.

Cf. Hymnum in Cerer. v. 77.

— οἷδί τις ἄλλος
Αἴσιος ἀθανάτων, εἰ μὴ τερπληγέτης Ζεὺς
Ὃς μοι ἴδωσ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κτεάτισθαι ἄκοιτιν
Αἰνοπαρηγήτην.

Ex eodem canone emendandus corruptissimus Platonis Comici locus apud Athenæum. Lib. XV. p. 666. D. Ille in Comœdia, cujus titulus Ζεὺς fuit κακούμενος, coquum induxerat, qui, dum ipse cibos pararet, convivas ut cottabo tempus fallerent, adhortabatur.

Πρὸς πέντε δ' αἰζὸν ἕως ἂν σφῶν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ἕδὶ σκευάσω, πάνυ βούλομαι.
Ἀλλ' ΑΝΕΜΟΣ ΕΣΤΑΛΕΙΣ Θνΐαν ΠΑΙΣ ΘΕΟΝ
φέρε τὴν Θνΐαν· αἷ' ὕδωρ· σκυτίφιλα
παφάθνιτ.

Emendavit magnus Animadversor: ἀλλ' ἄγε μόνον vel ὕδωρ σταῖ· εἰς Θνΐαν παιδίον. *Age igitur puer aquam infunde in pilam.* In cottabi enim ludo pelvi opus erat, in quam aqua infundi solita est, docente Casaubono ad h. l. p. 943. Hæc pelvis Θνία sive Θυΐα vocabatur. Primum equidem et secundum versum coquo, tertium convivis, quartum denique iterum coquo tribuendum puto. Totum autem locum ita scribendum suspicor:

Α. Πρὸς πέντε δ' αἰζὸν, ἕως ἂν σφῶν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ἕδὶ σκευάσω πάνυ βούλομαι.
Β. Ἀλλ' ἄγε δοῦ Ὡς ΤΑΧΙΣΤΑ Θνΐαν ΠΑΙΣΤΙΚΟΝ.
Α. φέρε τὴν Θυΐαν· αἷ' ὕδωρ. κ. τ. λ.

Minima est literarum diversitas et una tantum syllaba adjecta, verbo ἐστάλης in ὦς ταχιστα mutato. Sæpissime enim factum est, ut, ultimæ verborum syllabæ cum supra lineam ponerentur, negligerentur a librariis. Scribi tamen possit quoque ὡς τάχος. Utramque dicendi formulam attigit Valckenar. ad Hipp. v. 493. Indicem Sophocl. V. τάχος. Ceterum similem versum legimus in Aristophan. Eqq. 120.

δὸς σύ μοι τὸ κοτύλιον ταχέως.

Eandem medelam adhibeam Fragmento Æschyli, quod legitur in Etymologico Gudiano, a cl. Kulenkampio edito in Specimin. Emend. in Etymol. M. p. 56. Κίνυ· ἡ δύναμις. Ἀπολλόδωρος ἰαμβεῖ.

ἀλλ' οὐ γὰρ εἰ ἐν' ἦν ἐς ἴμεντος οὐδ' ἔτι κίνυ.

ἀπὸ τοῦ ἀκινήτου

κωλὺς δ' ἀκίνητος ἰδρώς.

καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ· καὶ Θανόντων υἱὸν ἐν ΕΝΕΣΤΙΓΜΑΣΕΙ ΤΑ ΣΟΙ Δ' οὐκ ἰνίσει κίνυ, οὐδ' αἱμάσσοντα φλέβις. Θανόντων φασὶ ἀψύχους. Schneiderus V. CL. in Fragm. Pind. p 106. legendum putat: οὐκ οὖν ἰνίσει φθίγμα. Optime ad sensum. Hymnus Homer. in Vener. v. 238.

τοῦ δέ τις φρὴν μῦ ἐκέντησε οὐδ' ἔτι κίνυ
ἰσθ' ὅπῃ πάρος ἔσκεν ἐπὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι.

Propius tamen nos ad literarum ductus: καὶ Θανόντων εἶσιν οὐκ ΕΝΕΣΤ' ΙΓΜΑ ΣΚΕΠΑΣΤΗ Δ' οὐκ ἰνίσει κίνυ. *Mortui, quibus neque vox neque munita septaque omni*

ΗΡ. Θάψ', ὥσπερ εἶπον, παῖδας. ΑΜ. Ἐμὲ δὲ τίς, τέκνον;
ΗΡ. Ἐγώ. ΑΜ. Πότ' ἐλθών; ΗΡ. Ἡνίκ' ἂν θάψῃς τέκνα.

Her. Sepelito, ut dixi, liberos. *Am.* Sed quis me, fili, *sepeliet?*
Her. Ego. *Am.* Quando veniens? *Her.* Ubi sepelieris liberos.

τ *parte vis inest.* Ἰγμὸ, βοή. Hesychius. Ejusdem Æschyli Fragmentum legitur ap. Scholiast. in Sophocl. Œdip. C. 1043. καὶ Αἰσχύλος:

ἰφεῖ· ἴφει δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

Ubi legendum suspicor:

ἰφεῖ· ἴφουν τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

ut Sophocles in Ajace. v. 693.

ἰφεῖ· ἴφουν στερεχαρὲς δ' ἀνατόμαν.

quem locum excitat Eustath. p. 473. Rom. Καὶ χάραν δέ ποτε σημαίνει τὸ φρίσσειν καὶ οἱονεὶ ἔρθωσιν ἐκ λυσηρᾶς κατασκευάσεως εἰς τὸ ἰφρεῖα ἴφουσι στερεχαρὲς δ' ἀνατόμαν. — In poëta, Æschylo æquali, Pindaro Olymp. V. 36. corrupte legitur:

Ἀὐ δ' ἁμᾷ ἀρεταῖσι πόνος δαπάνᾳ τι μάρναται, πρὸς ἴφθιμον πυκαλυμένον· ᾧ δ' ἴχωντι ΣΟΦΟΙ ΚΑΙ παλίντιμον ἴδοξαν ἴμμεν.

Sensus horum verborum satis quidem expeditus est. *Ad magna periculique plena perficienda corporis animique contentione, divitiæque opus est, quæ virtutem h. studium perficiendi enitendique in alium, adjuvent. Qui vero scopum, quem ipsi sibi fixerant, attigerunt, civibus suis sapientes audiunt.* Hæremus in copula καὶ, quæ ordinem verborum implicat. Tu mecum lege:

ᾧ δ' ἴχωντι ΣΟΦΙΣΤΑΙ παλίντιμον ἴδοξαν ἴμμεν.

Antiquo enim et Pindari adeo ævo *σοφιστὴς honesta sapientum fuit aut in quavis arte excellentium appellatio*, ut verbis utar Valckenarii ad Hipp. v. 925. quem vide. Quare poëtas inprimis, apud quos omnis fere scientiarum cognitio fuit, hoc nomine adpellatos fuisse constat. Pindarus Isthm. V. 36.

μαλίσσων δὲ σοφιστατῖς
Διὸς ἴωσιν στρόβαλλον στιβίζόμενον.

ubi Schol. Σοφιστὰς δὲ καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Diogen. Laërt. Procem. Segm. XII. Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. καὶ οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί. ubi v. Menagium. T. II. p. 9. Athenæus. Lib. XIV. p. 632. C. Ὀρφέα σοφώτατον ἔλεγον. Καὶ πάντας τοὺς χρεμίνους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν, ὥσπερ καὶ Αἰσχύλος ἐποίησεν.

ὦτε οὖν σοφιστὴς παλαὸν παρασαίων χέλυν.

Coronidis loco adponam conjecturam de corruptissimo Pindari Fragmento, quod legitur ap. Athenæum. Lib. XIII. p. 801. Schneideri Collect. Fragm. Pind. p. 15.

Ἀλλ' ἴσχυ' ΕΚΑΤΙ ΤΑΣ πηγὰς ὡς ΔΑΧΘΕΙΣ ἰλιπῶν μελίσσων τήκομαι, ὧν' ἂν ἴδω παιδῶν νεογνὸν ἐς ἥβαν.

Alii aliter. Mihi in mentem venit:

Ἀλλ' ἴσχυ' ΕΠ' ΑΚΤΙΝΑΣ πηγὰς ὡς ΙΑΝΘΕΙΣ μελιχρῶν μελίσσων τήκομαι, ὧν' ἂν κ. τ. λ.

Ut cera, apium opus, ad solis radios liquefacta, sic ego liquesco puerorum conspecto flore. Lucretius de N. R. VI. 515.

Nubila
Mittunt humorum pluvium, stillantque, quasi igni
Cera super calido tabescens multa liquescat.

De usu verborum ἰαίνεσθαι et τήκεσθαι, v. Tib. Hemsterh. ad Hesych. Vol. II. g. 4. 5. *Jacobs.*

ΑΜ. Πῶς; ΗΡ. Εἰς Ἀθήνας πέμψομαι Θηβῶν ἄπο. 1425

1415 Ἀλλ' εἰσπόμιζε τέκνα δυσπόμιστα γῆ.
Ἡμεῖς δ' ἀναλώσαντες αἰσχύναις δόμον,
Θησεῖ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες.

Am. Quomodo? *Her.* Athenas usque a Thebis audiam.
1415 Verum liberos, vix toleranda piacula, intus fer.
Nos vero, qui perdidimus domum dedecore,
Sequemur, *ut* perditæ scaphulæ, Theseum.

1408. Sic scripsi pro vulgato ἧς δὲ τέξ-ϑην. *Herman.*

1411. κρύπτειν scribit Reisk. *Beck.*

1412. Θάπτ' ἔνδοθεν, ὥσπερ εἶπον, παῖδας.] Interpres: *Sepelito, ut dixi, liberos.* Annon melius foret: *Liberos sepeli, eo, quo dixi, modo.* Vid. supra ad v. 1354. *Musg.*

Θάπτ' ex edd. vett. pro ϑάφϑ' restituit Heath. *Beck.*

1414. πέμψομαι] Si interpreteris: *Athenas ipse deducar*, Amphitryonis quæstioni non quadrat. Si accipias pro: *Ipse te Athenas deportari curabo*, contra historiam peccat. Thebis sepultum fuisse Amphitryonem tradit Pausanias, p. 39. Ed. Sylburg. Ibi saltem usque ad diem fatalem commoratum esse innuit Euripides supra v. 1357. Ut has salebras expediamus, legendum suadeo πεύσομαι, *audiam*, i. e. nuncius mortis tuæ Athenas ad me a Thebis perveniet. Sic πεύϑετο γὰρ Κύπρονδε, Hom. Iliad. λ'. 21. *Musg.*

πέμψομαι Heath. et Reisk. reddunt *accersam*, et hic addit: "Oblitus sui poëta contradicit iis, quæ v. 1365. dixerat." *Beck.*

Εἰς Ἀϑ. π. Θ. ἄπο.] Hæc verba Prev. significare censet: Nunciabitur tua mors Thebis Athenas. Itaque reddidit: "Je sçaurai, quoiqu'absent, quel est en ces lieux le sort de ceux qui me sont chers. *Beck.*

Hercules hoc versu non sepeliri jubet liberorum cadavera, quod antea plus semel inculcaverat, sed intus deferri. Fuisse enim portæ fuerant, v. 1023. ut cum ipso spectaculum fierent. δυσπόμαστα γῆ non male interpreteris *terræ solum pollutentia.* vid. Œd. Tyr. v. 1426. *Musg.*

1415. Pro γῇ Prev. mavult δὴ vel δὲ legi, et reddit verba sic: "Mais portez dans l'intérieur du palais ces corps, dont on ne peut soutenir la vue. Nimirum antea palatii portas fuisse apertas, nunc eas forte claudi, aut si corpora sublata non fuerint, machinam, cujus ope spectatorum oculis sunt exposita, conversam esse. *Beck.*

1417. Θησεῖ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες.] Πανώλης, πανώλεϑρος, ἐξώλης, ἀπωλλύμενος. Sic Eurip. Electr. v. 60. Hesychius. Sic Sophocl. in Œdip. Colon. v. 1259. Ἀ. γὼ πανώλης ὄψ' ἄγαν ἐπραπτόμαν. Vide de voce ἐφολκίδες et de hac metaphora supra ad v. 631. Τοὺς δ' ἐφολκάδας χειρῶν, Ναῦς ἅς, ἐφίλξω. *Barnes.*

1418. Ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ σϑένος, μᾶλλον φίλων Ἀγαϑῶν, etc.] Hanc optimam sententiam, pondus et medullam, et τὸ ἀϑάνατον totius Fabulæ, ita Hugo Grotius vertit: *Quicunque ponit ante amicorum fidem Pecunias, aut regna, non recte sapit.* Quorum tamen posterior versus magis ex fide ita legeretur: *Pecunias, aut robur, haud recte sapit.* Et hujus quidem sententiæ veritas patet ex eo, quod Herodotus in Terpsichore dicit, ὅτι πατρώιόν τέ σφι ἐστὶ ξεινίην ἄνϑρ φίλῳ, συνοίδά τε καὶ εἰδώς. Quod ad me sane attinet, licet semper ego amicitiæ sanctissimus fuerim cultor, nullum unquam fere reperi, (uno aut altero excepto, præsertim mox excipiendo) qui vel mihi non falsus, vel qui de me non falsa tandem aliquando facile crediderit. Illud certe ante alios jure optimo usurpare possum, Herc. Fur. v. 55. Φίλων δὲ τοὺς μὲν οὐ σαφεῖς ἐμοὶ φίλους, Οἱ δ' ὄντες ἐξϑῶς, ἀλόντα πρόσφϑλῶν. *Heu! quos amicos habeo, pars certa fide Non sunt amici, pars opem ferre haud valent.* Ex Grotii Versione. Socrates in Phædro dixit, ὃς οὐχ ὑμαρτω-

Ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ σθένος μᾶλλον φίλων
Ἀγαθῶν τιτᾶσθαι βούλεται, κακῶς φρονεῖ.
ΧΟ. Στείχομεν οἰκτροὶ καὶ πολύπλαυτοι,
Τὰ μέγιστα φίλων ὀλίσαντες.

Quicunque vero divitias, aut potentiam, magis quam amicos
Bonos habere cupit, male sentit.
Cho. Imus miserabiles, et valde-lugentes
Amissis maximis amicis.

κακὸν κακῷ φίλον εἶναι, οὐδ' ἀγαθὸν ἀγαθῷ μὴ φίλον. De eligendis amicis consule Hieroclem in Pythagorica Carmina, p. 56. Isocratem ad Demonicum, et ad Nicoclem. Penes me jam habeo MS. vetus Anglicum, quod de amicitia colenda et de amicis eligendis copiose et docte tractat; quod et aliquando in lucem edere meditamur aliqua parte auctum et nitidius paulo expurgatum. Quatuor autem capita complectitur; c. 1. De Amicitia. c. 2. Præcepta continet de dignoscendis, eligendis et colendis amicis. c. 3. De calumnia tractat. Caput 4. Imaginem calumniæ, quam Apelles finxerat, describit. Quem ego libellum siquando edidero, accuratius adornabo in gratiam amici mei optimi, Caroli Cox de Battlebridge apud London. in Southwark, cujus insignem fidem et benevolentiam quotidie recolo. De colenda amicitia vide Hierocl. ad *χρυσᾶ ἔπη*, fol. 60. Marci Tullii Officia; Isocratem ad Demonicum, item Ciceronem de Amicitia; Luciani Toxarin, sive de Amicitia. Sed ut in viam redeam; Sallustius in Catilinæ Oratione: *Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Cicero pro Plancio: *Vetus enim est lex illa justæ veraque amicitiæ,— ut idem amici semper velint; neque est ullum certius amicitiæ vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum.* Q. Curtius, Lib. VII. *Firmissima inter pares amicitia.* Lucianus in Toxari decem habet exempla optimorum amicorum parium optima. Amicitia regum et magnorum virorum qua arte sit obtinenda, docet Horat. Epist. Lib. I. Epist. 17. et 18. de qua re idem: *Principibus placuisse viris non ultima laus est.* Sed hæc res, quanquam æque rara est, vix recte amicitia dicitur, ob personarum discrimen. *Barnes.*

1419. Πεπᾶσθαι] Possedisse. Thema *πάω*, *πῶ*, et *πάομαι*, id est, testante Eustathio, *πέπαμαι*, in perfecto passivo, *πέπαμαι* et *πέπαμμαι*, unde *πεπᾶσθαι* in infinito; de hac voce nos aliquid ad Ion. v. 677. Euripides in Orest. *μίθοις πεπᾶσθαι.* Scholiast. *ἀντὶ τοῦ ἀπολαύειν.* *Barnes.*

1420. Στείχομεν] MSS. Steph. *στείχομεν*, quod leges metricæ non admittunt. *Musg.*

Στείχομεν] Henricus Stephanus *στείχωμεν* potius legi putat, ideoque iterum vetera exemplaria profert, et simili loco confirmat ex Supplicum conclusione, idque versu anapæstico; sed nihil mihi probat. Fateor ego, recte *στείχωμεν* ibi legi, et scio, *στείχομεν* non minus recte hic legi debere: Quare nihil muto. *Barnes.*

1421. Τὰ μέγιστα φίλων ὀλίσαντες.] Hæc Chorus Thebanorum senum, de Hercule, amicissimo principe, et duce calamitatibus jam oppresso, et modo abeunte, scenam claudens loquitur. Τὰ *μέγιστα φίλων* pro *μέγιστον τῶν φίλων* dicitur, ut Hecub. v. 782. Polymestor ab Hecuba primus amicorum dicitur: Πολύμηστ' ἀρίζηλ' *πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων*: ubi *πρῶτα* pro *πρώτου*. Sic Lucretius, Lib. I. *Ductores Danaum delecti* prima *virorum*, pro *primi*. De qua re videsis Turnebi Adversar. Lib. XXV. c. 29. Ita Euripides *τὸ ἀνάλωτον* pro *οἱ ἀνάλωτοι* dixit. Iphigen. Taur. v. 328. In quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

ΤΕΛΟΣ ΗΡΑΚΛΕΟΤΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΤ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΗΛΕΚΤΡΑΣ

ΥΠΟ ΙΝΣΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΝΕΣΙΟΥ.

Ο ΑΙΓΙΣΘΟΣ, συμπραξάσης αὐτῷ τῆς Κλυταιμνήστρας, ἀδελφόνησι τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐπιλαβὸν, τὸ γένος αὐτοῦ παντελῶς ἀναιρεῖν ἐζήτει. Ὁ δὲ Ὀρέστης, παῖς ὢν ὡσεὶ ἐνδεκαέτης, ἐκ τοῦ πυρὸς σωθεὶς ὑπ' Ἠλέκτρας ἀδελφῆς εἰς Φωκίδα πρὸς τὸν Στρόφιον, Πυλάδου πατέρα, ἀπεστάλη. Τὰς μὲν δύο θυγατέρας Ἀγαμέμνονος, Χρυσόθεμιν δηλονότι καὶ Ἠλέκτραν, ἡ Κλυταιμνήστρα αὐτὴ θανάτου ἐφήρπασεν, πείσασα τὸν Αἴγισθον. Καὶ τὴν Ἠλέκτραν ἀγριαίνουσαν καὶ ἐπὶ φόνῳ πατρὸς ἀγανακτοῦσαν ὁ Αἴγισθος ἀνδρὶ πένητι εἰς γάμον ἔδωκεν, αὐτουργῷ, ὅπως δὴ γενναίῳ τὴν φύσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ εἰς τὴν τιμωρίαν ἐσομένῳ. Οὗτος δὲ αὐτὴν, ὡς βασιλικὴν παρθένον οὖσαν, ἔθικτον ἴσχει, ἢ σωφρονῶν, ἢ ἑαυτὸν ἀναξιῶν, ἢ δεδιὼς τὸν Ὀρέστην. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῷ Δράματι προπαρασκευαστικά· ἃ καὶ προλογίζων ὁ αὐτουργὸς δηλοῖ. Ὁ δὲ Ὀρέστης ἥδη ἡβήσας, καὶ δι' Ἀπόλλωνος χρηστηρίων εἰς τὴν τοῦ πατρὸς ἐκδίκησιν ἐνθυζώμενος, εἰς τὸ Ἄργος ἐπανέρχεται λάθρα. Τῇ δὲ ἀδελφῇ Ἠλέκτρᾳ συντυχὼν, πάντα τὰ περὶ τὸν Αἴγισθον μανθάνει· ὃν αὐτίκα βουλευτῶνται διαχωρίζει, ἐκδικησάμενος τὸν φόνον τοῦ πατρὸς, καὶ ὕστερον τὴν μητέρα Κλυταιμνήστραν, τῆς

ÆGISTHUS, consentiente Clytæmnestra, Agamemnone per dolum cæso, regnoque Argivorum occupato, stirpem ejus radicitus evellere voluit. Orestes, puerulus quasi undecennis, a sorore Electra ex igne ereptus, in Phocidem ad Strophium, Pyladæ patrem, summittitur. Duas Agamemnonis filias, Chrysothemin nempe et Electram, ipsa quidem Clytæmnestra morti surripuit, persuaso Ægistho. Et Electram ferocientem et ob patris cædem indignantem Ægisthus viro pauperi nuptum dedit, colono, veruntamen indolis generosæ, ut ad vindictam impotentiori futuro. His vero illam, utpote regiam virginem, intactam habuit, vel modeste agens, vel indignum se ratus, vel Orestem veritus. Et hæc quidem Fabulæ præparatoria; quæ et prologum agens Colonus declarat. Orestes vero, jam adultus, et Apollinis Oraculo ad patris ultionem stimulatus, ad Argos clam redit. Electram itaque sororem conveniens, de rebus Ægisthi et statu illius fit certior. Quem statim sacrificantem opprimit, necem patris ultus, et postea

Ἠλέκτρας συμβουλευούσης αὐτῷ. Μητροκτονῆσαι δὲ τολμήσαντες παραχρῆμα μετανοήσειαν σφόδρα, συμπαθόντες αὐτῇ. Ἐπιφανέντες δὲ οἱ Διόσκουροι ἀπὸ μηχανῆς παραμυθοῦσαι αὐτούς, καὶ, τί πρακτέον αὐτοῖς, ὑποτιθέμενοι, τὴν ἀθυμίαν αὐτῶν ἀφαιροῦσιν.

Ἡ Σκηνὴ τοῦ Δράματος ὑπόκειται ἐν ὁρίοις τῆς Ἀργείας γῆς. Ὁ μὲν Χορὸς συνίστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων, τουτέστι, ἀγροίκων, γυναικῶν. Προλογίζει δὲ, ὡς προείρηται, ὁ Αὐτουργός.

Clytæmnestram, Electra illi simul consulente. Ausos vero matrem interficere, statim ipsos pœnituit vehementer, ejus misertos. Apparentes autem Castor et Pollux ex improviso, consolantur eos, et, quid factu opus sit, docentes, eorum mœstitiam tollunt.

Scena hujus Fabulæ in finibus Argivæ terræ fingitur. Et Chorus quidem ex mulieribus indigenis, hoc est rusticis, constat. Colonus vero, ut supra dictum est, prologum agit.

PETRUS VICTORIUS

NICOLAO ARDINGHELLO CARDINALI

S.

VIGET adhuc in me, Ardinghelle amplissime, studium illud, quo superioribus annis valde flagravi, bonos auctores adjuvandi: nec cesso, quum ex occupationes licet, aliquid operæ, diligentiæque, huic etiam parti literarum dicare. Qui mei labores aliquando foras prodibunt, et aliquid utilitatis, ut spero, studiosis bonarum artium adportabunt. Nuno quum in manus meas venerit Euripidis Electra, quæ adhuc in tenebris latuit, ac situ rene, carieque confecta erat, visum mihi est illam ad te mittere: quem, quamvis multis magnisque negotiis distentum esse sciam, tamen toto animo literarum studia, et ingenuas artes amare cognovi. Arbitror enim hoc munusculum tibi, et ob poëmatis excellentiam, et ob auctoris nobilitatem non parum gratum fore. Tu vero quum ipse diligenter legeris, si tibi videbitur, aliis etiam legendam, ac formis quoque excudendam dabis. Quod, quia te cunctis in rebus publicorum commodorum studiosum cognovi, omnino puto esse facturum.

E tenebris autem illam primum eruerunt ingeniosi, eruditique adolescentes, cives nostri, Bartholomæus Barbadorus, ac Hieronymus meus, quum vetera hujus poëtæ exemplaria, ut jam editas Tragœdias multis mendis scatentes cum illis conferrent, undique conquirerent, ac sedulo illa pertractarent, statimque ad me attulerunt, quo duce illi in studiis literarum usi sunt. Ipse postea accurate lectam, et non paucis locis purgatam, (præcipue autem personæ perturbatæ erant) quæ a te quoque legeretur, dignam esse existimavi. Quin autem illa Euripidis sit, dubitari non posse arbitror. Præterquam enim quod inter medias ejus poëtæ fabulas in vetustissimo codice interjecta est, testimonio antiquorum scriptorum id liquido confirmatur, qui inde exempla sæpe sumunt. Stilus quoque id et elegantia sermonis manifesto declarant. Unde autem hoc boni, quicquid est, manaverit, significare etiam tibi, aliisque non inutile existimavi: ne et illis sui laboris merces eriperetur, et ut quotidie magis magisque ad laudem ea degustata excitarentur.

Nam quod tibi eam mittendam statui, non dici potest quantopere illi gavisi sint. Sunt enim mirum in modum amplitudinis, dignitatisque tuæ amantes, et incredibiles animi tui dotes (ut debent) admirantur. Quod quum sua sponte faciant, cui enim cognita non est eruditio, probitas, humanitas, admirabilis quædam naturæ tuæ comitas, qua omnium animos, eorum etiam, qui te semel viderunt, tibi concilias? faciunt etiam hortatu meo, ac crebra tuarum illarum præclarissimarum virtutum prædicatione. Ipse sane, quum semper te dilexerim, nunc vero tantis honorum gradibus merito auctum colam, ac nonnulla, quæ non omnino vacua consilio mihi fuisse videntur, aliquando fecerim: nihil unquam mihi sapientius fecisse videor, et in quo mihi magis placeam, quam quod mature ingenii tui divinitatem perspexi, et exorientes laudes tuas, quantum potui, celebravi, demumque te mihi unum præcipue semper observandum esse duxi. Sed nimis provectus sum, quum tamen parvam partem tuarum virtutum attigerim: amor autem idem ille, et ingens admiratio tui, me ultra quam nunc oportebat abripuit, atque asportavit. Vale et me ama. Florentiæ pridie Calend. Martii MDXLV.

VICTORII ARGUMENTUM ELECTRÆ.

Cæso per dolum Agamemnone, regnoque Argivorum occupato, Ægisthus filios quoque ipsius interimere voluit. Orestes infans e media cæde a sorore Electra ereptus, servo in aliam terram asportandus traditur: feminis vitam socia facinoris Clytæmnestra ab adultero impetravit. Quarum alteram ferociorem quum jam nubilem Ægisthus videret, periculum sibi inde creari existimans, nobili alicui dare nuptum recusavit, nec domi grandem jam tenere, metuens furtivas nuptias, tutum esse credens, colono cuidam conciliavit, qui se indignum eo matrimonio intelligens, integram eam servavit. Orestes adultus, et patris ulciscendi, et regni recuperandi cupidus, clam in agrum Argivum se contulit, sororemque, quam extra urbem vivere audierat, invenit: a qua quid fieri oporteret admonitus, ususque opera veteris sui conservatoris, manuque fidelis amici comitisque Pyladis, Ægisthum primum in agro immolantem necavit; deinde Clytæmnestram, tractam in insidias ab Electra, interfecit. Quo parricidio perpetrato, statim ipsos vehementer pœnituit, quod toto pectore expetiverant, fecisse. Confectos

lios ægritudine, ac se sceleris damnantes, affines ipsis sanguine Castor ac Pollux adventu suo consolantur; et quid e re nata facere illos opus sit docent, cunctaque plena maximarum perturbationum componunt.

Exitus igitur fabulæ ἀπὸ μηχανῆς, ac similis admodum dissolutioni Orestis. Quod enim hic faciunt Dioscuri, illic Apollo præstitit. Utriusque autem finis, quum minime tristis sit, (non male enim actum est cum superstitibus, ac voti pene compotes omnes facti sunt) magis proprius esse comœdiæ, quam tragœdiæ, videtur: nam quod in argumento hic fingit poëta, eorum illum a virgine, quam domi diu habuerit, se abstinuisse, non verisimile est: quod tamen vitium ipse purgare summo studio conatur, quum dicit, quamvis pauperem hominem, nobili stirpe natum dicit, ut generositas animi iniquitate fortunæ extingui non potuerit. Præterea cum reformidasse eum Orestem narrat, si quando revertisset, ne pœnas illi daret violatæ sororis, sed etiam secum quoque illum cogitasse demonstrat, non habuisse jus in alienam filiam Ægisthum, ut ratæ nuptiæ illæ ullo pacto esse potuerint. Si quid aliud hujusce modi est in coagmentatione rerum, quod ratione careat, nec satis belle cohæreat, id eruditi ac ingeniosi viri videbunt. Neque enim nunc nobis propositum est id accurate ostendere. Utinam ut hæc fabula partes quasdam habet elegantissimas, summoque artificio confectas, necnon optimarum verissimarumque sententiarum tota plena est, ita reprehensione hac, culpaque vacaret, ac rectam οἰκονομίαν haberet.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν ἀρίοις τῆς Ἀργείας γῆς. Ὁ δὲ Χόρος συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γυναικῶν

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ ΜΥΚΗΝΑΙΟΣ.	COLONUS MYCENÆUS.
ΗΛΕΚΤΡΑ.	ELECTRA.
ΟΡΕΣΤΗΣ.	ORESTES.
ΠΥΛΑΔΗΣ, ἄφωνον πρόσωπον.	PYLADES, mutus Persona.
ΧΟΡΟΣ.	CHORUS.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.*	CLYTÆMNESTRA.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.	SENEX.
ΑΓΓΕΛΟΣ.	NUNCIUS.
ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.	GEMINI, id est, Castor et Pollux.

Προλογίζει δὲ ὁ Αὐτουργός. Prologum autem agit Colonus.

* Omittit hanc personam Victor. Addendam esse monuit Æm. Portus. Stiblinus, qui quo ordine in Brubachiana personæ legendæ essent, non perspiceret, non modo confudit personas, sed etiam ἄφωνον πρόσωπον et Πυλάδης tanquam diversas personas diversis locis posuit. *Seidler.*

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΛΕΚΤΡΑ.*

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Colonus Mycenæus, prologum agens, Agamemnonis lamentabilem cædem narrat, et Clytæmnestræ ac Ægisthi impiam crudelitatem, quomodo Orestes sit neci surreptus, Electra autem sibi, viro ignobili, in matrimonium data; quam tamen ille sanctam et inviolatam habuerit; et hinc occasio et ratio omnis præsentis Argumenti pendet. Electra, sub crepusculum aquam hausturæ, sidera testatur, se indignissime a matre regia domo ejectam, tantique Colonum, cui tradita erat, revocantem illam a sordido illo labore, ut pium hominem et virum in adversis amicum commendat. Interea Orestes cum fidissimo laborum et erumnarum socio Argos clam redit, quæsitaras sororem et patris necem ulturus. Chorus Electram ad deorum festa et lætitiam hortatur; illa negat, se solennibus gaudiis aptam; patris itaque cædem deplorat, fratrisque Orestæ, qui solus in tantis malis solatio esse possit, præsentiam optat, ut postea desideratior et exspectatior ejusdem adventus videatur.

ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ.

Ὦ ΓΗΣ παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥοαὶ,

COLONUS.

O Terra antiquum Argos, Inachi fluenta,

Multi Critici, ut Voltarius (in libello, qui inscribitur: Dissertation sur les principales tragédies qui ont paru sur le sujet d'Oreste, par M. du Molard, sub quo nomine Voltaire latet) monet, dubitarunt, utrum Electra Euripidea esset fabula nec ne, idemque conjicit, forte eam ab aliquo Alexandrino poëta e fragmentis deperditæ fabulæ Euripideæ esse compositam. Prev. contra observat, non ea reperiri, quæ in talibus consarcinatis opusculis deprehenduntur. On y remarque, inquit, bien des défauts, mais non ceux que devroit entraîner une telle réunion: il y a de la suite dans le plan, on n'y voit pas ces inégalités, ces disparates, ces fausses liaisons, ces transitions forcées que n'auroient vraisemblablement pas ceux qui se seroient chargés d'une entreprise aussi délicate. Enfin il me paroît qu'on ne peut nier que cette pièce ne soit d'Euripide, quelqu'inférieure

* Electra citatur Stob. Grot. Flor. III. p. 23. v. 996. junct. ad Fragm. VI. Antiop. Tit. XCVII. p. 389. v. 37. ubi Incertus in marg. — Tit. XLIX. duo versus ex Electr. qui in illo dramate non legantur Musgravius falso citat II. Plutarch. Vol. II. 296. *Burn.*

Idem Argumentum tractat Sophocles in Electra, licet œconomia nonnihil diversa. Ad hanc materiam pertinent et aliæ fabulæ, Æschyli nempe Agamemnon, Choëphori et Eumenides, Senecæ quoque Agamemnon, Euripidis Orestes. Diversa autem fabulæ ejusdem dispositio, et œconomia alia, non modo diversis poëtis frequens est; sed etiam idem aliquis poëta idem aliquando argumentum diversis modis tractat, ut variatione voluptas augeatur.

Ὀθίν ποτ' ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρη,
Εἰς γῆν ἔπλευσε Τρφάδ' Ἀγαμέμνων ἄναξ.
Κτείνας δὲ τὸν κρατοῦντ' ἐν Ἰλιάδι χθονὶ
Πρίαμον, ἰλὼν τε Δαρδάνου κλεινὴν πόλιν,

Unde quondam, ducens navibus mille Martem,
In agrum Trojanum navigavit Agamemnon rex.
Interfecto autem, qui regnabat in Iliaco solo,
Priamo, captaque Dardani inclyta urbe,

qu'elle soit à l'Electre de Sophocle, et à la plupart des autres pièces d'Euripide lui-même. " Idem correxit aliquot locis comparationem inter Sophoclem et Euripidem a Voltario institutam et judicium inde ductum. Ipse potius ita censet:" Le style, inquit, d'Euripide (in hac fabula nempe) a beaucoup des charmes, il a souvent de l'élévation et de la magnificence, il est toujours pur et harmonieux et il est peut-être fort difficile de ne point commettre injustice en comparant la manière d'écrire de deux poëtes qui ont joui d'une égale célébrité, et dont la langue n'est plus parlée. C'est moins le style, à ce qu'il me semble, qui distingue pour nous l'Electre de Sophocle de celle de ses deux rivaux, que l'art admirable avec lequel la pièce est conduite la sagesse de l'ordonnance, et la régularité du dessein, la grandeur, la simplicité de l'action, la force et la constance des caractères. On ne voit dans ce chef-d'œuvre nitraits informes et grossièrement ébauchés, comme dans les Choéphores d'Eschyle, ni ornemens frivoles et ambitieux comme dans l'Electre d'Euripide. Tout y porte l'empreinte du génie, et tout y annonce la perfection de l'art. " Addidit idem Prev. judicium feminæ cujusdam doctæ, quæ singulas quasdam scenas fabulæ Eurip. satis movere animum, sed totam fabulam non satis magnam habere vim, ostendit. Eadem conjicit, Euripidem post duo illos poëtas Electram scripsisse, et, ut hos superaret, novam quandam ingressum esse viam, sed minus feliciter. Assentitur Prev. et sub finem hæc adjicit: " Euripide est inférieur à Sophocle dans la manière dont il a traité ce sujet. Il en a négligé les parties principales. Mais il a sçu l'embellir par d'intéressans épisodes, et animer la scène par un spectacle nouveau. C'est loin de palais et au milieu des champs qu'il nous transporte pour nous offrir le tableau des mœurs simples et pures de leurs paisibles habitans. Le cultivateur, le vieux gouverneur d'Agamemnon, Electre même, au milieu de leurs occupations rustiques, plaisant par leur simplicité et par les souvenirs que réveille toujours l'image de la vie champêtre. Le caractère de Clytemnestre à une teinte de douceur qui rend sa mort plus touchante. On trouve enfin dans quelques scènes de cette pièce des traits d'une sensibilité profonde, de beaux monumens, des sentimens nobles et heureusement exprimés; et, malgré de nombreux défauts, on y reconoît encore l'auteur d'Hippolyte et d'Iphigénie.

Cæterum ex eodem Voltarii libro Prev. excerpsit indicem præcipuarum tragœdiarum veterum et recentiorum, quarum argumentum Electra est. Addidit Electram Rochefortii, a. 1782. editam. *Beck.*

1. Ἄργος,] Legendum ἄλκος, *gloriatio*. Sic ἴλκος Ἰώνων, Antholog. p. 277. Hesychius: ἴλκος, καύχημα. Alibi autem ab Euripide commemoratur Argivorum de historiis antiquis gloriatio: vid. Phœn. v. 1153. Herc. Fur. v. 1011. Neque id temere et nullo consilio feciase eum crediderim, sed potius, ut Argivorum causam deprimeret, qui soli inter Græcos cum Athenienaibus de antiquitate urbis et dois deorum contendebant. Pausan. p. 13. l. 16. Ed. Sylb. *Musg.*

Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος,] Ita Sophocl. Electr. v. 4. Τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος, ἱππότα, σέθεν. Scholiast. Ὅμηρος χωρίζει τὸ Ἄργος καὶ τὸν Μυκήνην· οἱ δὲ πάντα τὸν αὐτὸν Μυκήνην καὶ Ἄργος φασίν. Ἄλλως· Ἄργος ἱππόβοτον τῇ Χάρᾳ, ὡς Ὅμηρος· Ἄργος τι Σπάρτη τε· παλαιὸν δὲ, ἢ ὅτι Ἄργος, ὁ πρωτόκτιστος αἰνῶν, γηγενὴς ἦν, ἢ ὅτι καὶ αὐτοὶ πρωτογενεῖς ἀνεπαισθήτως ὦσαι, etc.

Barnes.

Ἀφίκετ' εἰς τόδ' Ἄργος· ὑψηλῶν δ' ἐπὶ
Ναῶν τίθησι σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.
Κἀπεῖ μὲν, εὐτύχησεν· ἐν δὲ δώμασι,
Θνήσκει γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας δόλῳ,

In hanc urbem Argos rediit: excelsis autem in
Templis posuit spolia plurima barbarorum.
Et illic quidem, rem feliciter gessit: in ædibus vero,
Moritur uxoris Clytæmnestræ dolo,

Reisk. emendat: ὦ τριστάλαιον, *O tot* infigna urbs, i. e. valde antiqua. *Beck.* Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος,] Idem fere significare videtur, ac si dicas ὦ Ἄργος, παλαιὰ τῶνδε τῆς γῆς πόλις, sive ὦ πτῶμα τῆσδε τῆς γῆς, παλαιὸν Ἄργος. Ex parte similia sunt Phœniss. 1075. ἑστάσαργα πλεῖσθε γᾶς, et Soph. Œd. Col. 297. παγχάλκευτον ἕδος γῆς ἔχω. Musgravius pro Ἄργος conjicit ἕδρας, Reiskius τριστάλαον pro γῆς παλαιόν. Notandum autem est hoc genus compellationis per vocativum, ad quam in sequentibus non amplius respicitur. Exclamationem verius dixeris quam compellationem. Pari modo noster in Andromachæ initio:

Ἀσιήτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις,
Ὅθεν ποθ' Ἕλλην στὸν πολυχρύσῳ χλιδῇ
Πρίαμον σίφασσον ἱππίαν δορυξόον.

ubi fallitur Brunckius, qui σχῆμα et πόλις nominativos putat, omisso ἐστί. Nam Alcestidis quoque initium non multum differt:

ὦ δώματ' Ἀδμήτου, ἵν' αὖ ἔτλην ἐγὼ
Θῆσσαν τράπεζαν αἰόλους, θεὰς σιγᾷ ὕπο.
Ζεὺς γάρ, etc.

Cf. etiam nostræ fabulæ, v. 55. sqq. et 432. sqq. *Seidl.*

2. Ὄθεν ποτ' ἆρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρη,] Agamemnon mille naves bello instructas contra Trojam duxit, unde Græci in illa expeditione dicuntur χιλίοναυς στρατός. De qua re lege Homerum in Bœotia, sive Navium Catalogo, Iliad. Lib. II. Et Euripidis Iphigen. Aul. Chorum totum actus primi. *Barnes.*

Ἄρη, editur vulgo Ἀρή. Illud dedi Porsonum secutus ad Phœniss. v. 134. 950. 1020. *Seidl.*

Ἀρή, ed. Vict.

6. a. ὑψηλῶν δ' ἐπὶ Ναῶν τίθησι σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων·] Ita infra v. 1000. Σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν πυκάσματα δόμοι. Mos erat apud Veteres, ut victores hostium spolia templorum tholis suspenderent, gratitudinis in Deos, victoriæ auctores, signum et memoriæ causa. Hinc Valerius Maximus Lib. VII. c. 6. *Opera M. Junii Dictatoris, Rempublicam administrantis, spolia affixa templis, Deorum numini consecrata.* Pulchre hunc ritum describit Silius Italicus Lib. 1. *In foribus sacris, primoque in limine templi, Captivi currus, belli decus, armaque rapta Bellantum ducibus, savaque in Marte secures, Perfossi clypei, et servantia tela cruorem, Claustraque portarum pendent.* Quin et Horatius hujus moris meminit, Carmin. Lib. IV. Od. 15. *Et signa nostro restituit Jovi Direpta Parthorum superbis postibus.* Idem Christianis mos nunc placuit; et frequenter apud historicos legimus, insignia fusorum hostium templis Christianorum suspensa, cum victores laudes suas Deo publice agendas duxerint. Nobis hic non est diutius immorandum. *Barnes.*

Ἀφίκετ'] Verbo ἀφικνεῖσθαι similiter *de redeuntibus* utitur Noster Hec. v. 954. Æschyl. Pers. v. 15. Agam. 515. Idem usus est verbi μολεῖν, ut infr. v. 48. aliorumque verborum ejusdem significationis. Vid. Heindorf. ad Platon. Protag. 4. p. 462. *Seidl.*

7. Ναῶν] Intellige cum Barnesio *templorum*, non *navium*. vid. infra v. 1000. Æschyl. Agam. v. 568. *Musg.*

Contra Heathius ναῶν accipit de navibus. Defuisse enim Agamemnoni opportunitatem Trojanorum spolia templis deorum Argivis consecrandi, cum statim sub ipso appulsu ab Ægistho fuerit interfectus. *Beck.*

Καὶ τοῦ Θυέστου παιδὸς Αἰγίσθου χερί.
Χὠ μὲν παλαιὰ σκῆπτρα Ταντάλου λιπὼν,
Ὤλωλεν· Αἴγισθος δὲ βασιλεύει χθονὸς,
Ἄλοχον ἐκείνου Τυνδαρίδα κόρην ἔχων.
Οὓς δ' ἐν δόμοις ἔλιπεν, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει,
Ἄρσενά τ' Ὀρέστην, θῆλύ τ' Ἠλέκτρας θάλος,
Τὸν μὲν πατρὸς γεραιὸς ἐκπλέκτεις τροφεὺς,
Μέλλοντ' Ὀρέστην χερὸς ὑπ' Αἰγίσθου θανεῖν,
Στροφίῳ τ' ἔδωκε Φωκέων εἰς γῆν τρέφειν·
Ἡ δ' ἐν δόμοις ἔμεινεν Ἠλέκτρα πατρός.

10 Et Ægisthi, filii Thyestis, manu.
Et ille quidem antiquis sceptris Tantali relictis
Periit. Ægisthus vero terræ regnum obtinet,
Uxorem illius, Tyndari filiam, habens.
Quos vero domi reliquit, quum ad Trojam navigavit,
15 Maremque Orestem, femineumque Electræ genus,
Hunc quidem patris senex nutritor surripit,
Orestem, cum Ægisthi manibus jam prope esset ut moreretur,
Strophioque dedit in Phocensium agro alendum:
Hæc vero Electra in patris ædibus remansit.

Νεῶν] Recte de templis, non de navibus, intelligit Barnesius, coll. infr. v. 1000.

σκῦλα σὰ γὰρ θεῶν πεπόρπωται δόμοι.

Nimis argutatur Heathius. *Seidl.*

9. Θυέστου γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας δόλῳ.] Lege γυναικὸς ἐκ. *Por.*

Θυέστου γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας δόλῳ.] Quomodo Agamemnon, Troja reversus, domi fuerit cæsus uxoris et Ægisthi insidiis, vide Homer. Odyss. λ'. v. 408. Ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρόν τε, Ἕκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ ἑλάχῃ δὲ θάνοιμι πεπάντων, etc. Et Scholiastes Æschyli argumentum ad fabulam Agamemnon dictam. *Barnes.*

11. Καὶ] Male scribunt χ' ᾗ sive χ' ἁ. Vid. Excurs. ad Troad. v. 399. p. 147. *Seidl.*

12. Ὤλωλεν Αἴγισθος δὲ βασιλεύει χθονὸς,] Ita Seneca, Agam. v. 915. *Pater parentum scelere materno jacet: Comes paterna possidet. Natus neci. Ægisthus arces Veneri quæsitas tenet. Æmil. Portus.*

14. Vulgo: οὓς δ' ἐν δόμοις ἔλιπεν, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει. Elegantiores numeros restitui ad exemplum Orest. v. 63.

ἦ γὰρ πατ' οἴκους ἦλθ', ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλα. *Seidl.*

18. De hoc versu vid. ad Rhes. v. 925. *Musg.*

19. Ἡ δ'] Vulgo legunt ἁ δ' et punctum ponunt post πατρός. Sed conf. Orest. v. 63. seq. quem modo citavimus. Neque enim illud potissimum narraturus est, domi eam remansisse, sed qualem ibi sortem habuerit. *Seidl.*

22. Ita hunc et sequentem versum edidit Schæferus ex emendatione Porsoni ad Med. v. 5. Vulgo:

δόμους δὲ, μή σφ παῖδας Ἀργείων τίσαι,
Ἀγαμέμνονος πανώνυμος, ἔχω δι δόμων.

Disputat Porsonus ita: "Corrupta vox Ἀργείων sensui repugnat, et cum συλᾷ: prioris versus metro necessarium faciat, anapæstum in quartam sequentis sedem invexit, συνώνυμος." *Seidl.*

23. Piersonus Verisim. p. 67. ne am-

Ταύτην, ἐπειδὴ θαλερὸς εἶχ' ἥβης χρόνος,
Μνηστῆρες ἦτουν Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός.
Δείσας δὲ, μή τῳ παῖδας Ἀργείων τέκοι,
Ἀγαμέμνονος τοιχάτορας, εἶχεν ἐν δόμοις
Αἴγισθος, οὐδ' ἥρμοζε νυμφίῳ τινί·
Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτ' ἦν φόβου πολλοῦ πλέων,
Μή τῳ λαδραίας τέκνα γενναίῳ τέκοι,
Κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως
Μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός.
Εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα σκῆψιν εἶχ' ὀλωλότα,

Hanc, postquam florens pubertatis tempus ipsam habuit,
Proci petebant Græcæ principes terræ.
Metuens vero, ne cui Argivorum liberos pareret,
Agamemnonis ultores, eam continebat domi
Ægisthus, nec ulli sponso despondebat.
Cum vero hoc etiam magni metus plenum esset,
Ne cui generoso viro liberos clam pareret,
Interficere ipsam statuit crudelis. Quamtumvis autem mala
Mater ipsam servavit ex Ægisthi manu.
Quoad enim maritum occisum habebat speciosam causam;

pestus in quarto loco sit, scribendum statuit:

Ἀγαμέμνονος τοιχάτορας, σφ' εἶχ' ἐν δόμοις.

Ego vero anapæstos in paribus locis nec libenter a tragicis positos, nec penitus repudiatos, censeo. Exemplum vide Troad. v. 352. *Musg.*

Heath. emendat: τοιχάτορά γ' εἶχ' ἐν δόμοις. *Beck.*

27. Κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως.] Ita Ed. Victor. MS. α. κτανεῖν σ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων δ' ὅμως, consentientibus MSS. β, γ, nisi quod σφ' pro σ' exhibent. Æmilius Portus sic emendat:

κτανεῖν σφ' ἐβούλευ' ὠμόφρων· καιὴ δ' ὅμως.

Sed minus a MSSorum vestigiis recedit:

κτανεῖν σφ' ἐβούλευ' αὖτις· ὠμόφρων δ' ὅμως.

Musg.

Κτανεῖν σφ' ἐβούλευ' ὠμόφρων· Καιὴ δ' ὅμως] Ita pro corrupto illo, quod prius, Κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως, legimus; Canterumque, Portum, et Miltonum laudatores habeo. Scaliger legit Κτανεῖν ἐβούλευ' ὠμόφρων νιν· ἡ δ' ὅμως, quod minus laudo; quia longius a veteris lectionis vestigiis recedit. Duportus nihil omnino ad hanc fabulam notat. *Barnes.*

Reiskius conjicit: κτανεῖν σφ' ἐβούλευ' ὠμόφρων, ἡ δ' οὖν ὅμως. *Beck.*

Κτανεῖν σφι βουλεύσαντες ὠμόφρων ὅμως] Ita emendavimus hunc versum librorum vestigia secuti. Ed. Victorii:

κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως.

Virorum doctorum conjecturas, quæ ad unam omnes a librorum lectione magnopere recedunt, nihil attinet referre. Vox βουλεύσαντες in libris MSS. sic fere exarari solet, βουλεύσαντ. cf. Ind. ad Greg. Corinth. Schæf. litteris ος. Atque hoc superscriptum ο sæpe cum littera, cui superscribitur, connectitur, (vid. ad eundem Gregor. Tab. Æn. IV. Num. 18. v. σύνδεσμος) ut facillime pro apostropho haberi potuerit. Particulam autem δ' post ὠμόφρων inserere debuerunt, qui male legissent antecedentia. Ceterum cf. An-

Παίδων δ' ἴδεισε μὴ φθονηθείη φόνῳ.
Ἐκ τῶνδε δὴ τοιόνδ' ἐμηχανήσατο
Αἴγισθος· ὃς μὲν γῆς ἀπηλλάχθη φυγὰς
Ἀγαμέμνονος παῖς, χρυσὸν εἴφ', ὃς ἂν κτάνῃ.
Ἡμῖν δὲ δὴ δίδωσιν Ἠλέκτραν ἔχειν
Δάμαρτα, πατέρων μὲν Μυκηναίων ἄπο
Γεγῶσιν, οὐ δὴ τοῦτό γ' ἐξελέγχομαι·

30 Sed timuit, ne liberorum cæde sibi conflaret invidiam.
Ob has igitur *causas* tale quid machinatus est
Ægisthus: qui quidem ex *hoc* agro discessit exul,
Agamemnonis filius, aurum promisit *ei*, qui interfecerit *ipsum*.
Nobis vero jam dedit Electram, ut *eam* habeamus
35 Uxorem, qui ex parentibus quidem Mycenæis
Nati sumus. Nec enim hac *in parte* redarguor.

drom. 798. Ἀνδρομάχην ποτανῶν καὶ παῖδα βουλεύσασα. *Seidl.*

29. Εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα σπῶφιν εἰχ' ἑλκεσίπεπλος,] Causam habuit et prætextum, quare se defenderet Clytemnestra; quod nempe Agamemnon filiam ejus, Iphigeniam, mactasset, et hoc prætextu se armat impudica viricida apud Æschylum Agamemn. v. 1421, etc. Et infra hujus fabulæ v. 1011, etc. Et Sophocles eodem modo se excusantem Clytæmnestram inducit, Electr. v. 526. Πανὰρ μὲν, οὐδὲν ἄλλο σοι πρόσχημ' ἐμοῦ πολλῶν Ἑλλήνων· πολλὰς Ἑλένας· τῶν δ' ἔρημος οὐκ ἔσανδρί μοι. Ἡ γὰρ δίκη σε κἀπὸ πατρὸς οὐκ ἐμοῦ. *Barnes.*

30. Ad φθονηθείη Victorius adscripsit μεμφθείη ex glossa, ut videtur. *Seidl.*

32. Constructio est: ἔστιν χρυσὸν δόσιν λαβεῖν, ὃς ἂν κτάνῃ τοῦτον, ὃς Ἀγαμέμνονος ὢν παῖς φυγὰς μὲν ἀπηλλάχθη γῆς. Nam Brumoy male locum sic exponit, ut Orestes Ægisthi caput proscripsisse intelligatur. *Heath.*

33. κτάνῃ.] Temporum ratio postulare videtur κτάνοι. *Musg.*

Ἀγαμέμνονος παῖς, χρυσὸν ἔστιν, ὃς ἂν κτάνῃ.] Alias legitur χρυσὸν εἴφ', ὃς ἄν, etc. Sed salvum erit metrum, si in quinto loco anapæstum admittimus; quare nil muto. Sed de hac τοῦ ἴσου significatione, et quod *dico* simpliciter pro *promitto* usurpatur, videsis Sebastian. Pfochenium in Diatriba de Linguæ Græci Novi Testamenti Puritate, §. 79. 49. p. 57. *Barnes.*

εἴφ',] Ita Schæferus. Male vulgo εἶπεν. "Χρυσὸν εἴφ' bene versum *aurum promisit*. Sæpius enim Græci verba dicendi usurpant de *pollicitationibus*. Lucianus Reviv. c. 3. T. I. p. 573. Homerica parodia:

μὴ δή μοι φίλον γε, πανυπτέρη, βάλλε θυμῷ, χρυσὸν σοὶ λίξας, ἐπεὶ ἔπος χεῖρας ἐφικτόν.

Herodot. VI. c. 23. μισθὸς δέ σι ἔσται μένος τόδε, merces autem ei promissa erit hæc. Sic dicitur inprimis verbum ὑπισχνέομαι. Homerus Il. IX. v. 515.

εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέρει, τὰ δ' ἔπειτ' ὑπέσχετο.

Pro quo mox v. 519.

τῶν δ' ἄμα τ' αἰνίσσεται πολλὰ δόξειν, τὰ δ' ἔπειτα ἐτέλεσσε.

Longus p. 87. sq. ed. Villois. μείζονα γὰρ ἢ κατὰ πατρικὸν πένητι δῶρα ὑπισχνεῖτο καὶ ἐπόνει. Præstantissimus Villoisonus ad h. l. p. 208.: "Ὑπισχνεῖτο. Sic supra, Lib. I. p. 14. Ed. Moll. Dryas in re simili τὰ ΟΝΟΜΑΣΘΕΝΤΑ δῶρα ὑπεσχήσατο. Apud Hesychium ὑπισχεῖν et ὑπισχέσθαι explicantur ὑπαγγείλασθαι; nempe Hesychius, quod a nemine huc usque animadversum est, respexit Od. Ω'. v. 340.:

ἔρχεο δή μοι ἔπειτα διάμπερες Ἀΐδαο κατὰ σκοτόεντα.

Λαμπροὶ γὰρ εἰς γένος γε· χρημάτων δὲ δὴ
Πίνητες· ἔνθεν ἠυγένει' ἀπόλλυται·
Ὡς, ἀσθενεῖ δοὺς, ἀσθενῆ λάβοι φόβον.
Εἰ γάρ νιν ἔσχεν ἀξίωμ' ἔχων ἀνὴρ,
Εὕδοντ' ἂν ἐξήγειρε τὸν Ἀγαμέμνονος
Φόνον, δίκη τ' ἂν ἦλθεν Αἰγίσθῳ τότε.
Ἧν οὔποθ' ἀνὴρ ὅδε, σύνοιδέ μοι Κύπρις,

Clari enim genere quidem *sumus:* pecuniis vero jam
Pauperes *sumus;* hinc nobilitas perit:
Ut tenui dans, tenuem haberet metum.
Si enim ipsam habuisset dignitate præditus vir,
Sopitam excitâsset Agamemnonis
Cædem, pœnasque Ægisthus tunc dedisset.
Quam *Electram* nunquam vir hicce (conscia est mihi Venus)

Et Il. Γ'. v. 121.

Τρῶ δ' ἐν πάντεσσι πεφιλημένε δῶρ' ἀνομάσσαι.

Hoc sensu et τὰ ἀνομάζειν dicitur in Iliade Γ'. v. 511.

Εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέρει, τὰ δ' ἔπεσθ' ἀνομάζει.

Et Il. Χ'. v. 449.

καὶ πολλὰ πεφιλημένα δῶρ' ἀνομάζων.

Ubi vides ἀνομάζεσθαι δῶρα hic esse, promittere dona." Hactenus egregie; sed nollem addidisset: "eaque cum emphasi recensere" et quæ sequuntur. Nam in hoc talium verborum usu nihil est emphatici. Suidas T. III. p. 427. Τάλης — ὁ ἐπιτιμηθεὶς τινὶ γάμῳ. Hesychius composito verbo usus T. II. c. 1342. Τάλης. ὁ μελλόγαμος παρθένος, καὶ καταγαμερίνη τινί. quod interpretes miris modis vexarunt. Ejusdem familiæ est ἀλνῆ cum compositis, ἐκνανῆν et καταναῆν: quod verbum cum primaria vi significaverit generaliter *dicere*, causa apparet, cur usu haud ita raro valeat specialiter *promittere, polliceri.* Sophocles Philoct. v. 1398. sq. Brunck.

ἃ δ' ἐποίσω μοι δεδῶς ἡμῖν θεσπέσι',
πέμψων πρὸς ἄνασσαν, παῖδά μοι πρόπαν, τέκνον,

Euripides Alcest. v. 12. sqq.

γένεσιν δέ μοι θεαὶ,
Ἄδμητον ἥδιον τὸν παρεστὼς ἐκφυγεῖν,
ἄλλον διαλλάξαντα τῆς κάτω τυχεῖν."

Schæfer. Ceterum ad ἐφ' intellige ἐκείνῳ. et ad κτάνῃ αὐτὸν, scilic. ὃς γῆς ἀπηλλάχθη. Musgravius mavult κτάνοι. Male. Ὅς ἂν κτάνῃ valet ἴδοι τις κτάνῃ, si quis illum occidisset. *Seidl.*

37. a. Citat Stob. Grot. xcvii. p. 389. ubi χρ· γε μήν. *Burn.*

Intellige ἐσμέν. Rarior est hæc ellipsis primæ personæ. Sophocl. Antig. 634.

ἦ καὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

Vid. Schæf. Melet. Crit. p. 114. Nostri Cycl. 500. πλὴν μὲν δίνου, γάνυμαι δὲ δαπὶς ἥβης. Soph. Œd. Col. 207. δ' ξένε, ἀνὀνητολς. Nostri Hercul. Fur. 627. οὐ γὰρ συγγενοῦς. Differunt ab his exemplis illa, in quibus ad ἵκαμαι sive πρόθυμος intelligitur εἰμί. Vid. Schæf. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 696. *Seidl.*

38. ἡ ἠυγένει'] Stob. Grot. xcvii. p. 389. *Burn.*

39. Ὡς ἀσθενεῖ, etc.] Spectat ad v. 34. ἡμῖν δέδμηται. Sensus est, *ut, humili viro eam collocans, metum sibi minueret.* De hoc optativo λάβοι vid. Matth. Gramm. Græc. sect. 518. p. 734. *Seidl.*

41. ἐξήγειρε] Sic recte edition antiquæ. Barnesius ἐξήγειρε. *Seidl.*

Recte vet. ed. ἐξήγειρε. *Reisk.*

42. Pro τόνι malim ποτέ. *Reisk.*

43. ἀνὴρ ὅδε,] *Ego,* ut recte Barnesius, citans Soph. Œd. Col. v. 1323. et 1467. Trachin. v. 308. *Musg.*

Ἠισχυνεν εἰνῇ· παρθένος δ' ἔτ' ἔστι δή.
Αἰσχύνομαι γὰρ ὀλβίων ἀνδρῶν τέκνα
Λαβὼν, ὑβρίζειν, οὐ κατάξιος γεγώς.
Στένω δὲ τὸν λόγοισι κηδεύοντ' ἐμοὶ
Ἄδλιον Ὀρέστην, εἴπερ', εἰς Ἄργος μολὼν,
Γάμους ἀδελφῆς δυστυχεῖς εἰσόψεται.
Ὅς τις δέ μ' εἶναί φησι μῶρον, εἰ λαβὼν
Νέαν ἐς οἴκους παρθένον, μὴ θιγγάνω,
Γνώμης πονηρᾶς κανόσιν ἀναμετρούμενος

Cubili polluit, sed adhuc virgo manet.
Erubesco enim beatorum virorum liberos
Nactus, violare *eos*, cum non sim dignus.
Deploro autem verbis affinitate junctum mihi
Miserum Orestem, si unquam Argos reversus,
Nuptias sororis infelices aspiciet.
Quicunque vero me stultum esse dicit, quod cum receperim
Juvenem virginem in sedes, non attingam, *is*
Mentis pravæ regula se metiri

Ἦν οὖ σον' ἀνὴρ ὦδι,] Ἀνὴρ ὦδι διανεμῶν, σημεῖον λείψεως· ἀνὴρ ὦδι, ἀντὶ τοῦ ἰγώ· sic ὦνος pro ἰγώ: est vero idem, quod ὦδι. Et in omnibus linguis (ut recte observat Is. Casaubonus ad Annales Ecclesiasticos Baronii, Exercit. XV. c. 12.) Pronomina demonstrativa elegantissime interdum accipiuntur de loquentis persona. Ita interpretari sunt critici illud comici. *Tu si hic sis, aliter sentias.* Hic hoc in loco, pro *Ego*, ὦδι, vel ὄδ' ἀνὴρ, ut dicit Euripides. Nec is solus; sed et Sophocles in Œdipo Colon. v. 1323. ubi Polynices petit a patre, ut ignoscat sibi, Μῦθον βραχεῖαν ἐλπίδων ἐμοιμίσαι τῷδ' ἀνδρὶ τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου τέκνῳ. *Huic viro*, hoc est, *mihi.* Atque hoc loquendi genere delectari Sophoclem notat Scholiastes: Τῷδ' ἀνδρὶ] Διανεμεῖται. Καὶ ἴσως συνεῖς ἐν τῷ τυφλῷ Σοφοκλῆς. Verissime. Paulo enim post, v. 1467. Ὦ παῖδε, ἴσως τῷδ' ἐν' ἀνδρὶ δίκαιον βίον τελοῦντ'. Scholiast. Τῷδ' ἐν' ἀνδρὶ] ἐν' ἐμοὶ δηλονότι. In Trachiniis v. 308. Μαθ', εἰ σε δράσας, τῷδέ γε ζώσης ἔτι.] Scholiast. Τῷδέ γε ζώσης] Διανεμεῖται, ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ. Ὁ δὲ νοῦς· εἰ καὶ μέλλεις τι δρᾶν κατὰ τῶν ἐμῶν παίδων, τοῦτο ἐμοῦ ζώσης ἀναβαλοῦ. *Barnes.*

οὔνομ' ἀνὴρ ὦδι,] Vulgo οὔνομ' ἀνὴρ ὧδι. Adscripsit Victorius: διανεμεῖται ἀντὶ τοῦ ἰγώ. *Seidl.*

44. Ἠισχυνεν εἰνῇ·] Victorius in margine: γρ. ἤσχυν' ἐν εἰνῇ, quod valet, opinor, ἤσχυν' ἐν εἰνῇ, quam lectio vulgata certe non præstat. *Seidl.*

50. ss. Ὅστις δέ μ' εἶναί φησι μῶρον, εἰ λαβὼν Νέαν ἐς οἴκους παρθένον μὴ θιγγάνω, &c.] Hæc Euripides sagaciter in suam profert defensionem. Vidit enim ille vir undiquaque magnus, quantas hæc res inter criticos turbas erat excitatura. Quid vero impedit, quominus inter rusticos colonos reperiatur aliquando, qui generosa indole sit præditus, fideli et casto ingenio, qui, cum vi sibi datam videt regiam virginem, illam aut violare noluerit, aut certe non ausus fuerit; præsertim cum ex illius virginis familia superstit, ut in hac causa Orestes, qui aliquando pœnas ex inimicis reposcat. Certe nos legimus etiam inter Christianos reges, qui in summa fortuna positi, ultro a concessa conjugii voluptate abstinuerint. Et sane Josephus ille Justus, Mariæ virginis meritus, ex Gregorii Nysseni atque Epiphanii sententia, virginitatis illius custos habebatur. Quare non est, ut hoc nomine Euripidis œconomia damnetur vel

Τὸ σῶφρον ἴστω, καὐτὸς αὖ τοιοῦτος ὤν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ νὺξ μέλαινα, χρυσέων ἄστρων τροφὲ,
Ἐν ᾗ τόδ' ἄγγος τῷδ' ἐφεδρεῦον κάρᾳ
Φέρουσα, πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι,
(Οὐ δή τι χρείας εἰς τοσόνδ' ἀφιγμένη,
Ἀλλ' ὡς ὕβριν δείξωμεν Αἰγίσθου θεοῖς,)
Γόους τ' ἀφίημ' αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί.

Continentiam sciat, seque talem esse.

ELECTRA.

O nox atra, aureorum astrorum mater,
In qua hoc vas huic incumbens capiti
Ferens, fontes flumineos peto,
(Non quidem quod ad tantam inopiam sum redacta:
Sed ut Ægisthi contumeliam ostendamus diis,)
Et lamentationes in amplam ætherem emitto patri.

tigiditatis, vel improbabilitatis, vel incoerentiæ; quanquam nec ipse Petrus Victorius illum etiam volens ausus sit defendere. Dionis enim sententia, quam protulimus ad Troad. v. 688. ad ejus defensionem in hac parte sufficiet. Vid. infra ad v. 259. *Barnes.*

μὴ θυγάτηρ] Terent. *Nocte illa prima virginem non attigit*, MS. Not. ed. Victor. *Seidl.*

52. *γνώμης πονηρᾶς καὐσέβους*] Legendum, ni fallor, *γνώμης πονηρᾶς. Musg.*

γνώμης πονηρᾶς καὐσέβους] Πονηρᾶς in πονηρᾶς mutavit Musgravius, quem sequitur Porsonus ad Hec. 606. (ubi memoriæ lapsu citat *ἴστω τὸ σῶφρον.*) Sed non assequor, cur damnanda sit librorum lectio, quæ mihi quidem etiam magis poëtica videtur. Sensus est: is sciat, se prava mentis, (statuendi, judicandi) regula metiri sive æstimare continentiam, i. e. se perperam judicare de continentiæ laude. *Δυσαίνου καὐσέβους* dixit Noster Fragm. Belleroph. VI. 5. *Seidl.*

γνώμης πονηρᾶς καὐσέβους Ed. Victor.

53. Reisk. conjicit: *κἀνὸς οὐ τοιοῦτος*, *et se ipsum talem non esse*, sc. *σώφρονα*, *modestum, bonis moribus præditum. Beck.*

καὐσέβους αὖ] Reiskius proponit *οὐ* pro *αὖ*. Sed sana vulgata. Verte: *ipsumque contra talem esse*, scil. qualem me dicat, *μὴ σῶφρον*. Μὴ σῶφρον etiam supplet Heathius. *Seidl.*

Comma post *σῶφρον* posuit Victor.

54. *ἄστρων τροφὲ*,] Tibullus Lib. II. Eleg. 1. v. 87.

Ludite, jam Nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.
Musg.

Prev. pro *τροφὲ* posuit *matrem*, secutus auctoritatem Tibulli El. 2, 1. *Beck.*

55. *κάρᾳ* ed. Victor.

57. a. Hi duo versus uncinis includendi sunt; ut *μετέρχομαι* et *ἀφίημι* per appositionem cohæreant. *Musg.*

Forte, *οὐ δῆτα*, aut cum vet. ed. *οὐ δή τι*. Confer v. 268. ubi δῆθ᾽ pro δῆτ᾽. quod neque hinc alienum est. Possit etiam *οὐ δή γε* reponi. *Beck.*

Οὐ δή τι] Ita recte Victorius. In Barnesiana legitur *οὐ δή τι*, fortasse typothetæ vitio. *Seidl.*

58. *δείξωμεν θεοῖς*,] Docet Grævius ad Hesiod. Op. et D. v. 790. Antiquorum sententiam fuisse, noctu deos versari in terra et hoc orbe nostro inter homines, interdiu sedes superas colere. Stat. Lib. I. Sylv. 1.

Huc sub nocte silenti,
Cum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cœlo.

Quintilian. Declamat. X. *omnis religio*

60 Ἡ γὰρ πανώλης Τυνδαρὶς, μήτηρ ἐμὴ,
Ἐξέβαλέ μ' οἴκων, χάρισα τιθεμένη πόσει.
Τεκοῦσα δ' ἄλλους παῖδας Αἰγίσθῳ πάρα,
Πάρεργ' Ὀρέστην κἀμὲ ποιεῖται δόμων.
ΑΥ. Τί γὰρ τάδ', ὦ δύστην', ἐμὴν μοχθεῖς χάριν,
65 Πόνους ἔχουσα, πρόσθεν εὖ τεθραμμένη,
Καὶ ταῦτ' ἐμοῦ λέγοντος, οὐκ ἀφίστασαι;
ΗΛ. Ἐγώ σ' ἴσον θεοῖσιν ἡγοῦμαι φίλον·
Ἐν τοῖς ἐμοῖς γὰρ οὐκ ἐνύβρισας κακοῖς.

60 Illa enim perniciosa Tyndaris, mater mea,
Ejecit me ex ædibus, gratificans marito *suo*.
Quia enim alios liberos apud Ægisthum peperit,
Orestem et me, alienos a domo ducit.
Col. Cur vero, O infelix, hæc *in* meam gratiam laboras,
65 Labores sustinens, prius delicate nutrita,
Et hæc me jubente non desistis?
Ele. Ego te diis æqualem amicum duco:
In meis enim malis non insultâsti contumeliose.

templorum, omnis religio lucorum, cum tacuere mortalia et profani procul, errare sedibus totis, solitudine frui, et de suis dicitur exire simulacris. Hinc intelligendus Euripides. *Musg.*

59. ἀφίημ'] Its optime Reiskius, pro ἀφίην. *Musg.*

ἀφίην] Imperfecti temperis, licet alii ἀφιείην in optativo legant. *Barnes.*

ἀφίην] Reliqui librorum lectionem quamvis vitiosam. Reiskium corrigentem ἀφίεμ' secutus est Musgravius, qui duos antecedentes versus uncinis inclusit. Sed vereor, ut aptus hic sit parentheseos locus. Idem sensisse videtur Heathius, qui corrigit ἀφίω γ', et Schæferus, qui ἀφῶμεν edidit. Sed nimis tamen Schæferi lectio a libris recedit. Quid si scripserit Euripides, quod Portus voluit, ἀφείην, ad Homeri exemplum conjunctivum cum optativo copulans. Sensus tamen utriusque paululum erit diversus. Verte: ut Ægisthi injurias diis ostendam, et ut querelas fundere possim (non *fundam*) in magnum æthera. Vid. Matth. Gramm. Græc. sect. 519. p. 735. ubi non assentior viro doctissimo, in Soph. Electr. v. 760. præferenti λιλάχῃ. Ὅπως λιλάχοι est *ut nanciscí possit*, non *ut nanciscatur*. Vernacule: damit er erhalten könne. Alterum erit: damit er erhalten soll; sive, damit er erhalte. Afferunt Orestis cinerem, non ut in patrio solo sepelíatur, (hoc enim pendebat ab Ægisthi et Clytæmestræ arbitrio) sed, ut his, si vellet eum sepelire, ejus rei potestatem faciant. Pari modo omnes hujus generis loci, quos Matthiæ l. l. affert, etiam Homerici, videntur explicandi esse, neque in eadem Sophoclis Electra v. 57. mutari debet librorum lectio ἵνως — φέρωμεν. *Seidl.*

ἀφίην ed. Victor.

60. Ἡ γὰρ πανώλης] De voce πανώλης vide Hercul. Fur. v. 1417. *Barnes.*

62. Αἰγίσθῳ πάρα,] Ita libri. Schæferus edidit Αἰγίσθου πάρα. Sed nihil magnopere differt, utrum dicas, genuit liberos *ex Ægistho* an *apud Ægisthum*, *in Ægisthi domo*, i. e. conjuncta cum illo. Plane sic Plutarch. Pericl. p. 165. c. ἴσως δὲ καὶ παρὰ τῷ Περικλεῖ Πάνθεια καὶ Πάραλος. *Seidl.*

63. Πάρεργα — δόμων,] i. e. πάροικον. Vid. Hesych. v. πάρεργον. *Seidl.*

66. Καὶ ταῦτ' — ἀφίστασαι;] Construe καὶ οὐκ ἀφίστασαι, ἐμοῦ λέγοντος ταῦτα, sive καίτοι ἐγὼ λέγω ταῦτα, scil. δὸν τι ἀφίστασθαι. *Seidl.*

Μεγάλη δὲ θνητοῖς μοῖρα συμφορᾶς κακῆς
Ἰατρὸν εὑρεῖν, ὡς ἐγώ σε λαμβάνω.
Δεῖ δή με κἀπίλευστον, εἰς ὅσον σθένω,
Μόχθου πιτνοφίζουσαν, ὡς ῥᾷον φέρῃς,
Ξυνεκπονίζειν σοι πόνους· ἅλις δ' ἔχεις
Τἄξωθεν ἔργα· τἀν δόμοις δ' ἡμᾶς χρεὼν
Ἐξιντρεκίζειν· εἰσιόντι δ' ἐργάτῃ
Θύραθεν, ἡδὺ κἄνδον εὑρίσκειν καλῶς.
ΑΥ. Εἴ τοι δοκεῖ σοι, στεῖχε· καὶ γὰρ οὐ πρόσω

Magna vero mortalibus *est* felicitas, adversæ fortunæ
Medicum invenisse, ut ego te accipio.
Oportet igitur me vel injussam pro viribus
Labore te levantem, ut facilius feras,
Una tecum tolerare negotia; satis enim habes
Operum foris. Domesticas vero *res* nos oportet
Parare: intranti enim operario
Ab extra, jucundum *est* res domesticas invenire recte se habentes.
Col. Si igitur *ita* tibi placet, vade: etenim non procul *sunt*

69. *Μεγάλη μοῖρα* i. e. *magna felicitas.* Μοῖρα vocabulum est *plenum*; loci igitur nexus significationem regit. Nam *μεγάλη μοῖρα* eodem jure de magno infortunio dici possit, ut *οἰκτρὰς μόγους*, Orest. 779. pro *οἰκτρὰς κακάς*, et Iph. Aul. 453. *τὰς μεγίστας συμφορὰς* pro *τὰς κακίστας*. *Seidl.*

71. m. *Δεῖ δή με κἀπίλευστον, εἰς ὅσον σθένω, Μόχθου πιτνοφίζουσαν, ὡς ῥᾷον φέρῃς, Συνεκπονίζειν σοι πόνους·*] Vide hunc locum explicatum in nota ad v. 74.

Barnes.

73. *Συνεκπονίζειν πόνους·*] Confer Hippol. v. 467. *Musg.*

Συνεκπονίζειν i. e. *συμπονεῖν, συμβασανίζειν*, ut explicant Scholiastæ ad Orest. 678. et Hippol. 467. Videtur hoc verbum nostro proprium esse. Idem Euripidi significant *συνιστορεῖν* et *συνιφίειν*. *Seidl.*

74. s. *τὰ 'ν δόμοις ἡμᾶς χρεὼν Ἐξιντρεκίζειν* etc.] Cum eleganter copioseque laudes agricolarum vitæ persequeretur Horatius (Epod. 2.) et quot quantaque illic bona forent, ostenderet; in iis etiam posuit voluptatem, quam capiant, cum ab opere redeuntes, laboreque ac fame enecti inveniunt domi a diligente uxore parata omnia, quibus et reficere vires et desideria naturæ satiare queant. Inquit igitur: *Et horna dulci vina promens Dolio dapes inemtas apparet.* Addit etiam, majorem illis suavitatem afferre viles ese escas, quam inertibus ac delicatis exquisitæ epulæ faciant. Euripides quoque in Electra hoc tetigit, qui de voluptate hac, potius animo comprehensa, quam usu cognita, ita induxit summo loco natam, magnique animi virginem cum viro suo loquentem: *Τὰ 'ν δόμοις ἡμᾶς χρεὼν Ἐξιντρεκίζειν εἰσιόντι δ' ἐργάτῃ Θύραθεν, ἡδὺ κἄνδον εὑρίσκειν καλῶς.* Nam quod Latinus poëta supra dixerat: *Quod si pudica mulier in partem juvet domum atque dulces liberos*, Græcus quoque ante hæc verba eidem personæ affinxit; Illa nam, quid sui officii sit, ostendens, inquit: *Δεῖ δή με κἀπίλευστον, εἰς ὅσον σθένω, Μόχθου πιτνοφίζουσαν, ὡς ῥᾷον φέρῃς, Συνεκπονίζειν σοι πόνους.* Quibus in verbis animadvertendum est, *συνεκπονίζειν* idem valere, quod *in partem juvare*: significat enim manifesto una cum aliquo ferre, ac partem aliquam laboris illius in se suscipere. Hæc Petrus Victorius Variar. Lection. Lib. XI. c. 6. Vide plura ad Hippolyt. v. 467. Quod autem *τὰ ἐν δόμοις* mulieri affinxit Euripides, hoc est, muliebria officia tractare, id explica-

Πηγαὶ μελάθρων τῶνδ· ἐγὼ δ' ἅμ' ἡμέρᾳ
Βοῦς εἰς ἀρούρας εἰσβαλὼν, στερῶ γύας.
Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα,
Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, σὲ γὰρ δὴ πρῶτον ἀνθρώπων ἐγὼ
Πιστὸν νομίζω καὶ φίλον, ξένον τ' ἐμοί·
Μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων,

Fontes ab ædibus hisce. Ego vero prima luce
Boves in arva agens, seminabo jugera.
Nullus enim ignavus, deos habens in ore,
Victum poterit colligere sine labore.

ORESTES.

Pylades, te namque jam præ cunctis mortalibus ego
Fidum judico et amicum, et hospitem mihi:
Solus enim ex amicis Orestem hunc colebas,

tur a Xenophonte in Œconom. *Παρεσκεύασεν ὁ θεὸς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ μὲν τῆς γυναικὸς ἔργα τὰ ἔνδον ἥδεα καὶ ἱκανὰ μελετᾶσθαι· μᾶλλον γὰρ καὶ θάλπει, καὶ ῥιγοῦσα ἧττον, καὶ στρατείας τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύναται μετριεῖν ταυτησὶ οὖσα, ὅσα τὰ ἔξω ἐπιτηδεῖα αὐτῷ ἔργα.* *Gaspar Stiblinus.*

τάν] Ita Victor. Alius τὰ 'ν. *Seidl.*

79. ἀρούρας] Barnesius in margine ἄρσας. *Musg.*

εἰσβάλλων, nostro est aut *introire* aut *agere in locum*, ut hic et Iph. Taur. 262. *Seidl.*

80. s. Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.] Petrus Victorius Lib. XII. c. 14. Verissimam quandam vitæque nostræ maxime utilem sententiam in ore gravissimi viri, M. Catonis, posuit Sallustius; cum enim variis de causis in maximo periculo civitatis cunctantem senatum excitaret ad pœnam capiendam de nefariis civibus, ita increpuit illos, qui diis immortalibus confisi, humana præsidia non adhibebant: *Non votis, neque supplicüs muliebribus, auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prospera omnia cedunt.* Idem etiam longe minori in re pronuntiari fecit a Colono illo Euripides, quem induxit in fabula Electra: cum enim nobilissimam virginem ab illiberali indignoque ipsa labore revocare non potuisset, potestatemque tandem ei fecisset, ut pergeret, quo cœperat, cum ferri posse illum etiam a delicato corpore in umbraque nutrito laborem vidisset, quo magis eam consolaretur, addidit: ego enim, cum dies illuxerit, bubus in arvum compulsis, semen spargam: Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου. Hoc enim verbis poëtæ exponere placuit, cum id sit, quod a Latino scriptore pæne expressum esse significare volui. Idem etiam brevius his verbis præcipiebatur; quæ jubebant, *implorato* auxilio Minervæ, oportere etiam manum movere, negotioque, quod confici quis vellet, adplicare. *Hæc ille. Quo tamen in* loco puto magnum virum, leviter memoria lapsum, respicere ad apologum illum Æsopicum, quo rusticus Herculis *opem* imploraverat ad plaustrum cæno hærens submovendum, quem deus ille votis suis conatus adjungere jubet, et *manus atque* humeros plaustro fortiter admovere, tum demum illius opem implorare, nec successu caritarum. *Memorabilis autem hic* locus, inquit Gaspar Stiblinus, contra otiosos. Nam: *nil sine magno vita labore*

Πράσσοιδ' ἃ πράσσω, δείν' ὑπ' Αἰγίσθου παθὼν,
Ὅς μου κατέκτα πατέρα, χἠ ταναύλεθρος
Μήτηρ· ἀφῖγμαι δ' ἐκ θεοῦ χρηστηρίων
Ἀργεῖον οὖδας, οὐδενὸς ξυνειδότος,
Φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων ἐμοῦ.
Νυκτὸς δὲ τῆσδε πρὸς τάφον μολὼν πατρὸς,
Δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην,
Πυρᾷ τ' ἐπίσφαξ αἷμα μηλείου φόνου,
Λαθὼν τυράννους, οἳ κρατοῦσι τῆσδε γῆς.

85 Utentem ea fortuna, qua utor, atrocia ab Ægistho passus,
Qui meum interfecit patrem et perdita una
Mater. Venio nunc ex Dei oraculis
In Argivum solum, nemine conscio,
Cædem interfectoribus patris mei redditurus.
90 Et hac nocte profectus ad tumulum patris,
Lacrymasque dedi, et primitias comæ *ei* obtuli,
Pyramque sanguine ovis jugulatæ imbui,
Clam tyrannis, qui tenent imperium hujus agri.

dedit mortalibus, etc. ut ait poëta. Gravissima sententia adversus otiosos extat Hesiod. Ἔργων καὶ Ἡμερῶν, Lib. I. v. 306. etc. *Barnes.*

Θεὸν ἔχων ἀνὰ στόμα, i. e. *quantumvis deos habeat in ore.* Proxime βίον intellige victum. *Seidl.*

Ἀεγὼ γὰρ οὐδεὶς ἀνὰ μόνον ζῇ τοῦ ἐπαναλείδειν θεούς. πρὸς τοῦτο δὲ καὶ τὸ σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει. *Scholiast.*

82. Πυλάδη,] Hinc patet, Pyladem adesse, ut mutam personam; nihil enim hic vicissim loquitur. *Barnes.*

84. Ὀρέστου τόνδ'] Addidisse τόνδε videtur poëta, ne auditor forte nomen loquentis ignoraret. *Musg.*

Ὀρέστου τόνδε] De se loquitur Orestes, ἀναπαίως ponitur τόνδε, de qua re vide supra ad v. 45. *Barnes.*

Recte Musgravius demonstrativum τόνδε poëtam putat addidisse, ne auditores forte nomen loquentis ignorarent. — Ἰδιάζειν. Θαυμάζειν h. l. est *colere, amare*, ut sæpe. Conf. Musgravius infra ad v. 519. et quæ ille citat Markland. ad Hippol. 106. Addit Beckius Valckenarium ad eundem Hippol. locum. *Seidl.*

85. Comma post διὰ poni jubet Reisk. *Beck.*

87. μυστηρίων] Barnesius χρηστηρίων, quod procul dubio verum. *Musg.*

χρηστηρίων] Ita pro μυστηρίων lego, quod prius male aderat. *Barnes.*

ἐκ θεοῦ μυστηρίων] Videntur hæc referenda ad sequentia οὐδενὸς ξυνειδότος, *nemine sciente secundum arcanum dei præceptum*, quare comma post οὖδας delevi. Etymol. M. p. 595. 48. μυστήρια, μυθήματα· μῦθοι γὰρ ὁ λόγος. Clemens Alex. Cohort. ad g. p. 12. l. 12. Pott. πάρεισι δὲ καὶ ἄλλως μυθήμα σοι τῶν ἀντιστοιχούντων τῶν γεγραμμένων, τὰ μυστήρια, ubi, ut ex Etym. patet, recte fictam vocem μυθήματα Sylburgius defendit. Confer. etiam Zonaras, p. 1378. *Seidl.*

89. ἀλλάξων, i. e. ἀμείψων, *ut rependam.* *Seidl.*

91. πλόκης ἀπηρξάμην,] Sectionem intelligit capillorum. Nam solenne fuit, sectos crines mortuis inferri a proximis. Ovid. Metamorph. Lib. III. Fabul. 6. — *planxere sorores Naiades, et sectos fratri imposuere capillos.* Hujus rei crebra est mentio apud Æschylum, Sophoclem et Euripidem. Vide Joh. Kirchman. de Funerib. Romanorum Lib. II. c. 15. et Hadriani Junii Commentar. de Coma, c. 5. *Barnes.*

Καὶ τειχέων μὲν ἐντὸς οὐ βαίνω πόδα,
Δυεῖν δ' ἀμίλλαιν ξυντιθεὶς, ἀφικόμην
Πρὸς τέρμονας γῆς τῆσδ', ἵν' ἐκβάλω ποδὶ
Ἄλλην ἐπ' αἶαν, εἴ μέ τις γνοίη σκοπῶν
Ζητοῦντ' ἀδελφὴν, φασὶ γάρ νιν ἐν γάμοις
Ζευχθεῖσαν οἰκεῖν, οὐδὲ παρθένον μένειν,
Ὡς ξυγγένωμαι, καὶ φόνου ξυνεργάτιν
Λαβὼν, τά γ' εἴσω τειχέων σαφῶς μάθω.

Et intra quidem muros non infero pedem:
Geminum vero molimen conjungens, veni
Ad fines terræ hujus, ut me recipiam pede
Aliam in regionem, si quis speculatorum me cognoverit.
Et quærens sororem (aiunt enim ipsam connubio
Junctam *hic* habitare, nec permanere virginem)
Ut colloquar *cum ipsa*, et cædis sociam
Assumens, quæ intra mœnia *gerantur* cognoscam liquido.

92. *μηλείου φόνου,*] Tentabam *μηλείου γόνου*, i. e. *agni*. Sed non memini, agnum inferis mactatum, malimque adeo *μηλείου βοτοῦ*, i. e. *ovis*.

Mortuis sacra ove fieri mos erat. vid. Apollon. Rhod. II. 842. *Musg.*

φύλου, aut *γόνου*, conjecit Reisk. *Beck.*

Ἰσίφαῆ αἷμα μηλείου φόνου,] i. e. ἴδιον. Infra v. 281. *μητρὸς αἷμ' ἀνυφάξας' ἐμῆς.* Pro *φόνου* Musgravius conjicit *γόνου* sive *βοτοῦ*. Male. Vulgata genuina. Αἷμα *μηλείου φόνου* est ἀ*ῖμα* ἐκ *μηλείου φόνου*. *Τεκέων φόνον* apud Euripidem legimus Hel. 1590. coll. v. 1581. et Æschyl. Sept. ad Theb. 44. *Seidl.*

94. *βαίνω*] Sic ἐμβὰς πέδα, Heraclid. v. 802. *ἐμβάλων πεσβὰς*, Orest. v. 1476.

Musg.

βαίνω πέδα,] Sic infra v. 1173. *βαίνουσα ἐξ εἴσω πέδα*. Sic in Alexandra: Πρέσβυν πέδα. Locutio haud adeo frequens; *βαίνω* enim hic est *μεταβαίνω*, et idem sonat, quod *βιβάζω*, vel *βαίνων ποιῶ*. Qui mos Hebræis frequens. Vid. ad Herc. Fur. v. 335. Vel certe *ποδὶ* utrobique legendum. *Barnes.*

βαίνω πέδα,] Citat Musgravius Orest. 1428. ad quem locum vid. Porsonum, qui ex ipsa nostra fabula addit v. 1173. *βαίνουσα ἐξ εἴσω πέδα*. Confer. etiam Lobeck. ad Ajac. p. 225. seq. *Seidl.*

95. MS. *a.* *δυοῖν δ' ἀμίλλαιν*, MS. *β.* *δυοῖν δ' ἀμίλλαις*, superscripto *δυεῖν*. Legendum cum Piersono, Verisim. p. 238 *δυοῖν δ' ἀμίλλαιν*. [Sic et Reisk. atque Heath.] *Musg.*

Δυοῖν] Attice pro *δυεῖν*, ut infra v. 536 *Δυοῖν ἀδελφοῖν*: quare non erat, ut Scaliger *δυοῖν* scriberet. *Barnes.*

Δυοῖν δ' ἀμίλλαιν] Victorius ἀμίλλαις. Plerique interpretes legendum esse viderunt *δυοῖν* sive *δυεῖν δ' ἀμίλλαιν ξυντιθεὶς duarum rerum certamen*, i. e. studium *componens*. Atticum *δυοῖν* haudquaquam dubito præstat, frequentissimum illud in Græca Tragœdia, et fortasse ubique reponendum. Ad emendationem *ἀμίλλαις* ducunt etiam Musgravii libri. Nam *αι* et *ε* facile confundi posse et confusa etiam esse docet Bentius ad Gregor. Corinth. p. 726. coll. p. 429. *Seidl.*

96. ἐκβάλω] MS. *a.* in margine ἐκβάλων. *Musg.*

ἐκβάλω] Etiam Victorius variam lectionem adscripsit *ἵν' ἐμβάλω*. *Seidl.*

97. *ἐπ' αἶαν,*] Bene Piersonus ἐς *αἶαν*, ubi supra.

σκοπῶν, speculatorum, ut recte Piersonus genitivo plurali a *σκοπός*. *Musg.*

Ἄλλην ἐπ' αἶαν,] Sine causa Piersonus corrigi vult ἐς *αἶαν*. Vulgatam tuebuntur Hip. 902. 1123. Iph. T. 436. *Seidl.*

γνοίη ed. Victor.

98. *Ζητοῦντ'*] Optime Piersonus *ζητοῦν*

Νῦν οὖν, Ἕως γὰρ λευκὸν ὄμμ' ἀναίρεται,
Ἔξω τρίβου τοῦδ' ἴχνος ἀλλαξώμεθα.
Ἦ γάρ τις ἀροτὴρ, ἢ τις οἰκέτις γυνὴ,
Φανήσεται νῷν, ἥντιν' ἱστορήσομεν,
Εἰ τούσδε ναίει ξύγγονος τόπους ἐμή.
Ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινὰ,
Πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένῳ κάρᾳ
Φέρουσαν, ἑζώμεσθα, κἀκπυθώμεθα

Nunc igitur (aurora enim candidum vultum extollit)
Οὐχ ὡς] Musgravii libri *α. β. οὐχ ᾗ*, quod ducit ad *οὐχ ᾗ*. Sed vulgata eadem redit, estque paulo exquisitior. *Seidl.*

251. *τηλορὸς*] Ita Ed. Victor. et MSS. omnes. Si pro *τηλουροῖς* accipias, optime loco convenit. Orest. v. 1319.

τηλουροῖς οἴκοις δεμνίοις —

Androm. v. 881.

— *τηλουρὸν γῆς*
οἰκεῖν' ἀφ' ἁμῶν οἴκων', *ἵνα σοι λευκὸν φίλον*.

Interpungendum duntaxat sic:

ἐν τοῖσδ', *ἐκείνου τηλορὸς*, *ναίω δόμοις*.

In hisce ædibus habito, procul ab ipso, i. e. ab Oreste. Piersonus tamen negat Veriaim. p. 239. Analogiam recte se habere, quippe a *τῆλι* et *ὄρος* formari non *τηλορὸς*, sed *τηλουρός*. Verum non est novum, in voce composita supprimi, vel elidi, voca-

ΗΛ. Πάνης ἀνὴρ γενναῖος, εἴς τ' ἐμὲ εὐσεβής.
ΟΡ. Ἡ δ' εὐσέβεια τίς πρόσεστι σῷ πόσει;
ΗΛ. Οὐ πώποτ' εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν.
ΟΡ. Ἄγνευμ' ἔχων τί θεῖον, ἢ σ' ἀναξιῶν;
ΗΛ. Γονέας ὑβρίζειν τοὺς ἐμοὺς οὐκ ἠξίου.
ΟΡ. Καὶ πῶς γάμον τοιοῦτον οὐχ ἥσθη λαβών;
ΗΛ. Οὐ κύριον τὸν δόντα μ' ἡγεῖται, ξένε.
ΟΡ. Ξυνῆκ'· Ὀρέστῃ μή ποτ' ἐκτίσῃ δίκην.
ΗΛ. Τοῦτ' αὐτὸ ταρβῶν, πρὸς δὲ καὶ σώφρων ἴφυ.
ΟΡ. Φεῦ. γενναῖον ἄνδρ' ἔλεξας, εἴ τε δρασείειν.

Ele. Vir pauper, generosus, et in me pius.
Ore. Hæc vero pietas quænam inest tuo marito?
Ele. Nunquam lectum meum tangere sustinuit?
Ore. Castitatem aliquam divinam habens, an te judicans indignam?
Ele. Parentes meos contumelia afficere non voluit.
Ore. At quomodo, tales nuptias nactus, non est lætatus?
Ele. Non dominum ducit eum, qui me dedit, O hospes.
Ore. Intelligo: Oresti ne quando expendat pœnas.
Ele. Hoc ipsum metuens: præterea vero etiam modestus est.
Ore. Papæ. Generosum virum narras, et liberaliter tractandum.

lem, quæ in vocibus elementaribus erat. Sic v. g. ex ἄρτιος et σοῦς formatur ἀρτίσους, vel ἀρτίσους. Sic ex αἰολεῖν et οἰρὰ, αἰλοῦρος, quod Aristophani Acharn. v. 849. est ἀΐλουρος. Sic τρίσους nonnulli scribunt pro τρίσους. Nonnunquam, ut scias, minime rigidas esse analogiæ leges, vocalem superfluam adjiciunt, ut in λεπτόπους pro λεπτόπους Anthol. p. 25. Ed. H. Steph.

Piersono ipsi placet:

ἐν τοῖσδ' ἑαυτὸν τῇδ' ἔχουσ' οἴκοις δόμους.

Sed hoc pro solita Euripidis perspicuitate minime clarum est. Plerumque enim ἑαυτοῦ ad nomen, quod proxime præcesserat, refertur, quod hic, sine summo sententiæ detrimento, fieri non posset.

Musg.

Pro σηλοφοῖς, quod metro repugnabat, Heath. conjecerat γωνίοις. *Beck.*

Ἐν τοῖσδ'] Ed. Princ. ἐν τοῖς δε. — Eadem Ed. et MSS. omnes σηλοφοῖς, quam vocem distraxi in duas σῆλ' ἔχει. Ad σῆλα intellige, si placet, δοκίους, collat. supra v. 246. ἐς τοῦ δε πάϊς ἐσδὸν ἔστιος ἰκάς. Arist. Nub. 158. σηλοῦ γὰρ εἶναι τῶν ἀγρῶν. Ὅρος πάϊς, ut supra v. 210. οἰκείας παῖδ' ἐρίσπους. Piersonus Veris. p. 258. legi vult σῆλ' ἔχουσ, quod infirmo argumento Musgravius impugnat. *Seidl.*

252. ἄξιος δόμων;] Ineptum est, Orestem quærere, *utrum fossor, an bubulcus, sit, qui talem domum habitare dignus sit.* Hunc enim nodum ipse sibi expedire poterat. An legendum:

σκαφεύς τις ἢ βουφορβὸς ἔρπων δόμων;

Fossorne, an bubulcus, est harum ædium dominus? Suidas: ἕρπων, ὁ συνοχεύς, ὁ φύλαξ.

Forte verum fuerit ἄξιος δόμων; *honorat domum*, i. e. incolit. Sic ἀνέχεται πατρὸς, Soph. Œd. Col. 705. Latinorum *colo* et *honorandi* et *habitandi* sensum habet. De verbo ἄξιος, vid. notata ad Heraclid. 918. *Musg.*

ἄξιος δόμων;] Post δόμων bene Schæferus interrogandi signum delevit, ut jam

ΗΛ. Εἰ δή ποθ' ἥξει γ' εἰς δόμους, ὁ νῦν ἀπών.
ΟΡ. Μήτηρ δέ σ' ἡ τεκοῦσα ταῦτ' ἠνέσχετο;
ΗΛ. Γυναῖκες ἀνδρῶν, ὦ ξέν', οὐ παίδων φίλαι.
ΟΡ. Τίνος δέ σ' οὕνεχ' ὕβρισ' Αἴγισθος τάδε;
ΗΛ. Τεκεῖν με βούλετ' ἀσθενῆ, τοιῷδε δούς.
ΟΡ. Ὡς δῆθε παῖδας μὴ τέκοις τοιούτορας;
ΗΛ. Τοιαῦτ' ἐβούλευσ', ὧν ἐμοὶ δοίη δίκην.
ΟΡ. Οἶδεν δέ σ' οὖσαν παρθένον μητρὸς πόσις;
ΗΛ. Οὐκ οἶδε· σιγῇ τοῦθ' ὑφαιρούμεσθά νιν.
ΟΡ. Αἴδ' οὖν φίλαι σοι τούσδ' ἀκούουσιν λόγους;

Ele. Si modo tandem domum redeat, qui nunc abest.
Ore. Mater vero, quæ te peperit, hæc sustinuit?
Ele. Mulieres viris, O hospes, haud liberis amicæ *sunt*.
Ore. Cujus *rei* causa Ægisthus te hac affecit contumelia?
Ele. Parere me voluit infirmos *liberos*, huic *viro* dans.
Ore. Ne scilicet pareres filios ultores?
Ele. Talia cepit consilia, quorum utinam mihi pœnas luat.
Ore. Novitne vir matris te esse virginem?
Ele. Haud novit: clam *enim* ipso *rem* istam premimus silentio.
Ore. Istæ vero amicæne tibi hos sermones audiunt?

voluit Reiskius, qui bene explicat: *quantum conjicere licet ex ædium specie, necesse est, ut eas incolat agri fossor aut bubulcus.* *Seidl.*

253. Sententia flagitat *τίνος μὲν ἀνὴρ, γυναῖος ἦ*, sed metrum non patitur, quapropter poëta particulas oppositas omisit. *Reisk.*

ἰμ' ed. Victor.

256. Lectionem *ἀναξῶν* Schæferus mutavit in *ἀναξῶν*, cujus mutationis in Præfatione ad Anacreontem, p. VIII. hanc reddit rationem: "Hinc, inquit, verbum *ἀναξιῶν* ceteris Lexicographis omissum Schneiderus ascivit. Sed ego hoc verbum Græcum esse nego. Itaque dedi *ἀναξῶν*. Sic confusa in Diogene Laërtio, VII. 105. *ἀναξίαν* et *ἀναξίαν*. V. Addenda ad Gregor. Corinth. p. 922." *Seidl.*

ἤγνυμ' ed. Victor.

259. Οὐ *νέμει τὸν δόντα μ' ἠγεῖται, ξένε.*] Non putat Ægisthum, qui me illi dedit uxorem, legitimum hujus terræ principem, nec legitimam mei habuisse potestatem; cum frater meus, cujus in potestate, et jure, et ego, et sceptrum hujus regni sint, adhuc in vivis sit; quanquam jure suo vi exclusus. Hic iterum prudentissimus poëta œconomiæ suæ Fabulæ consulit, et rationes accumulat, quare probabile videatur, cur Colonus regiæ virgini castitatem non eripuerit; quod nempe Ægisthi jus nullum agnoscit, quod Orestem amet pariter ac metuat, quod sit bonus et modestus vir. Vide quæ nos supra ad v. 50. *Barnes.*

Οὐ *νέμει*, &c.] i. e. Non putat ei, qui me dedit, jus fuisse hoc faciendi. Iphig. Aul. 703. Ζεὺς *ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ κρείσσων.* *Seidl.*

262. *τὸ τι δραστέον.*] Subaudi *αἰνῶ*. *Barnes.*

264. *ἀνέσχετο.*] Attice pro *ἀνέσχετο*. *Barnes.*

σ' ἡ τεκοῦσα] Nota pronominis collocationem minus usitatam. Plane sic Soph. Œd. Col. 994. *ταπάρ σ' ἡ καίνον.* *Seidl.*

265. Γυναῖκες *ἀνδρῶν, ὦ ξέν', ἡ παίδων, φίλαι.*] Hanc sententiam, quæ contra secundas nuptias parentum militat, ita Grotius vertit: *mulier maritum plus amat, quam liberos.* Ejus veritatem quotidiana confirmat experientia. *Barnes.*

ΗΛ. Ὥστε στέγειν γε τἀμὰ καὶ σ' ἴση καλῶς.
ΟΡ. Τί δῆθ' Ὀρέστης, πρὸς τόδ' Ἄργος ἦν μόλῃ;
ΗΛ. Ἥρου τόδ'; αἰσχρόν γ' εἶπας· οὐ γὰρ νῦν ἁμά.
ΟΡ. Ἐλθὼν δὲ δὴ πῶς φονίας ἂν κτάνοι πατρός;
ΗΛ. Τολμῶν, ὑπ' ἐχθρῶν οἵ' ἐτολμήθη πατήρ.
ΟΡ. Ἦ καὶ μετ' αὐτοῦ μητέρ' ἂν πλαίσῃς κτανεῖν;
ΗΛ. Ταυτῷ γε πελέκει, τῷ πατὴρ ἀπώλετο.
ΟΡ. Λέγω τάδ' αὐτῇ, καὶ βέβαια τἀπό σου;
ΗΛ. Θάνοιμι, μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς.
ΟΡ. Φεῦ. εἶδ' ἦν Ὀρέστης πλησίον κλύων τάδε.
ΗΛ. Ἀλλ', ὦ ξέν', οὐ γνοίην ἄν, εἰσιδοῦσά νιν.

Ele. Ut mea, et tua verba tegant fideliter.
Ore. Quid igitur *faceret* Orestes, si ad hoc Argos rediret?
Ele. Rogas hoc? absurdum dixisti: non enim nunc tempus commodum.
Ore. Veniens autem quomodo interfectores occidat patris?
Ele. Audens *ea*, quæ pater *meus* ab inimicorum audacia passus est.
Ore. An et cum ipso matrem anderes occidere?
Ele. Hac ipsa securi, qua pater periit.
Ore. Dicamne hæc ei, et firma quæ ab te *pendunt*?
Ele. Utinam moriar, ubi matris meæ sanguinem effudero.
Ore. Papæ: Utinam Orestes prope *nos* adesset, hæc audiens.
Ele. At, O hospes, non cognoscerem, ipsum intuens.

266. δέξαι' Αἰγισθοῦ τάδε ;] Ταῦτα, pro οὕτως. *Barnes.*

267. Ταῦτ' οὖν μι βούλει'] Lege μ' ἰβούλει'. *Por.*

Male vulgo ταυτὸν μι βούλει'. *Seidl.*

268. Ὡς δῆθε παῖδας μὴ τίνοις πεπόνθεναι ;] Sic supra v. 22. Δίκας δὲ, μή τι παῖδας Ἀργείων τίνοι Ἀγαμέμνονος πεπόνθασι, θέλων ἐν δόμοις. Δῆθε autem pro δῆθεν. *Barnes.*

272. ΑΓΓ οὖν φίλαι σοι] Orestes, de rebus arduis verba facturus, de Choro Electram rogat, an fidæ sint et amicæ illi. *Barnes.*

Ad φίλαι σοι intellige οὖσαι. *Seidl.*

σοὶ δὲ ed. Victor.

273. Ὥστε στέγειν γε τἀμὰ καὶ σ' ἴση καλῶς.] Electra de Chori fide et amicitia nil dubitandum respondit. Hic vero σ' pro σὲ ponitur, ut sit: τὰ ἐμὰ καὶ τὰ σὰ ἴσα. *Barnes.*

274. Τί δῆθ' Ὀρέστης,] Lege τί δῆτ'. ut Hec. 247. 315. 802. 977. 991. Orest. 269. Phœniss. 746. 752. Med. 672. 676. 925. Hippol. 806. 1063. Alcest. 39. 546. 705. Androm. 84. 397. 643. *Por.*

Τί δῆθ' Ὀρέστης,] Vel δῆτ' legendum, vel δῆθ' pro δῆθεν, quod pro δῆθεν, ut supra v. 268. Non enim pro δῆτα posui potest, quia sequens litera non aspiratur. Malim equidem δῆτ' legere. *Barnes.*

Τί δῆτ'] Ita Schæferus. Cetera editiones τί δῆθ'. Posui comma post τί δῆτ', quod ponitur vulgo post Ὀρέστης. Sensus est: quid vero faciet, quomodo se geret debebit, si Orestes huc ad Argos rediit? Male quidam comma ponunt post τἰ ῥῆθ'. *Seidl.*

275. αἰσχρόν γ' ἔοικας.] Hoc quid sibi velit, minime intelligo. Legendum, ni fallor: ἄφρον γ' ἔοικας. et proximo versu λαθὼν pro λιθὼν, hoc sensu: *At si aliquo modo delitescerat, quam sic Patris sui interfectores ulciscí posset?* *Musg.*

Interrogationis notam post ἁμὰ ponendam censeo, et ita hanc vertendo: *Hoccine*

ΟΡ. Νέα γὰρ, οὐδὲν θαῦμ', ἀπεζεύχθης νέου.
ΗΛ. Εἷς ἂν μόνος νιν τῶν ἐμῶν γνοίη φίλων.
ΟΡ. Ἆρ' ὃν λέγουσιν αὐτὸν ἐκπλεῖψαι φόνου;
ΗΛ. Πατρός γε παιδαγωγὸς ἀρχαῖος γέρων.
ΟΡ. Ὁ κατθανὼν δὲ σὸς κατὴρ τύμβου τυχεῖ;
ΗΛ. Ἔτυχεν, ὡς ἔτυχεν, ἐκβληθεὶς δόμων.
ΟΡ. Οἴμοι τόδ' οἷον εἶπας· αἴσθησις γὰρ σὺν
Κἀκ τῶν θυραίων πημάτων δάκνει βροτούς.
Λέξον δ', ἵν' εἰδὼς σῷ κασιγνήτῳ φέρω
Λόγους ἀτερπεῖς, ἀλλ' ἀναγκαίους κλύειν·
Ἔνεστι δ' οἶκτος ἀμαθίᾳ μὲν οὐδαμοῦ,

Ore. Juvenis enim, non mirum, ejumeta es ab ipso juvene.
Ele. Unus solus meorum amicorum ipsum agnoscerat.
Ore. Num quem aiunt ipsum subduxisse cædi?
Ele. Patris pædagogus grandævus senex.
Ore. Pater vero tuus extinctus num sepulturæ compos factus est?
Ele. Factus est compos, ut factus est, ejectus ædibus.
Ore. Hei mihi *propter* hoc quod dixisti. Sensus enim
Etiam externis ex malis homines mordet.
Dic vero, ut edoctus tuo fratri feram
Nuncios tristes, sed *tamen* auditu necessarios.
Inest enim commiseratio, insipientiæ quidem minime,

rogabas? *turpiter sane locutus es* (qui scilicet id, quasi dubium esset, rogandum existimasti); *nonne enim ipsissimus nunc adest temporis articulus? Beck.*

Post ἀκμὴ cum Heathio interrogationis notam posui. Locum autem, secus atque ille, interpretor sic: Hoccine tu interrogabas? Turpis profecto est talis interrogatio. Nonne summum jam res nacta est fastigium, i. e. nonne tanta jam sunt matris meæ et Ægisthi flagitia, ut ultra progredi non possint? Quis igitur quæret, quid Orestem in patriam reversum facere deceat, quum apertum sit, illos mortem commeruisse? Intelligit sororis mentem Orestes respondens, sed *quomodo* fieri poterit cædes? *Seidl.*

276. ἢ σύ;] Ita Edit. antiquæ. In Barnes. male legitur ἦ σύ. *Seidl.*

277. ἐκ' ἐχθρῶν δ' ἐπολμήθη πατήρ.] Interpres Latinus, *quæ pater meus ab inimicorum audacia passus est. Seidl.*

279. Piersonus, ne τῷ pro ᾧ ponatur, emendandum censet:

τανῦν γε σιγᾶν γ', ᾧ τανὺς ἀκμάζετο.

Sed vide, quæ dixi ad Herc. Fur. v. 252. *Musg.*

Τανῦν γε σιγᾶν,] Ita supra v. 160. et v. 164. Communis denique omnium poëtarum opinio, Agamemnonem securi vel bipenni cæsum; ita Sophocles Electr. v. 96. Μάτηρ δ' ὑ 'μὰ χ' ᾗ πανελιχὴς Ἀγαμέμνονος ἔσωσ' ἀλύτοισι σχίζουσ' πέλεκυν φονίᾳ σιδήρου. Idem testatur Æschylus et Seneca in Agamemnone. *Barnes.*

τῷ τανὺς ἀκμάζετο] Piersonus Verisim. p. 75.

τανυῦ γε σιγᾶν γ', ᾧ τανὺς ἀκμάζετο.

Male. Sæpe enim Tragici articulo utuntur loco relativi. Neque aptum est illud γε. *Seidl.*

280. καὶ βίβασιν τὴν σὴν;] Καὶ βίβασιν τὴν ἐπὶ σοῦ. Quare et τὴν σὴν priorem habet longam ob contractum. *Barnes.*

Recte Scaferus in fine hujus versus interrogationis notam posuit. *Seidl.*

Σοφοῖσι δ' ἀνδρῶν· οὐ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον,
Γνώμην ἐνεῖναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφήν.
ΧΟ. Κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῷδ' ἔρον ψυχῆς ἔχω
Πρόσω γὰρ ἄστεως οὖσα, τἀν πόλει κακὰ
Οὐκ οἶδα, νῦν δὲ βούλομαι κἀγὼ μαθεῖν.
ΗΛ. Λέγοιμ' ἄν, εἰ χρή· χρὴ δὲ πρὸς φίλον λέγειν
Τύχας βαρείας τὰς ἐμὰς, πάμου τ' πατρός.
Ἐπεὶ δὲ μύθου, ἱκετεύω, ξένε,

295 Sed sapientibus viris: nequaquam enim *hoc est* expers damni,
Mentem inesse sapientibus nimis sagacem.
Cho. Et ego eodem, quo iste, animi desiderio teneor:
Cum enim sim procul ab urbe, quæ *sunt* in urbe, mala
Non novi, nunc vero cupio et ego cognoscere.
300 *Ele.* Dicam, si fas sit: fas autem est apud amicum exponere
Meos graves casus, et patris mei.
Quoniam autem sermonem provocas, hospes, supplex oro *te*,

281. Vid. supra ad v. 92. *Seidl.*

287. ἐχχαῖος γίγνου.] Eodem modo infra 853. ἐχχαίου γίγεντος. *Seidl.*

291. Κἀπὶ τῶν δυσταίων] Humanum enim est, humanis casibus compati. *Sæpe etiam mala Externa mentem vellicant sensu sui:* ut vertit Grotius. *Barnes.*

294—296. Hos versus emendate, ut edidi, scriptos exhibet Stobæus, Florileg. Cap. III. Ed. Victor. ἀμαθία habet in nominativo, deinde σοφοῖσιν et μὲν εἶναι.

Musg.

Ἔνεστι δ' εἶναι, etc.] Insignis locus, ut Gaspar Stiblinus observat adversus Stoicorum ἀνάθειαν. Hunc autem locum ita vertit Grotius: *Foritate sapiens procul abest: miserescere Non usquequaque credit alienum: solet Non absque damno sapere, qui nimium sapit.* Tertio post versu pro μὲν εἶναι Canterus scribendum putat ἐνεῖναι, ut in margine notamus: non enim in textum necessario admittendum duxi.

Barnes.

Apud Stobæum hæc, tanquam ex Antiopa petita, ita leguntur:

Ἔνεστι δ' εἶναι, ἀμαθίᾳ μὲν οὐθαμοῦ,
Σοφοῖσιν δ' ἀνδράσιν· καὶ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον
Γνώμην ἐνεῖναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφήν.

Reisk. scribit: ἀμαθία μένει (i. e. μίσητα) οὐθαμοῦ, et ἀμαθίαν dicit esse importunam aviditatem res alienas sciendi. — deinde probat Canteri emendationem.

Beck.

Oreste dit ceci pour excuser les larmes qui lui échappent malgré lui. Et Euripide profite de cette occasion, pour attaquer les philosophes qui professoient déjà l'apathie, que Zénon érigea en principe, un siècle après Euripide. *Prev.*

294. ss. Vulgo leguntur sic:

ἔνεστι δ' εἶναι, ἀμαθία μὲν οὐθαμοῦ
σοφοῖσιν ἀνδράσιν· οὐ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον
γνώμην μὲν εἶναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφήν.

Emendavit Musgravius ex Stobæo Floril. Tit. III. p. 22. ubi tanquam ex Antiopa petiti leguntur. Nec tamen omnia ille tetigit. Nam proximo versu in Stobæo pro οὐ γὰρ οὐδ' legitur καὶ γὰρ οὐδ', et v. 296. σοφὸν pro σοφήν. Non esse hos versus Antiopæ, statim vidissent viri docti, si Trincavelli editionem inspexissent, in qua hi versus a præcedente fragmento separantur. Immo illud etiam incertum hæc editio reddit, an ipsum, quod antecedit, fragmentum, ἐγὼ μὲν οὖν cet. ad Antiopam pertineat. Apud Trincavellum enim non ad hoc fragmentum, sed ad aliud, quod huic præmissum est, τοιοῦτος ἀνὴρ ἀφυκτὸς ἁ χρή σ' (lege ἃς ἐχρῆν σ') ἀσκεῖν, σίγων, (ita enim bene hic legitur, non ὦ σίγων, ut vulgo) etc. ad hoc, inquam, fragmentum adscriptum est Εὐριπίδου Ἀντιόπης. Sed

Ἄγγελλ' Ὀρέστῃ τἀμὰ καὶ πείνου πανά.
Πρῶτον μὲν οἵοις ἐν πέπλοις αὐλίζομαι,
Πίνῳ δ' ὅσῳ βέβριθ', ὑπὸ στέγαισί τε
Οἵαισι ναίω, βασιλικῶν ἐκ δωμάτων.
Αὐτὴ μὲν ἐμοχθοῦσα πεπλίσιν πέπλους,
Ἢ γυμνὸν ἕξω σῶμα, καὶ στερήσομαι.
Αὐτὴ δὲ πηγὰς ποταμίους φορουμένη,
Ἀνόρτος ἱερῶν, καὶ χορῶν τεταμένη

Nuncia Oresti mea, et ipsius mala.
Primum, quibus in vestibus pernoctem,
Quantisque sordibus graver, et sub tectis
Qualibus habitem, ex regio sanguine *procreata:*
Ipsa quidem radiis elaborans peplos,
Vel nudum corpus habebo, et *vestibus* carebo.
Ipsa etiam flumineos fontes ferens,
Expers festorum sacrorum, et choris privata

proximum fragmentum ἐγὼ μὲν οὖν cet. adscriptum tantum habet τοῦ αὐτοῦ, quod etiam pertinet ad eos versus, qui ex nostra fabula depromti sunt. Ceterum Trincavellius edidit ἁμαθίᾳ sine iota subscripto. Vertit Grotius ad Stobæum:

Non vilis animi motus est, miserescere,
Sed mentis altum providæ noxa imminet,
Cum sapere esse qui putant, sapiunt minus.

Postrema melius in Excerpt. p. 356. sq.

solet
Non absque damno sapere qui nimium sapit.
Seidl.

295. Σοφῶν ἀνδρῶν omisso δ' ed. Victor.

296. Τιμᾶσθαι μὲν εἶναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν. Sic ed. Victor.

297. Leg. aut τῷδ' ἔχειν ψυχῇ (h. e. ἐν τῇ ψυχῇ) σπίγος, aut τῷδε (i. e. σοὶ τόδε) ἔχειν ψυχῆς ἴχνος, *versus hunc habeo cursum, propensionem, animi. Beck.*

298. ἄσντος] Fortasse melius scribitur ἄσντως, sed vid. Pors. ad Orest. 393. coll. de Verss. Dochm. p. 392. Paulo post scripsi τἀν cum edit. Victor. Princ. Vulgo τἀν'. *Seidl.*

304. αὐλίζομαι,] Mutavit hanc lectionem Schæferus meus in σκηνίζομαι, citans (in Præf. ad Anacreont. p. VIII.) Anacreont. XXVIII. v. 29.

σκήλεσιν τὸ λοιπὸν αὐτὸν
ἀνασκηνοῦντα πάλαι.

ipsumque Euripidem voce σκηλμὸς de πέπλοις aliquoties usum esse admonens. Sed Hesychius αὐλίζομαι explicat per μένω, ἐνδιατρίβω, et ἐπαυλίζομαι eodem modo vertit ἐνδιατρίβω. Idem αἰπεῖ interpretatur μένει. Vide igitur, ne pœna h. l. verbo αὐλίζεσθαι eodem significatu usus sit, quo alias occurrit οἰκεῖν et ναίειν, ut denotet simpliciter *agere, vitam agere, versari.* Conf. Schol. ad Soph. Œd. Col. 118. et Trach. 99. coll. supra ad nostræ fabulæ, v. 99. *Seidl.*

Non inscita est lectio ἐν πέπλοις αὐλίζομαι. Mallem tamen σκηνίζομαι, *qualibus in vestibus memet jactem et delicias faciam. Reisk.*

308. Pro ἕ legendum suspiceris μέ. Sed post ἕ, ut post Latinorum *quam*, interdum constructio mutatur. Ad στερήσομαι intellige αὐτῶν, scil. πέπλων, *iisque carebo. Seidl.*

310. Ἀνόρτος] MS. β. ἀνίερος. vide infra ad v. 625. *Musg.*

310. s. Ἀνόρτος ἱερῶν, καὶ χορῶν τεταμένη
Ἀναίνομαι γυναῖκας,] De pleonasmo τοῦ ἀνίερος ἱερῶν vide ad Helen. v. 523. ad ἄφιλος φίλων. Punctum autem post τεταμένη tollo, quia ἢ inter ἀναίνομαι et γυναῖκας male olim aderat. *Barnes.*

Ἀναίνομαι γυναῖκας, οὖσα παρθένος·
Ἀναίνομαι δὲ Κάστορ', ᾧ, πρὶν εἰς θεοὺς
Ἐλθεῖν, ἐμ' ἐμνήστευον, οὖσαν ἐγγενῆ.
Μήτηρ δ' ἐμὴ Φρυγίοισιν ἐν σκυλεύμασιν
Θρόνῳ κάθηται, πρὸς δ' ἕδρας Ἀσιήτιδες
Δμωαὶ στατίζουσ', ἃς ἔπερσ' ἐμὸς πατήρ,

Mulieres aversor, cum virgo sim:
Aversor quoque Castorem, cui, priusquam ad deos
Translatus esset, me *parentes* desponsabant, junctam sanguine
Mater vero mea inter spolia Phrygia
Throno insidet: ad sellas vero Asiaticæ
Famulæ consistunt, quas captas abduxit meus pater,

Ἀνίερος ἱερῶν,] Dictum est ut ἄχαλκος ἀνήρ, ἄτιμος τίμιον, et sexcenta similia apud Tragicos. *Seidl.*

ἱερῶν non cum ἀνίερος, sed cum τυγχάνειν, cohæret. *Reisk.*

311. ss. Locum hunc partim ex Scal. partim ex suis emendationibus, Heath. ita refingit:

Ἀναίνομαι δὴ γυναῖκας, οὖσα παρθένος·
Ἀναίνομαί τι Κάστορ', ᾧ πρὶν εἰς θεοὺς
Ἐλθεῖν, ἐμ' ἐμνήστευον, οὖσαν ἐγγενῆ.

Præcluditur autem mihi mulierum consortium, cum virgo sim; nec ulla amplius spes de nuptiis Castorum, qui, priusquam ad deos translati essent, me ambibant sanguine iis junctam. Beck.

Recte Barnesius ejecit δή, quod libri inserunt post ἀναίνομαι. Locus tamen est e difficilioribus. Sensum opinor esse hunc: In tantam iniquitatem et contemtum dejectæ nihil mihi consortii est cum mulieribus, quamquam sum virgo, nihil (similitudinis) cum Castore, cui quondam desponsata fui, i. e. nemo, qui me intuetur, conjicere poterit, me quondam tali viro, qualis Castor est jam inter deos relatus, fuisse desponsatam. Difficultatem facit hoc, quod ἀναίνομαι secundo loco paululum diversa significatione accipi debet. Alteri sententiæ ἀναίνομαι δὴ Κάστορ', etc. simile est illud, quod supra legimus v. 186. *si φείσονται — τῷ Τρωΐᾳ, ἃ μου πατρίοις μίμνεται σὺν δαίμοσιν.* Male autem Scaliger, qui Κάστορ' pro Κάστορα, i. e. *Διοσκούρων*, accipit, legi vult ᾧ, quod *μνηστεύειν* non *desponsare* significet, sed *nuptias alicujus ambire*. Verum eodem modo apud Nostrum Iphig. Aul. 847. Clytæmnestra de se filiæ nuptias conciliante dicit *μνηστεύω γάμους σὸν ὄντας*, et Apollon. Rhod. II. 511.

τῷ καὶ δαΐφρονι θεὰ γάμον ἱμερόεντα
Μοῦνα.

Scidl.

312. s. Ἀναίνομαι δὴ Κάστορ', ᾧ, πρὶν εἰς θεοὺς Ἐλθεῖν, ἐμ' ἐμνήστευον] Ἀναίνομαι hoc in loco: *in animo habeo, averseor*, pro non *opto*: sic μισῶ in sacris literis pro οὐκ ἀγαπῶ. De qua re vide Danielis Heinsii Exercitationes Sacras, c. 13. Ἀναίνομαι autem, si recte a criticis de recusatione circa nuptias aut concubitum sumi dicitur, rectissime hoc in loco ab Euripide usurpatur: sed nos eorum minutias nil moramur. Miror autem, Scaligerum pro ᾧ substituere velle ᾗ, quasi hic Κάστορ' esset dualis numeri, et poneretur Κάστορε pro Διοσκούρω, Castores (nam et Latine ita loquuntur) pro Castorem et Pollucem; cum aperte poëtæ sensus sit sic: Ἐγὼ μὲν ἡ βασιλικὴ παρθένος οὐ βασιλικῶν ἀνδρῶν λέχη, οὐδὲ τὸν Κάστορα, ᾧ πάλαι ἐμνηστεύθην, ἡ θεοῦσθαι τινα μοι δόξαν γένεσθαι ἐλπίζω, ἡ ἀδελφοῦ γαμετήν. *Barnes.*

313. ἐμ' ἐμνήστευον,] Lege ἐμ' ἐμνήστευον. *Per.*

Ed. Victor. ἐμὲ μνήστευον. Emendavit Scaliger. *Seidl.*

314. Φρυγίοισιν ἐν σκυλεύμασιν] Phryges erant optimi textores, unde tapetes Phrygii et Phrygiæ texturæ notabiles præ reliquis: quanquam autem et alia innumera omne genus spolia Agamemnon ex Troja reportasse putatur, hoc in loco Φρύγια σκυλεύματα pro tapetibus ponitur. Phry-

Ἰδαῖα φάρη χρυσέαις ἐζευγμέναι
Πόρπαισιν· αἷμα δ' ἔτι πατρὸς κατὰ στέγας
Μέλαν σέσηπεν· ὃς δ' ἐκεῖνον ἔπτανεν,
Εἰς ταυτὰ βαίνων ἅρμαθ' ἑκφοιτᾷ πατρί·
Καὶ σκῆπτρ', ἐν οἷς Ἕλλησιν ἐστρατηλάτει,
Μιαιφόνοισι χερσὶ γαυροῦται λαβών.

Idæa pallia aureis religatæ
Fibulis. Sanguis vero patris adhuc in tectis
Ater putrescit; qui vero illum occidit,
In eosdem, quos pater, conscendens currus prodit;
Sceptraque, quibus imperabat Græcis,
Cæde-pollutis manibus exultat tenens.

a denique indumenta, quæ et infra v. 17. Ἰδαῖα φάρη dicuntur, erant polymita, ulta arte elaborata, et variis formis bestarumque et avium, aliorumque animaum figuris variegata et picta. Quales naxyrides sive feminalia regum Persiorum et Kandys, et μιτύλιπτος χιτὼν, de uibus Brissonius multa, et nos in Αἰλιανιστῆρες, sive Esthera nostra, v. 778. Ἐκφέρεσθαι δὲ χιτῶνα, μέσῃ δ' ἐνεφαίνετο λευκὸν. Ἔστω, τὸ γὰρ βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστι δορυφόρῳ, Ἀμφί τε χρυσείαν στεῖρ' ἐσφύρῳ ζέσαντο ἅορα. Ἀλλὰ στερὶ σκελέεσσιν Ἀναξυρίδας ἑλκύσασαι, Τιγτλᾶς, ἐν Ὄρεσι δὲ καὶ ἐρεθίσματα καλλύνουσι, Εἶχε χρυσείοιο ἱππευτῆρος ἐφεσίης, Καὶ Κάνδυν καθύπερθε· ἀλιπόρφυρον ἐν ἀγλαὸν εἶμα. *Barnes.*

Anapæstos, quos in hoc et in sequenti versu faciunt nomina propria, defendit Porsonus Præf. ad Hec. p. clxvi. improbatos quondam ab Hermanno Præf. ad Hec. p. lxiii. *Seidl.*

315. Ἴδρεις] Scaliger non male Πέρσαις. *Musg.*

Πέρσαις A. Herman. Præf. in Hecub. 53. ubi omnia mutat. *Burn.*

περὶς δ' Ἴδρεις Ἀστόνιδας] De voce Ἀστῶτις vide ad Ion. v. 1355. Scaliger legit Πέρσαις, haud incommode, sed nulla necessitate; περὶς Ἴδρεις enim στατίζειν, est a *sellis esse*, hoc est, eo munere fungi, quo reginis suis Asiaticæ virgines et ancillæ solebant circa thronum illarum stationes suas habere. Recte itaque Hesychius ille grammaticorum optimus: Στατίζουσιν, στάσιν ἴσχουσιν. Ita regibus et eorum thronis circum adstabant satellites; Vide quæ nos in Scholiis ad Estheræ prædicta, v. 695. Καὶ γὰρ θρόνου ἀμφὶ τίτανται Ἀνῆρες αἰὲι στιβαραῖς στιλίπναις ἐν χερσὶν ἴχοντες. *Barnes.*

περὶς δ' Ἴδρεις] Etiam mihi placet Scaligeri Ἴδρεις, *prope eam in sellis stationem habent*, si quidem huc pertinet Hesychii glossa στατίζουσι, στάσιν ἴσχουσι, quam ad h. l. refert Heinsius. Sed fortasse hæc glossa alio spectat. Bonus certe erit sensus, si στατίζουσι active accipiamus, prope eam *sistunt* sive *collocant* sellas suas, i. e. prope eam capiunt sedes. *Seidl.*

316. στατίζουσ',] Hesychius: στατίζουσιν, στάσιν ἴσχουσιν. *Musg.*

Δρωαὶ στατίζουσι,] De voce στατίζουσι vide superiori nota.

ἃς ἵστησ' ἰμὶς σκυτὶς.] Hic iterum πίρθω de personis dicitur, et *vinco*, vel *in servitutem redigo*, sonat. Sic Rhes. v. 450. Πέρσας Ἀχαιούς. Vide quæ nos ad Herc. Fur. v. 700. *Barnes.*

πίρθειν et πορθεῖν interdum significant αἰχμαλωτίζειν, ut explicat Schol. ad Phœniss. 579. Vid. Barnesium ad nostrum locum. *Seidl.*

317. Ἰδαῖα φάρη] Ἰδαῖα, ἤγουν Φρύγια. Ida enim mons Phrygiæ notissimus. De Phrygiis autem vestimentis nos supra ad v. 314. Et Cœlius Rhodiginus Antiqu. Lection. Lib. XVI. c. 10. Phrygia indumenta mulieribus propria memorat. *Barnes.*

318. Πέρσαισιν·] Vox πίρσις a πίρθω deducitur, sicut et πιρόνη, et *fibulam* sonat, unde πίρσαμα τὸ, et πίρσαμα, sagum fibulatum, Euripid. Rhes. v. 439. Πέπλον σαῖρ' ἄμπυκες ἄλλο πλὴν πιρσάμασιν. Hinc

Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος,
Οὐ πώποτ', οὐ χοὰς, οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
Ἔλαβε· πυρὰ δὲ χέρσος ἀγλαϊσμάτων.
Μέθη δὲ βριχθεὶς τῆς ἐμῆς μητρὸς πόσις
Ὁ κλεινὸς, ὡς λέγουσιν, ἐνδρώσκει τάφῳ,
Πέτροις τε λεύει μνῆμα λάϊνον πατρὸς,
Καὶ τοῦτο τολμᾷ τοὔπος εἰς ἡμᾶς λέγειν·
Ποῦ παῖς Ὀρέστης; ἆρά σοι τύμβῳ καλῶς
Παρὼν ἀμύνει; ταῦτ' ἀπὼν ὑβρίζεται.

Agamemnonis vero sepulchrum neglectum
Nusquam, nec libamina, neque ramum myrti,
Accepit: rogus vero cultus *est* expers.
Ebrietate vere rigatus, mese matris maritus
Inclytus ille, ut aiunt, insultat sepulchro,
Saxisque pulsat lapideum monumentum patris:
Atque hoc audet in nos verbum dicere:
Ubi filius Orestes? annon tibi tumulum egregie
Præsens defendit? Hoc modo absens *frater* contumelia afficitur.

Hesych. Πίερσαλλα (corrige *πίερσαμα*) *χλαμύς*. *Barnes.*

αἷμα — σίσηνιν] Vid. Schütz. ad Æschyl. Choëph. 65. *Seidl.*

320. Loquitur, puto, de curru regibus proprio. Synesius Ep. 57. *ἀνὰ ξυνωρεσίαν ἵστ' τὴν ἡγεμονικὴν ἀνήνιν ἐλάμνιον.* Confer. Virg. Æneid. XII. 162. *Musg.*

324. *Οὐ πώποτ', οὐ χοὰς,*] Lege *οὕτω χοάς ποτ'. Por.*

Οὐ πώποτ', οὐ χοὰς,] Emendat Piersonus *οὐ πώποτε χοὰς*, Verisim. p. 240. ne necesse sit synalœphen in voce *χοὰς* admittere. Incidi in exempla hujus licentiæ, nec prorsus similia, nec valde tamen aliena: sc. *ἵστε᾽*, Andromach. v. 1122. *δῖν* huj. Fabul. v. 516. *δυεῖν*, Soph. Œd. Tyr. v. 651. *γυπᾶς*, Aristoph. Av. v. 610. *Quoad vixit*, Horat. Lib. II. Sat. 3. v. 91.

μυρσίνης] Conf. v. 512. *Musg.*

Οὐ πώποτ', οὐ χοὰς, οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης] Χοὰς legendum contractim, *μονοσυλλάβως*. *Musg.*

κλῶνα μυρσίνης] Myrtos arbor mortuis sacra, de qua re Cœlius Rhodiginus Antiq. Lection. Lib. XXVII. c. 26. Thebis receptum, ut Iolaæ vincentes myrto coronarentur; quod ea credatur corolla ad mortuos spectare. Præterea Petrus Victorius in hunc locum hæc habet, Varia Lection. Lib. XVI. c. 2. Ramulos myrti Græcos consuesse bustis imponere, cui quasi inferias facerent, atque ita solita etiam mortuos decorare, indicio Euripidis intelligitur: qui in Electra ita inducit virginem hanc ipsam de ea re querentem, cum acerbitatem inimicorum accusaret, qui ne mortuo quidem Agamemnoni paterentur debitos honores haberi manesque ejus ex more factis placari *Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος Οὐ πώποτ' οὐ χοὰς, οὐδὲ κλῶνα Μυρσίνης Ἔλαβε πυρὰ δὲ χέρσος ἀγλαϊσμάτων.* Sed etiam post in eadem fabula senex, qui alumnum Agamemnonem, in sermone Electræ se tendit, se, cum vocatus ad eam accederet aliquantum de via deflexisse, atque se pulcrum patris ipsius invisisse; nactumque illic, quam optabat, solitudinem, e vinum libasse, sepulcrumque ejus myrto imposita ornasse. Verba tragici poëtæ hæ sunt, v. 509. *Ἦλθον γὰρ αὐτῷ πρὸς τάφον στείχων στέφεσιν· ἴδον, Καὶ προσστὰς ἔλαιον' ἐκχέας τυχὼν, Σταγόνας τε, λύσας ἀσκὸν, ὃν φέρω ῥοπῆς, Ἔσπευσα τύμβῳ δ' ἀμφίθαλλα Μυρσίνας.* Hæc ille. *Barnes.*

Reisk. legit: *οὕτω ποτοῦ χοὰς, nondum libationes vini. Beck.*

Ἀλλ', ὦ ξέν', ἱκετεύω σ', ἀπάγγειλον τάδε.
Πολλοὶ δ' ἐτιστέλλουσιν, ἑρμηνεὺς δ' ἐγὼ,
Αἱ χεῖρες, ἡ γλῶσσ', ἡ ταλαίπωρός τε φρήν,
Κάρα τ' ἐμὸν ξυρῆσαι, ὅ τ' ἐκείνου τεκών.
Αἰσχρὸν γὰρ, εἰ πατὴρ μὲν ἐξεῖλεν Φρύγας,
Ὁ δ' ἄνδρ' ἕν', εἷς ὤν, οὐ δυνήσεται κτανεῖν,
Νέος πεφυκὼς, πάξ ἀμείνονος πατρός.
ΧΟ. Καὶ μὴν δέδορκα τόνδε, σὸν λέγω πόσιν,
Λήξαντα μόχθου πρὸς δόμους ἠρεμηδνον.

Quare, O hospes, te supplex oro, hæc renuncia.
Multi enim *hæc* mandant, quorum interpres ego,
Manus imprimis, lingua, miseraque mens,
Caputque meum rasum, et illius parens.
Turpe enim *fuerit*, si pater quidem deleverit Phrygas,
Ipse vero unicum virum, unus existens, non possit interficere,
Cum juvenis sit, et ex meliore patre *natus*.
Cho. Atqui video istum, tuum dico maritum,
Defunctum *dici* labore, domum properare.

Legitur οὐ πώσον' οὐ χοάς. Emendatio Casauboni et Piersoni Veris. p. 240. οὐ πώσοις χοὰς numeros præbet non admodum elegantes. Elegantius Thierschius οὕτω χοὰς πω', quod recepimus. Certe contractionem vocis χοὰς in unam syllabam exempla a Musgravio allata non probant. *Seidl.*

325. χίφεος] Adjective, ut Soph. Œd. Tyr. v. 1501. *Musg.*

παρὰ δὲ χίφεσι ἀγλαϊσμάτων] Χίφος proprie est adjectivum, ut hic, et sonat idem, quod ἴφηλος, ὑψηλόνωτος, ἰσθμὸς, ἄπαρος, ἀνίφεστος. Sophocles Χίφεσσι παῖδας vocat virgines illocatas et innuptas, Œdip. Tyran. v. 1501. Χίφεσσι φθαρεῖσαι πάγαις ἐμαῖς χρεών. Hinc terra inculta χίφος dicitur, subaudito γῆ. Quare χίφεος hoc in loco est idem, atque ἄμοιρος, ut sit: παρὰ ἄμοιρος τῶν ἀγλαϊσμάτων, hoc est, insepultarum, quas in mortuorum honorem fieri solebant. *Barnes.*

326. Μίθῃ βρυχθὶς] Intelligo tumultum ex vino: mire enim interpretatur Muretus Var. Lect. Lib. V. c. 16. quasi constructio esset βρυχθὶς μίθῃ τῆς ἐμῆς ματρός. *Musg.*

326. a. Μίθῃ δὲ βρυχθὶς — ὑβρίσαι τάδε.] Insolentiam Ægisthi exaggerat Electra, ut Orestes ad vindictam provocetur. Huc refer illud Anthologiæ: Νικηφὸν σῶμα λίονος ὑπερθύμοιο λαγωοί. *Barnes.*

328. Πίφεως λιτὺς] Hunc odii explendi morem tangit Argentarius Anthol. H. Steph. p. 211. *Musg.*

Legitur is locus in Brunck. Analect. II. p. 274. ἀλλὰ λίθος ἐπὶ τύμβου, ἰδωνίες, μᾶλλον τὸ βάλλει. *Seidl.*

Πίφεως τε λιτὺς] Est pleonasmus: nam λιτὺς per se tantum sonat, quantum πίφεως λιτύς: est autem elegans in exaggerationibus hujusmodi figuræ istius usus: summæ autem et hoc insolentiæ et in mortuum pervicacissimi odii, sepulcrum lapidibus impetere. *Barnes.*

329. τοὔνομ'] Ita Edit. Victor. Princ. Vulgo τοὐνομ'. Vid. Ind. ad Gregor. Cor. s. ὁ, ἡ, τό. *Seidl.*

330. Reisk. legit: ἆρά σοι τύμβων ἄλλως ἐπιφὼν ἀμύνει; *arcetne a tuo tumulo cumulos saxorum, quibus eum peto?* Arcere saxorum significant vasta terræ spatia saxis obsita. v. Herc. Fur. 1220. *Beck.*

331. ἀκὼν, scil. Orestes. *Seidl.*

333. Distinguo:

πολλοὶ δ' ἐπιστέλλουσι (ἑρμηνεὺς δ' ἐγὼ)
αἱ χεῖρες, ἡ γλῶσσ' —

Musg.

ΑΥ. Ἔα· τίνας τούσδ' ἐν πύλαις ὁρῶ ξένους;
Τίνος δ' ἕκατι τάσδ' ἐπ' ἀγραύλους πύλας
Προσῆλθον; ἦ μου δεόμενοι; γυναικί τοι
Αἰσχρὸν μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν.
ΗΛ. Ὦ φίλτατ', εἰς ὕποπτα μὴ πόλῃς ἐμοί.
Τὸν ὄντα δ' εἴσει μῦθον· οἵδε γὰρ ξένοι
Ἥκουσ' Ὀρέστου πρός με κήρυκες λόγων.
Ἀλλ', ὦ ξένοι, ξύγγνωτε τοῖς εἰρημένοις.
ΑΥ. Τί φασιν; ἀνὴρ ἔστι, καὶ λεύσσει φάος;
ΗΛ. Ἔστιν λόγῳ γοῦν· φασὶ δ' οὐκ ἄπιστ' ἐμοί.

Col. Hem. Quosnam hos in foribus conspicor hospites?
Cujus vero *rei* causa ad has agrestes fores
Accesserunt? an mea opera indigentes? Mulieri enim
Turpe *est*, stare cum juvenibus.
Ele. O charissime, in suspicionem ne mihi venias,
Verum autem sermonem scies. Hi enim hospites
Veniunt ad me Orestis nuncii mandatorum.
Sed, O hospites, date veniam *verbis ab isto* dictis.
Col. Quid aiunt? illene est, et lucem aspicit?
Ele. Vivit *ex horum* quidem sermone: dicunt enim non incredibilia mihi.

335. Κάρα σ' ἰμὼν ξυρᾶσιν,] De more caput in luctibus radendi vide supra ad v. 241.

Ἰ, σ' ἰκτίνου τινόν.] Καὶ ὁ σανὴς Ὀρέστου. Observandum hoc loco, inquit Æmilius Portus, τὸ τινὸν participium cum genitivo positum, pro τινὸς, vel σανὴς, eodem modo, quo Homero dicitur: τέκεν ὑὸν ἰδῆς, pro ἰδήμεναι. *Barnes.*

Markl. ad Suppl. 1099. mavult ἰκτῖνον τινόν. *Beck.*

Ἰκτίνου i. e. Ὀρέστου. *Seidl.*

Ἰ σ' ed. Victor.

345. μίλῃς] Ita MSS. α. β. Vulgo μίλαις. [Sic ed. Victor.] *Musg.*

346. Legitur ἵξῃ. [Sic ed. Vict.] *Seidl.*

349. Τί φασιν; ἀνὴρ ἔστι, καὶ λεύσσει φάος; &c.] Ita ad hunc locum Petrus Victorius Var. Lect. Lib. II. c. 19. Virgilius his verbis induxit Andromachen interrogantem Æneam, repente visum, quærentemque, quæ et ipsa scire cupiebat, magni animi mulier, nec dum tot adversis rebus fracta, et grata esse sciebat illi; unde quærebat, *Æn.* Lib. III. v. 339. *Quid Puer Ascanius? superatne et vescitur aura?* Eodem autem modo induxit Euripides Colonum interrogantem Electram uxorem in Fabula, cui ipsa nomen dedit, ut videatur Epicus Latinus poëta Tragico Græco hunc locum transtulisse. Cum enim ab opere rediens ille invenisset domi cum uxore loquentes adolescentes duos, ac percunctatus esset, quinam illi forent, accepissetque ab Oreste missos statim inquit: τί φασιν; ἀνὴρ ἔστι, καὶ λεύσσει φάος. Valet autem apud Latinos poëtam *superat*, quod apud Græcum ἔστι id enim primum interrogari debuit; neque enim mirum fuisset, utrumque tantis malis oppressum vitam finisse. Quod vero additur ab utroque, est tanquam declaratio ejus, quod uno tantum verbo, sed nimis concise dixerat. A consequentibus igitur ambo vitam significarunt: nam qui vivunt, luce fruuntur, et quasi respiciunt. Præterea quod Virgilius adjunxit: *Et quænam Puero est ea cura parentis? Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles, Et pater Æneas et Avunculus excitat Hector?* Posteriorem interrogationis Agricolæ illius imitatio

ΑΥ. Ἦ καί τι πατρὸς, σῶν τε μέμνηται κακῶν;
ΗΛ. Ἐν ἐλπίσιν ταῦτ'· ἀσθενὴς φεύγων ἀνήρ.
ΑΥ. Ἦλθον δ' Ὀρίστου τίν' ἀγορεύοντες λόγον;
ΗΛ. Σκοπούς ἔπεμψε τούσδε τῶν ἐμῶν κακῶν.
ΑΥ. Οὐκοῦν τὰ μὲν λεύσσουσι, τὰ δὲ σύ που λέγεις.
ΗΛ. Ἴσασιν· οὐδὲν τῶνδ' ἔχουσιν ἐνδεές.
ΑΥ. Οὐκοῦν πάλαι χρὴν τοῖσδ' ἀνεπτύχθαι πύλας.
Χωρεῖτ' ἐς οἴκους· ἀντὶ γὰρ χρηστῶν λόγων
Ξενίων κυρήσεθ', οἷ' ἐμὸς κεύθει δόμος.
Αἴρεσθ', ὀπαδοὶ, τῶνδ' ἔσω τεύχη δόμων·

Col. Numquid etiam patris, et tuorum malorum meminit?
Ele. In spe *versantur* ista: sed infirmus *est* vir exulans.
Col. Quem autem sermonem Orestis *huc* nunciaturi venerunt?
Ele. Exploratores hos misit meorum malorum.
Col. Ergo partim quidem aspiciunt, partim vero tu ipsa narras.
Ele. Noverunt, nihil hac quidem in parte desiderant.
Col. Ergo jampridem ipsis portas apertas esse oportuit.
Ite in ædes: pro lætis enim nunciis
Munera hospitalia accipietis, qualia mea occultat domus.
Ferte, O ministri, intra horum vasa:

sse videtur, cum ait: Ἦ καί τι πατρὸς σῶν τε μέμνηται κακῶν; Ut falsa prorsus explodendaque videatur sententia eorum, qui in Latino carmine parentis valere putarunt patriæ. Nam similes etiam hi loci valde inter se sunt; quod ambæ hæ personæ, quæ interrogant, commotæ animo sunt, re nova atque inexspectata perturbatæ: Quare convenit ipsis mirifice vehemens hæc acrisque interrogatio. *Ita ille.* *Barnes.*

ἀνὴρ] Ita Schaeferus. Vulgo ἀνὴρ hic et v. 364. Ἔστι accentu notavi, quod hic valet ζῇ. *Scidl.*

350. Ἔστιν λόγῳ γοῦν] Hic ἔστιν pro ζῇ iterum ponitur. Vide quæ nos ad Hippol. v. 357. et ad notam superiorem. *Barnes.*

351. Ἦ καί τι πατρὸς, σῶν τε μέμνηται κακῶν;] Hunc locum a Petro Victorio observatum habes ad v. 349. *Barnes.*

352. Ἐν ἐλπίσιν ταῦτ'·] Hæc sunt, quæ de illo speramus; inter spes meas reponuntur, Orestem et patris sui et meorum infortuniorum memorem, et suarum injuriarum, quibus mox remedium quoddam, aut solatium, adhibiturus est. *Barnes.*

ἀσθενὴς φεύγων ἀνήρ.] Vide similem locum supra ad v. 236. *Barnes.*

353. Leg. τίνα περιόντες, *quemnam traducentes*, velut per canalem huc derivantes sermonem, vel etiam τίνα τορεύοντες, i. e. τορῶς ἐκφέροντες, *perspicue clareque enunciantes.* *Reisk.*

358. εἰς οἴκους· ed. Victor.

359. οἷ' ἐμὸς κεύθει δόμος.] Similis Theocriti locus, Idyll. 22. v. 222. Ὡς ἐμὸς ὄλβος ὑπάρχει, Τοῖα φέρω. In hoc autem Colono poëta noster graphice describit sinceritatem et hospitalem animum eorum, *quibus res angusta domi, sed mens vere aurea.* Quem ideo postea v. 364. et deinceps Orestes egregie laudibus mactat, cum animum illius lætiori fortuna dignum deprehendit. *Barnes.*

360. Αἴρεσθ', ὀπαδοὶ, τῶν δ' ἔσω τεύχη δόμων·] Ὦ ὑμεῖς ὀπαδοὶ, αἴρεσθε τῶνδε ἀνδρῶν τὰ τεύχη, καὶ σκεύη ἔσω δόμων· καὶ ὑμεῖς, οἱ ξένοι, μηδὲν ἐμοὶ ἀντείπητε περισκεπτόμενοι φιλοφρόνως ὑπὸ φίλου ἀνδρός. Τεύχη

Καὶ μηδὲν ἀντείπητε, παρὰ φίλου φίλοι
Μολόντες ἀνδρός· καὶ γὰρ εἰ πένης ἔφυ,
Οὔ τοι τό γ' ἦθος δυσγενὲς παρίξομαι.
ΟΡ. Πρὸς θεῶν οὐ 'κνῆρ, ὃς ξυνεκλέπτει γάμους
Τοὺς σούς, Ὀρέστην οὐ καταισχύνειν θέλων;
ΗΛ. Οὗτος κέκληται πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας.
ΟΡ. Φεῦ. οὐκ ἔστ' ἀκριβὲς οὐδὲν εἰς εὐανδρίαν·
Ἔχουσι γὰρ παραγμὸν αἱ φύσεις βροτῶν.

Et *vos* nihil contradicite, quia a charo chari
Venistis viro. Quamvis enim pauper sim,
Non tamen animum degenerem *vobis* exhibebo.
Ore. Per deos quæso, hicne vir *est*, qui una nuptias celat
Tuas, Orestem probro afficere non volens?
Ele. Hic vocatur maritus meus miseræ. [*nescendum*
Ore. Papæ. Nullum est certum *argumentum* ad virorum generositatem dig
Mortalium enim ingenia *magnam* confusionem habent.

itaque modernis τοῦλδεν sonat, i. e. Tuldum; de qua voce Cuiac. Meursius et Rigaltius in Glossariis. Anglice: *a portmanteau.* *Barnes.*

ἐναλὶ,] Pertinet ad servos, qui Orestem atque Pyladem sequuntur. *Beck.*

τῶνδ' scil. ἀνδρῶν. *Seidl.*

361. ἀντείπητε, scil. ὦ ξένοι. *Seidl.*

363. δυσγενὲς] Ita Barnesius ex Canteri conjectura. Ed. Victor. δυσμενὲς. *Musg.*

δυσγενὲς] Olim δυσμενὲς, quod Canterus et Scaliger δυσγενὲς legendum monuerunt, et sane longe hæc lectio antithesi commodior videtur; quare in textum admisimus, aliam lectionem in marginem rejicientes. *Barnes.*

δυσγενὲς] Ed. Victor. δυσμενές. Illud restituit Canterus. Confusio est frequentissima. *Seidl.*

364. s. συνεκλέπτει γάμους Τοὺς σοὺς,] Scil. quales sunt. Nondum enim virginem tetigerat. Conf. v. 270. et 271. *Seidl.*

366. πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας.] Possessiva genitivos post se recipiunt, cujusvis adjectivi, qui ad genitivum primitivi in possessivo inclusi referuntur, ut: *Nostros vidisti flentis ocellos*, et Horat. — *scripta cum mea nemo legat vulgo recitare timentis.* Sic in hoc loco: πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας, subaudi ἐμοῦ, pronominis primitivi. *Barnes.*

367. Φεῦ. οὐκ ἔστ' ἀκριβὲς] De φεῦ ex tra versum numerando plus semel monui mus. Vid. ad Herc. Fur. v. 1089. e Hecub. v. 1079. etc. Hunc locum, versu nempe hoc ipso ad v. 309. inclu sive, egregie vertit Hugo Grotius in Ex cerptis. *Barnes.*

Hugo Grotius, qui in Excerpt. p. 358 totum hunc locum usque ad v. 392. ver tit, hunc et sequentem versum sic reddit:

Indicia nusquam certa virtutis patent,
Sed animus hominum discrepat promiscue.
Seidl.

370. Τὸ μηδὲν ὄντα,] De hac phrasi vid ad Ion. 596. *Barnes.*

χρηστὰ δ'] Ita Brubach. Vulgo χρεστά σ', ut etiam habet Grotius. Etiam v. 370. malim γνώμην δὲ. *Seidl.*

371. Λιμὸν] Menander eadem metapho ra ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλουσίαν apud Sto baeum c. 93. Male igitur Scaliger λαμὸ *Musg.*

Λιμὸν σ', ἐν ἀνδρὸς πλουσίου φρονήμασιν] Grotius vertit: *Alioque dites mentis in penuria.* Nec infacete poëta homini re bus hujus seculi abundanti mentis indi gentiam objicit. At Josephus Scalige, acutius penetrans, putat, Λαμὸν hic leg debere. Certe Λαμὸς, quæ vox alioqui pestem sonat, etiam improbum hominem denotat: ita nostræ literæ Psalm. i. v. 1.

Ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς
Τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστά τ' ἐκ πακῶν τίκτει·
Λιμόν τ' ἐν ἀνδρὸς πλουσίου φρονήματι,
Γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι.
Πῶς οὖν τις αὐτὰ διαλαβὼν ὀρθῶς κρινεῖ;
Πλούτῳ; πονηρῷ γ' ἆρα χρήσεται κριτῇ.
Ἢ τοῖς ἔχουσι μηδέν; ἀλλ' ἔχει νόσον
Πενία· διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ πακόν.

Jam enim vidi virum generosi patris *filium*,
Qui nihil erat, et bonos ex malis *procreates*,
Famemque in hominis opulenti spiritu,
Animumque magnum in paupere corpore.
Quomodo igitur quis hæc discernens recte judicet?
Opibusne? malo sane utetur judice.
Aut iis qui nihil possident? sed habet vitium
Paupertas: docet enim virum ob egestatem malo.

Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Et Actor. c. xxiv. v. 5. *Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσεις*, etc. Hinc Hesychius: *Λοιμῶν, φθορέων, ἢ ἁμαρτωλῶν, τῶν τοῦ νόμου ἐμπαικτῶν*, apte ad locum ex Psalmis supra citatum respiciens. *Barnes.*

Heathius improbat Scaligeri conjecturam, quod λοιμὸς de *improbo homine* nondum Euripidis ætate, sed serius, dici coperit, et quod non novum sit, hominem improbum opulentum deprehendi, sed splendide a fortuna instructum, qui mentis penuria laboret, exspectationem hominum quodammodo frustrari. *Beck.*

Jure Musgravius rejicit Scaligeri conjecturam λοιμὸν pro λιμὸν citans Menandri fragmentum (Trincavellius Alexidi tribuit) ex Stobæo Floril. XCIII. p. 377. *Ψυχὴν ἴχνη δὴ πλουσίαν.* Adde Nostri Suppl. 917. ibique Markland. Idem usus est verbi ἀφυιός. Obiter moneo, in proximo Stobæi fragmento ex Euripid. Phaëthonte (V.) scribendum videri:

δυοῖν γε τοῖν πλουτοῦσι, τοῖνο δ' ἁμφοτεροῖν,
σκαιόφρον εἶναι. τί σοι τοῦθ' ὧν αἴτιον;

Conf. Fragm. Archel. XXIII.

πλουτῶ; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία, δυοῖν δ' ἄμφ.

et Phœnissa. 606. δυοῖν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φυλόψυχον κακόν. *Seidl.*

372. Γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι.] Hunc versum videtur Virgilius adumbrasse in suis apibus describendis, imo, si *angusto* pro *paupere* sumas, expressisse: *ingentes animos angusto in corpore versant*; quem versum nos ad Pygmæos alicubi retulimus. *Barnes.*

373. αὐτὰ, i. e. ταῦτα. Vid. ad Troad. v. 363. *Seidl.*

374. γ' ἆρα] In Schaferi editione typothetæ errore legitur δ' ἆρα. — Edit. Victor. Princ. γ' ἄρα. Fortasse verius est τἄρα, i. e. τοὶ ἄρα. *Seidl.*

375. Ἢ τοῖς ἔχουσι μηδέν;] Concretum posuit poëta pro abstracto, non admodum opportuno loco. *Seidl.*

376. Apud Stob. Grot. XCVI. p. 585. *Burn.*

διδάσκει δ'] Ita MSS. tres, ut jam Barnesius ex conjectura. Ed. Victor. διδάσκει γ'.

διδάσκει ἄνδρα κακόν.] Idem valet, quod διδάσκει ἄνδρα κακὸν εἶναι. Formulam illustrat Toupius ad Suidam v. χρεία, (T. III. p. 320.) et ante eum Bentleius, Epist. ad Millium, p. 18. Vide etiam ad Heraclid. v. 575. Pro ἄνδρα τὴ χρείᾳ corrigit Toupius ἄνδρα χ' ἡ χρεία. Mihi satisfacit vulgata. *Musg.*

διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν.] Ita

Ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἴλθω; τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων
Μάρτυς γένοιτ' ἂν, ὅστις ἐστὶν ἀγαθός;
Κράτιστον εἰκῆ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα.
Οὗτος γὰρ ἀνὴρ, οὔτ' ἐν Ἀργείοις μέγας,
Οὔτ' αὖ δοκήσει δαιμόνων ὠγκωμένος,
Ἐν τοῖς τε πολλοῖς ὢν, ἄριστος εὑρέθη.
Οὐ μὴ φρονήσειθ', οἳ πενῶν δοξασμάτων
Πλήρεις πλανᾶσθε; τῇδ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς

Au ad arma veniam? quis vero lanceam aspiciens,
Testis esse queat, quisnam sit strenuus?
Optimum *est* hæc temere neglecta relinquere.
Hic enim vir, neque inter Argivos magnus,
Neque etiam gloriâ deorum inflatus,
Unusque ex plebe, optimus est inventus.
An non sapietis, qui vanarum opinionum
Pleni erratis? Et ex consuetudine mortales

leviter mutata litera pro γ', scripsi δ' inter διδάσκει et ἄνδρα. Hic enim sensus et ordo verborum: Ἀλλ' ἴχω νέον Πειθία· διδάσκει δὲ τὸν ἄνδρα, ἔνστ' ἰσίσχεται, τὸν φανλότατον, καὶ τὸ κακὸν τῇ χειρὶ ἀναγκασθέντα. *Barnes.*

377. Heath. emendat: ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἰλθὼν, scil. κρίνω. *Beck.*

Male Heathius conjicit ἰλθών. *Seidl.*

378. ὅστις ἐστὶν ἀγαθός;] Ita pro ἀγαθὸς, quod prius obtinuit, scribo, ob versum, et quia emphasis quædam ita postulat: præterea Scaliger mecum stat. *Barnes.*

ἀγαθός.] Veteres editiones ἀγαθὸς. Victorii tamen Ed. Princ. ὁ ἀγαθός. *Seidl.*

379. Heathius: "Ex Diogene Laërtio Lib. II. §. 33. discimus Socratem, cum hæc fabula publice recitabatur, in theatro adfuisse, et hoc v. audito surrexisse et e theatro fuisse egressum, dicentem, ridiculum esse, mancipium, si non inveniatur, dignum inquisitione judicare, virtutem autem ita subtrahi permittere. In hodiernis quidem Laërtii exemplaribus hic versus ex Euripidis Auge citatur; sed hanc ipsam fabulam designari manifestum, opinor, erit versus proxime præcedentes expendenti."

Pro εἰκῆ Toupius ad Long. p. 242. mavult εἴη, quod deterius est. Pertinet εἰκῆ non ad ἐᾶν sed ad ἀφειμένα. Bene Grotius:

Hæc melius ergo tinere sic ferri, ut cadunt. *Seidl.*

381. ὠγκωμένος,] MS. β. ὀγκώμενος. Verum puto ὀγκούμενος. *Musg.*

δοκήσει, i. e. δόξῃ, ut Androm. 694. Herc. Fur. 288. Fragm. Ixion. I.

ὠγκωμένος,] "MS. β. ὀγκώμενος. Verum puto ὀγκούμενος." Musgravius. Minime omnium. Hoc esset, *non superbe se gerens propter gentis suæ gloriam*, quasi vere ex generosa stirpe esset oriundus. Sensus est, *non gentis nobilitate clarus factus.* Eodem modo hoc participio noster utitur Fragm. Phryx. XIV. et Fragm. Inc. XVII. *Seidl.*

382. Ἐν τοῖς τε πολλοῖς ὤν,] Ἐν τῷ δήμῳ. οἱ πολλοὶ, vulgus. *Barnes.*

εὑρέθη.] Heathius mavult εὑρίθη. Sed in hoc verbo augmentum non ponitur. In Iphig. Taur. 778. jam Marklandus et Musgravius correxerunt εὑρέμεθα. *Seidl.*

383. a. Οὐ μὴ φρονήσειθ', οἳ πενῶν δοξασμάτων Πλήρεις πλανᾶσθε;] Οὐ μὴ φρονήσετε, πολλῶν καὶ ἀβλαβῶν δοκούντων, Μᾶν οὐ συνοίσειν γενέσθαι; Ita locum vertit Grotius: *Opinioni credulum vanæ genus, Nunquamne posito errore discetis Viros vita æstimare, nobilesque ex moribus?* &c. *Barnes.*

Κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς;
Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ,
Καὶ δώμαθ'· αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν,
Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν· οὐδὲ γὰρ δορὶ
Μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει·
Ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο, κἀν ὑψυχίᾳ.
Ἀλλ', ἄξιος γὰρ ὅ, τε παρὼν, ὅ, τ' οὐ παρὼν
Ἀγαμέμνονος παῖς, οὗπερ οὕνεχ' ἥκομεν,

385 Judicabitis, et ex moribus nobiles?
Tales enim viri civitates administrant bene,
Et domos: at carnes vacuæ mentis,
Ornamenta fori sunt. Neque enim in prælio
Robustum brachium fortius quam imbecillum ferit:
390 Hoc enim in natura positum est, et in animi præsentia.
Quare, dignus enim est et præsens, et absens
Agamemnonis filius, cujus gratia venimus,

385 οἱ πενῶν δεξαμένων κτλ. πλανᾶσθε; i. e. Qui, majoris scilicet, quam par est, divitias et generis nobilitatem æstimantes, falsarum opinionum pleni a vera via aberratis. Similiter Isocrates Epist. ad liberos Jasonis, p. 1006. Bas. ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων. Totum autem hunc locum usque ad v. 390. in Excerpta sua retulit Stobæus Serm. LXXXIV. p. 490. (Floril. p. 353.) ubi varias quasdam lectiones deprehendere licet. Pro φρονήσει θ' Trincavellius et Gesnerus legunt φρενήρη θ'. V. 385. apud Trincavellium legitur κρίνετε pro κρινεῖτε. V. 386. omnes Stobæi editiones habent τοιοῦδε pro τοιοῦτοι, et v. 387. ἄρσεν pro φρενῶν, (quod posterius jam correxit Gataker. Op. Crit. p. 511.) versu denique 388. δίῳ pro δορί. *Seidl.*

384. τῇ δ' ἡμελίᾳ, &c.] i. e. et potius ex vita et moribus de mortalium nobilitate judicabitis? *Seidl.*

386. Οἱ τοιοῦτοι, scil. εὐγενεῖς τοῖς ἤθεσιν. *Seidl.*

387. ἀ. αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσιν·] Pulcherrime dictum in eos, qui externam quandam dignitatis speciem præ se ferentes, animos habent stupidos, ac humilibus curis occupatos, quique sunt, ut poëtæ verbis utar, ἐνόσφιν ἄχλοι ἀρούρας, et tamen honores in republica gerunt; cum neque consilio, neque vitæ moderatione, vel sibi vel aliis utiles esse possint. Hos recte dixeris *carnes mente et ratione vacuas, ac fori statuas*; cum bene oculis et adspectui blandiuntur, at nihil præterea valent. Ex Gasparis Stiblini notis. *Barnes.*

388. Leg. δίῳ, *pugnam, prælium.* μένει est i. q. ὑπομένει. *Beck.*

Ἀγάλματ' ἀγορᾶς] Comparat Gatackerus, Lib. I. Nostri Fragm. Autolyc. III. 10. ex Athen. Deipnos. X. 2. καὶ πίλους ἀγάλματα φωνῶν.

δίῳ] Ita, ut dictum est, Stobæus. Idem optime conjecerat Reiskius. Sic Noster Heracl. 744. καὶδὲ μένων δίῳ. Vertit Grotius:

Nec securius
Robusta teneris brachia hastam acceperint.

Vulgo legitur δορί. *Seidl.*

389. μένει·] Optime Tyrwhittus: "Corrigendum opinor θένει. Sic Cyclop. v. 7.

Ἐγαίλαθον ἰτέαν τε μέσον θένει δορί."

Musg.

Immo, qui robusto est corpore, is majori vi poterit θένειν, sed non ideo etiam μένειν, i. e. *hostes fortiter excipere, neque cedere loco.* Similiter Sophocl. Antig. 671.

δορὶς τ' ἂν ἐν χειμῶνι περσαντεμμένον

Δεξώμεθ' οἴκων καταλύσεις· χωρεῖν χρεών,
Δμῶες, δόμων τῶνδ' ἐντός· ὡς ἐμοὶ πένης
Εἴη πρόθυμος πλουσίου μᾶλλον ξένος.
Αἰνῶ μὲν οὖν τοῦδ' ἀνδρὸς εἰσδοχὰς δόμων·
Ἐβουλόμην δ' ἄν, εἰ κασίγνητός με σὸς
Εἰς εὐτυχοῦντας ἦγεν εὐτυχῶν δόμους.
Ἴσως δ' ἄν ἦλθοι· Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι
Χρησμοὶ, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.
ΧΟ. Νῦν, ἢ πάροιθεν μᾶλλον, Ἠλέκτρα, χαρᾷ
Θερμαινόμεσθα καρδίαν· ἴσως γὰρ ἄν
Μόλις προβαίνουσ' ἡ τύχη σταίη παλῶς.

Accipiamus ædium diversoria: ire oportet,
Famuli, intra has domos. Quia mihi pauper
Alacer hospes fuerit potius, *quam dives*,
Laudo igitur hujus viri oblatum hospitium:
Mallem tamen, si frater me tuus
In ædes felices *ipse* felix duxisset:
Fortasse autem venerit. Apollinis enim rata *sunt*
Oracula, mortalium vero divinationem valere sino.
Cho. Nunc quam ante magis, O Electra, gaudio
Incalescimus cor; fortasse enim
Ægre progrediens fortuna, consistet præclare.

μίνω δίκαιον κἀγαθὸν παρεστάτην.
Seidl.

391. Ἀλλ', *ἄξιος γὰρ εἶ, τι παρὼν, εἴ, τ' οὐ παρὼν*] Ænigmatice loquitur Orestes, de seipso, qui cum revera præsens esset, absens putabatur, utpote qui Nuntius Orestæ habitus est, ipse Orestes existens. *Barnes.*

394. s. *ὡς ἐμοὶ — ξένος.*] Videtur hoc dicere: Diviti hospiti præfero pauperem, qui propenso sit animo. Lobeckius de usu Apostroph. p. 20. conjicit *πρόθυμος* loco *πρόθυμος*. *Seidl.*

397. Ἐβουλόμην δ' ἄν, i. e. *μᾶλλον ἐβουλόμην ἄν*. Vid. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 769. sq. Schæf. *Seidl.*

399. s. *Λοξίου μὲν ἔμπεδοι Χρησμοὶ, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.*] *Certa sunt Phœbi patris Oracula; Hominum* nil moror *præsagia.* Ex Hugonis Grotii Versione. Et hic locus cum mille aliis Euripidis characterem et genium sapit. Ita ille solet prædictiones cujuscujus generis, sive ex astrologia, sive ex auguriis, sive oraculis petitas, propinare nobis deridendas; Consule quæ nos ad Helen. v. 333. item v. 743. item Herc. Fur. v. 596. Ut et Phœniss. v. 784. item 879, &c. *Barnes.*

401. s. *καρδίαν θερμαινόμεσθα καρδίαν·*] Imitatio Homerici illius *θυμὸν ἰαίνεσθαι*, et illius Odyss. ζ'. v. 155. — *μᾶλλα τοί σφιν θυμὸς Αἰνὺ ἰαίνεσκεν ἰδόντε.* Ἡ χαρὰ γὰρ θερμαντικὸν, τὸ δὲ λυπηρὸν καὶ φοβερὸν, ῥιγιδανὸν καὶ κρυερόν. Hinc nos Francicos nostræ Lib. III. v. 777. *Sancto omine pugnam Te vidi ingressum; et lætabar pectore toto, Perfusoque genæ ad virum fervore calebant. Barnes.*

406. Τί δ';] In Ed. Victor. Princ. signum interrogationis deest. *Seidl.*

407. *ἴν τι μαχεῖς*, &c.] "Ἔν τι μὲ, subaudi *ὑπάρχουσι*, et verte: nonne et victum tenuem et deficientem etiam offendentes, in eo tamen acquiescent?" Heathius. Male. Negligentius locutus est poëta, qui hoc vult: *συλλέξουσι ἵν μαχεῖς οὐχ ἥττους, ἢ ἵν μὴ μαχεῖς.* Ceterum Edit.

ΗΛ. Ὦ τλῆμον, εἰδὼς δωμάτων χρείαν σέθεν,
Τί τούσδ' ἐδέξω μείζονας σαυτοῦ ξένους;
ΑΥ. Τί δ'; εἴπερ εἰσὶν, ὡς δοκοῦσιν, εὐγενεῖς,
Οὐκ ἴσον τε μικροῖς, ἴσον τε μὴ, στέρξουσ' ὅμως;
τῶσα ἡ Ἐκκλησία τὸν Θεὸν τῶν πατέρων αὐτῶν. Καὶ κάμψαντες τὰ γόνατα προσεύποντο Κυρίῳ, καὶ τῷ Βασιλεῖ. Sic Eusebius Lib. X. in fine, de Christianis loquens: ὅμοιοι (αὐτῶν) τὸν παμβασιλέα Θεὸν πρόπιστα πάντων, ὅτι δὴ τοῦτ' ἐδιδάχθησαν, πέπιστα τὸν ὑποβεβηκὸς βασιλέα (Κωνσταντῖνον) ἡγέμασιν. His itaque conformiter in Esthera nostra, ubi Ahasuerus, Deo disponente, ad Estheræ rogatum, literas Hamanis literis contrarias illi potestatem confert emittendi, v. 1350. Ὡς ἔφασθ'. ἡ δ' Ἐσθὴρ Θεὸν ἤνεσε καὶ βασιλῆα· Τὸν βασιλῆα φιλοῦντα, Θεὸν δ', ὅτι πάντ' ἴσασι. *Barnes.*

894. s. ὡς δὲ τῷ σάφ' εἰδέναι τάδε Προσθῶμεν,] Ita potius lego, quam δὲ τῷ σάφ', et προσθῶμεν· nam σάφ' hic ponitur pro σάφα, non pro σαφεῖ, ut Æmilio Porto placet; σάφα autem Homericum est pro σάφως, et hoc pro σαφῶς; ita Iliad. β'. v. 192. Οὐ γάρ πω σάφα οἶσθ', οἵος νόος Ἀτρεΐδαο. Et Odyss. α'. v. 202. Οὔτις τι μάντις ἐὼν, οὐδ' οἰωνῶν σάφα εἰδώς. Scripsi itaque προσθῶμεν, ut duobus post lineis. *Barnes.*

δὲ τῷ — Προσθῶμεν,] Vulgo δὲ τῷ προσθῶμεν. Verte: et ut rem alicui clare cognoscendam exhibeamus, ob oculos ponamus. *Seidl.*

δὲ τῷ ed. Victor.

895. Προσθῶμεν,] Recte Barnesius προσθῶμεν. *Musg.*

Heath. præplacet προσθῶμεν, quod vertit: *ut vero ad certam hujus rei scientiam confirmandam aliquid addamus, ipsum mortuum tibi affero.* Mavult etiam τάδε pro τάδι.

Reisk. emendat: τὸ σάφ' εἰδέναι τάδε προσθῶμεν, *ut verbis nostris et scientiæ tuæ, τὸ σάφ' εἰδέναι, claram et indubiam scientiam atque demonstrationem addamus.* Vocalis brevis in τὸ producitur ob sequentem litteram sibilantem. *Beck.*

896. Ὅν, εἴτε χρῄζεις, θῆρσὶν ἁρπαγὴν πρόθες, &c.] Non ego hic notandam puto, ut Siblinus vult, Orestæ sævitiam, sylvestri ingenio, ac in vindicta nimium efferato, accommodatam. Potius ego judicium poëtæ nunquam satis laudandum exosculor, qui cum hanc rem ipse condemnandam sibi proponeret, hanc optionem a fratre, qui eapse re id se nequaquam facturum ostendit, sorori datam fingit; a qua tamen mox ipsa fortiter et pie rejicitur; tantum infelicis Ægisthi casum et surdum caput, non tamen nisi post excusationes quasdam præmissas, modeste interrogat, de veteri ejus insolentia, impietate et aliis, quæ gesserat Ægisthus, ma-

ΗΛ. Αἰσχύνομαι μὲν, βούλομαι δ' εἰπεῖν ὅμως.
ΟΡ. Τί χρῆμα; λέξον, ὡς φόβου γ' ἔξωθεν εἶ.
ΗΛ. Νεκροὺς ὑβρίζειν, μὴ μέ τις φθόνῳ βάλῃ.
ΟΡ. Οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὅστις ἂν μέμψαιτό σοι.
ΗΛ. Δυσάρεστος ἡμῶν καὶ φιλόψογος πόλις.
ΟΡ. Λέγ', εἴ τι χρῄζεις, ξύγγον'· ἀσκόνδοισι γὰρ
Νόμοισιν ἔχθραν τῷδε συμβεβλήκαμεν.
ΗΛ. Εἶεν· τίν' ἀρχὴν πρῶτά σ' ἐξείπω κακῶν;
Ποίας τελευτάς; τίνα μέσον τάξω λόγον;

Ele. Erubesco quidem, nihilominus tamen volo dicere.
Ore. Quam rem? dic, quia extra metum es.
Ele. Mortuos contumelia afficere *nolo*, ne aliquis me feriat invidia.
Ore. Non est ullus, qui te *propterea* reprehendat.
Ele. Morosa *est* nostra et ad convitia-proclivis civitas.
Ore. Dic si quid velis, soror: irreconciliabilibus enim
Legibus inimicitias cum isto gerimus.
Ele. Esto: quod initium primum tibi dicam opprobriorum?
Quem finem? quam orationem mediam collocabo?

lis; ne nulla pio poëtæ daretur occasio populum Atheniensium suo more præclare de virtutis vitiique natura docendi. *Barnes.*

Ὅν εἶσι χρῄζως, &c.] Schæferus edidit ὅ τι χρῄζως. Sed nihil mutandum. Pro εἶσι — εἶσι haud raro Græci dicunt εἶσι — ἤ, ipso monente Schæfero Melet. Crit. p. 5. coll. Lobeck. ad Aj. v. 117. Plena igitur locutio esset, ὃν εἶσι χρῄζως θυμὸν ἀσπαγὴν σφαθῆναι, σφάθις, εἶσι χρῄζως σιδῆρον εἰσπεῖσαι ἰχθῦσι, ἴσως. *Seidl.*

898. Πᾶσαι' ἴσως σκόλοψι.] Nota Veterum morem, qui etiam apud nos obtinet, perduellium capita et membra palis affixa suspendere in terrorem aliorum. *Barnes.*

900. s. Αἰσχύνομαι μὲν, Νεκροὺς ὑβρίζειν.] Monet hic poëta sub Electræ persona, sæviendum non esse in mortuos, nec ultra mortem irasci debere: secundum illud: *Mortalium iræ immortales esse non debent.* Huc referatur illud Euripidis in Philoctete, quod et inter fragmenta invenies: Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ, Οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν Ἀθάνατον· ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται. Huc refer illud caput ex Stobæi Florilegio, Titulo 126. Ὅτι οὐ χρὴ παροινεῖν εἰς τοὺς τετελευτηκότας. Vide quæ nos ex Homero et Archilocho retulimus ad Bacch. v. 1028. *Barnes.*

902. μὴ μέ τις φθόνῳ βάλῃ.] Eleganter Tyrwhittus: "Corrigendum credo *φθόνος*. Sic Pindar. Isth. VII. v. 55.

ὁ δ' ἀθανάτων Μὴ ἁρμοσίνοι φθόνος.

Vide supra ad Rhes. v. 453. *Musg.*

μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ.] Vera videri potest Tyrwhitti emendatio, si compares Phœnisse. 93. μή μοι ἴλαθι ψόγος, Orest. 964. φθόνος νιν ἵλαι, Alcest. 1154. φθόνος μὴ γένοιτό τις θεῶν, coll. Suppl. 358. Iph. Aul. 1097. Hercul. Fur. 1210. ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθιγμάτων. Sed explicari tamen librorum lectio potest μή μέ τις βάλῃ εἰς φθόνον, λέγων με νεκροὺς ὑβρίζειν. Orestis responsio quodammodo indicat, τις de persona accipiendum esse. *Seidl.*

904. Δυσάρεστος ἡμῶν καὶ φιλόψογος πόλις.] Ita Nausicaa de suis civibus loquitur, Odyss. ζ'. v. 273. Τῶν ἀλιτέσθω φῆμη ἀδεισία, μή τις ἐπίσσυα Μυρίνῃ, μάλα δ' εἰσὶν ὑπερφίαλοι κατὰ δῆμον. *Barnes.*

905. s. ἀσκόνδοισι γὰρ Νόμοισιν ἔχθραν τῷδε συμβεβλήκαμεν.] Ita hunc locum ex Homero poëta noster expressit, Iliad. χ'. v. 261. Ὡς οὐκ ἔστι λέοντι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστὰ, Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν, Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμ-

Καὶ μὴν δι' ὄρθρων γ' οὔποτ' ἐξελίμπανον
Θρυλλοῦσ', ἃ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σὸν,
Εἰ δὴ γενοίμην δειμάτων ἐλευθέρα
Τῶν-πρόσθε· νῦν οὖν ἐσμέν· ἀποδώσω δέ σοι
Ἐκεῖν', ἃ σε ζῶντ' ἤθελον λέξαι κακά.
Ἀπώλεσάς με, κὠρφανὴν φίλου πατρὸς,
Καὶ τόνδ' ἔθηκας, οὐδὲν ἠδικημένος.
Κἄγημας αἰσχρῶς μητέρ', ἄνδρα τ' ἔκτανες
Στρατηλατοῦνθ' Ἕλλησιν, οὐκ ἰὼν Φρύγας.
Εἰς τοῦτο δ' ἦλθες ἀμαθίας, ὥστ' ἤλπισας,
Ὡς εἰς σὲ μὲν δὴ μητέρ' οὐχ ἕξεις κακὴν
Γήμας, ἐμοῦ δὲ πατρὸς ἠδίκεις λέχη,

Equidem nunquam intermittebam matutino tempore
Jactare *mecum*, quæ volebam in conspectu tuo dicere,
Si quando terroribus fierem libera
Prioribus: nunc ergo sumus: referam igitur tibi
Illa, quæ tibi, [*Ægisthe,*] viventi voluissem dicere mala.
Perdidisti me, et *me* orbam charo patre,
Et hunc fecisti, nulla lacessitus injuria.
Turpiterque duxisti matrem, ac virum interfecisti,
Græcorum imperatorem, *ad* Phrygas ipse non profectus.
Eo vero venisti vecordiæ, ut speraveris
Quod matrem *meam* erga te quidem non esses habiturus malam,
Si *eam* duxisses, mei vero patris torum violabas.

στιζὶς ἀλλήλοισιν· Ὡς οὐκ ἴδ' ἰμὰ καὶ σὰ φιλάμιναι, &c. *Barnes.*

Δέγ', ἄ τι χρήζυς, i. e. dic libere, quidquid vis, contra Ægisthum scilicet, quem in proximis Electra alloquitur. *Seidl.*

907. α. τίν' ἀρχὴν σχοῦσά σ' ἐξίστω κακῶν; Πόθεν στιλιστάς; Τίνα μέσον τέλῳ λόγον;] Et hoc respicit ad illud Homeri Odyss. ί. v. 14. Τί σχοῦσαν; τί δ' ἔπεσε; τί δ' ὀστέον ἐκπλήξω; Notandum autem est, Electram nunc alloqui cæsum Ægisthum, hoc est illius abscissum caput, quod in scenam Orestes secum tulerat, ut diximus supra ad v. 885. Truncum ejus famuli, ut infra v. 969. *Barnes.*

912. Τῶν πρόσθεν· ed. Victor.

916. μητέρ',] Hic et infra v. 919. intellige ἰμὰν. Quod Reiskius dicit ad v. 919. μὲν hic non locum habere, quoniam sequens δὴ huc non respiciat, vir doctissimus in utraque re fallitur. *Seidl.*

919. μητέρ'] Subauditur ἰμὰν, vel ἐστίαν, ut supra v. 916. *Musg.*

μὲν locum hic non habet; nam sequens δὴ non respicit huc, sed ad ἤλπισας; quare leg. εἰς σ' ἰμὲν. *Reisk.*

920. Canterus mavult ἠδίκεις, sed atque hic stare potest vulgatum. *Beck.*

ἠδίκεις] Jure Canteri conjecturam ἐδίκεις improbat Heathius. Sensus est: In te quidem putabas matrem meam justam fore, in patrem autem meum fecisti ut injusta esset. *Seidl.*

921. Ἴσθ' ὅτου δ', ὅταν τις, i. e. ἴσθ' ἐκείνου, ὅστις ἄν. *Seidl.*

923. δεσπὸ'] Ita MS. γ. ut jam recentiores. Ed. Victor. δεσπὸν. *Musg.*

δύσνους ἴσθι] Ex vulgari syntaxi dicendum fuisset δύσνους ἂν, sive ὅτι δύσνους ἴσθι.

δεσπὸ'] Jam Brubachius edidit, ne

Ἴστω δ', ὅταν τις διολίσας δάμαρτά του
Κρυπταῖσιν εὐναῖς, εἶτ' ἀναγκασθῇ λαβεῖν,
Δύστηνός ἐστιν, εἰ δοκεῖ τὸ σωφρονεῖν
Ἐκεῖ μὲν αὐτὴν οὐκ ἔχειν, παρ' οἷ δ' ἔχειν.
Ἄλγιστα δ' οἰκεῖς, οὐ δοκῶν οἰκεῖν κακῶς.
Ἠιδησθα γὰρ δὴτ' ἀνόσιον γήμας γάμον,
Μήτηρ δέ σ' ἄνδρα δυσσεβῆ κεκτημένη.
Ἀμφὼ τοκῆε δ' ὄντ' ἀφαιρεῖσθον τύχην,
Κείνη τε τὴν σὴν, καὶ σὺ τοὐκείνης κακόν.
Πᾶσιν δ' ἐν Ἀργείοισιν ἤκουες τάδε,
Ὅ τῆς γυναικὸς, οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή.
Καίτοι τόδ' αἰσχρὸν, προστατεῖν γε δωμάτων

Sciat autem, quisquis corruperit uxorem alicujus
Furtivo concubitu, si postea eam ducere coactus fuerit,
Se infelicem esse, si putet pudicitiam
Illic quidem, ab ea non servatam fuisse, apud se vero servatum iri.
Miserrime vero vivebas, quamvis non existimares te misere vivere.
Sciebas vero profecto nuptias impias a te celebratas,
Materque se tibi impio viro nuptam.
Cum igitur ambo scelerati essetis, auferris fortunam,
Illa quidem tuam, tu vero malum illius;
Inter Argivos vero cunctos hæc audiebas,
Hic mulieris vir, non autem mulier viri:
Atqui illud turpe, præesse domui

Thierschius ex Ed. Principe varietatis quidquam commemorat. Hervagiana tamen, quæ ex Ed. Principe videtur expressa, ἐκεῖ habet. *Seidl.*

παρ' οἷ, παρ' αὐτῇ. *Scholiast.*

925. οἰκεῖς,] Legendum ᾤκεις. *Musg.* ᾤκεις,] Ita Schæferus Musgravium secutus. Vulgo οἰκεῖς. *Seidl.*

926. Ἠιδησθα] Ita Lobeck. de usu Apostrophi, p. 6. Vulgo ᾔδεσθα. [Sic ed. Victor.] *Seidl.*

928. Heathius: "Distinguendum est post ἀφαιρεῖσθον, non post τύχην, ut ita hæc vertantur: *Ambo igitur cum scelerati estis, retulistis, et illa tuam fortunam, et tu illius scelus.*" De distinctione non assentior. Poëta id, quod exspectabas, καὶ τὸν ἐκείνης, paululum mutavit in τοὐκείνης κακόν. Sensus est: Infelices eratis ambo, alter ex alterius scelere. *Seidl.*

931. Ὁ τῆς γυναικὸς, οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή.] Οὗτος τῆς γυναικὸς ἐστιν ὑπήκοος, καὶ γυναικοκρατεῖται παρὰ φύσιν· ἡ δὲ γυνὴ οὐχὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐστιν ὑπήκοος, καὶ ὑπ' αὐτοῦ εὖ ἔχεται. Tales viros Martialis per jocum dixit *Uxores non ducere, sed iis Nubere*, quia nempe serviunt iis per ignaviam, quibus per naturam superiores statuuntur. Vide ad notam (Barnes.) proxime sequentem. *Barnes.*

ὁ τῆς γυν. etc. i. e. apud Argivos audiebas mulieris vir, non: mulier est viri. Apte Barnesius comparat Martialis illud *uxori nubere nolo meæ.* Cf. Porson. ad Med. 264. *Seidl.*

932. s. Καίτοι τόδ' αἰσχρὸν προστατεῖν γε δωμάτων Γυναῖκα, μὰ τὸν ἄνδρα:] Vide quæ nos ad notam præcedentem, (Barnes.) item ad Estheram nostram, v. 236. et v. 252. ubi et hunc ipsum locum expendimus.

Μὴ παρθενωπὸς, ἀλλὰ τἀνδρείου τρόπου.
Τὰ γὰρ τέκν' αὐτῶν, Ἄρεος ἐκπεμάσσυται·
Τὰ δ' εὐπρεπῆ δὴ, κόσμος ἐν χοροῖς μόνον.
Ἔρρ', οὐδὲν εἰδὼς· ὧν ἐφευρεθεὶς χρόνῳ
Δίκην δέδωκας· ὧδέ τις πανοῦργος ὢν
Μή μοι, τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς,
Νικᾷν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν τέλας

Non virgineo-vultu-decorus, sed ingenio virili *præditus*.
Ipsorum enim liberi Marte commiscentur.
Formosi vero *sunt* tantum in choris ornamentum.
Pereas, O inscie: cujus convictus tandem
Pœnas dedisti: sic, quisquis est maleficus.
Ne mihi, quamvis primum cursum prospere cucurrerit,
Existimet se aliquis vicisse justitiam, priusquam prope

dyss. ϛ'. v. 169. Ὡς ἂν μνηστῆρσιν θάνατον καὶ κῆρ' ἀραρόντε Ἐχετον περὶ ἄστυ περικλυτόν. Id est: τιχημαμένω, κατασκευάσαντε. Vid. Eustathium in locum fol. 1798. lin. 48. Quare non erat, ut hic Scaliger emendaret in ἀραρώς. *Barnes.*

Reisk. πάλλει σ' ἀγάλλων, aut ἀραρώς. Etiam Heath. legit ἀρηρὼς, quia verbum ἀράρω mediam habet brevem, in metris iambicis vero apud poëtas Atticos non admittitur Dorismus. Br. ad Or. 1331. ἀραρὼς.

Valck. ad Hippol. 1093. conjicit: Κάλλει σε χαίρων. *Beck.*

ἀραρώς.] Ita Schæferus ex Scaligeri emendatione. Musgravius male conjicit πάλλεί σ' ἀραρὼς, *totus ex Veneribus compactus*. Edd. Vict. ἀρηρὼν, in quo ipsum accentum emendationis ducem habemus. *Scidl.*

950. ἐκπεμάσσυται·] Lego ἐκπεπάσσυται. Translatio ducta est ex metallurgia. *Musg.*

Pro ἐκπεμάσσυται Musgravius conjicit ἐκπεπάσσυται. Sed proba est lectio librorum. Ἐκπεμάσσεσθαι τινὸς est *adhærere alicui ita, ut totum te ei committas*, sive *arctissime se ad aliquid applicare*. Noster Suppl. 744.

Σ' Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπάτρους βροτοὺς
φρενῶν λέγωμεν; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα.

i. e. tibi toti commissi sumus. Fragm. Inc. LXXXI. 2.

τυφλὸν περσπεπῶρον ἐξηρτημένον.

Magis apposite ad nostrum locum Plato de Legg. Lib. V. p. 732. E. ἴσως δὲ φύσει ἀνθρώπων μάλιστα, ἰδεαὶ καὶ λύται καὶ ἐπιθυμίαι, ἐξ ὧν ἀνάγκη τὸ θνητὸν τῶν ζώων ἀνιχνεῖς οἷον ἐξηρτῆσθαί τι καὶ ἐπημμένον εἶναι συγγενεῖς τοὺς μυγάστας, coll. ejusd. Ion. p. 536. A. — Hugo Grotius vertit:

Maritus sit mihi
Non virginali fronte, sed vi masculâ.
Namque septa Martî talium proles patrum:
Pulchros at illos non nisi choreæ decent.
Scidl.

952. Reisk. censet, sensum verborum potius esse: *peri; nihil sciens* (neque reveritus) *eorum, quorum pœnas nunc das, tandem aliquando a tempore* (scelerum vindice) *deprehensus tantus nequam*. *Barl.*

Ἔρρ' οὐδὲν εἰδὼς ὤν, etc.] Hic locus non unam explicationem admittit. Si post εἰδὼς colo interpungis, (Hervagius et Stiblinus punctum ponunt, Brubachius comma) hic erit sensus: Peri, qui nihil plane intellexisti, i. e. qui de rebus humanis pessime judicavisti, cujus rei (i. e. cujus insipientiæ) jam a tempore, rerum vindice, deprehensus pœnas dedisti. Indicat hoc modo Electra, Ægisthum, si sapientius de rebus humanis statuisset, plane non facturum fuisse, quæ fecisset. Οὐδὲν εἰδὼς bene accipi potest absolute, ut εἰδὼς ut nonnumquam valet *sapientem* et *si sibi sapientes*. Explicatio Heathii (vid. seq. not.) nimis remota est et a loci nexu aliena. Admitto

Γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψῃ βίου.
ΧΟ. Ἔπραξε δεινά· δεινὰ δ' ἀντίδωκέ σοι,
Καὶ τῷδ· ἴσχει γὰρ ἡ Δίκη μέγα σθένος.
ΟΡ. Εἶεν· κομίζειν τοῦδε σῶμ' ἴσως χρεών,
960 Σπότῳ τε δοῦναι, δμῶες, ὡς ὅταν μόλῃ 965
Μήτηρ, σφαγῆς πάροιθε, μὴ σφ' ἴδῃ νεκρόν.
ΗΛ. Ἐπίσχες· ἐμβάλωμεν εἰς ἄλλον λόγον.

Metam pervenerit et finem attigerit vitæ.
Cho. Patravit dira *facinora:* diras etiam *pœnas* rependit tibi,
Et huic. Justitia enim magnum habet robur.
Ore. Age vero, deferre hujus cadaver intro oportet,
960 Tenebrisque mandare, O famuli; ut quando venerit
Mater, ante cædem, non aspiciat mortuum.
Ele. Cohibe *te:* alium sermonem inchoëmus.

tamen potest Heathii constructio hoc sensu: qui perperam judicasti de factis tuis, quorum nunc pœnas dedisti, quum felicem te iis fore sperares. Denique eadem constructio etiam in hunc modum explicari potest: ἴδῃς, οἷόν εἰδὼς, i. e. οἷόν αἰσθανόμενος τούτων, ἃ νῦν δίκην δέδωκας, abi, nihil suspicatus harum rerum, quas nunc pœnas loco passus es. Sic Hec. 668. δῆ οἷόν εἶδον, i. e. hæc nihil animadvertit, suspicatur. Illud certum est, post δέδωκας punctum ponendum esse. *Seidl.*

952. a. Tollenda distinctio post εἰδὼς, et plene distinguendum post δέδωκας, et post κακοῦργος δέ minus plene distinguendum, ut cum verbo δοκέω jungatur. Sensus: *Pereas, O nullius earum perite rerum, quarum, post tempus detectus, pœnas dedisti. Ita homo facinorosus ne mihi putet,* &c. Electra appellat Ægisthum imperitum earum rerum, quarum pœnas dedit, quia ii, qui cædem et adulterium ausi sunt, vigilantes et strenui esse debent. *Heath.*

953. δῆ — ad 956. apud Stob. Grot. vii. p. 121. De Rer. Nat. *Burn.*

Delenda interpunctio post ὄν. *Musg.*

δῆ τις κακοῦργος ὤν] Δίκην δίδοι subaudi. Respicit ad illud Homericum de eodem Ægistho dictum, Odyss. α'. v. 47. Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅ, τις τοιαῦτά γε ῥέζοι. *Barnes.*

Vulgo plene interpungitur post ὤν. Sed recte Brubach. et Hervag. interpunctionem omittunt. *Seidl.*

954. βῆμα inter alia significat certam curriculi partem, quarum singulæ lapide, vel alia aliqua meta, signabantur. Polybius: ταῦτα γὰρ τῶν βιβημάτων καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ἐντὸς ὀκτὼ Ῥωμαίων, p. 193. A. Aliter paullo explicat Casaubonus ad Strabon, Lib. VII. p. 322. *Musg.*

τὸ πρῶτον βῆμα, i. e. initium curriculi, primam curriculi partem. *Seidl.*

956. Γραμμῆς] Vide Hesychium v. γραμμή. *Musg.*

καὶ τέλος κάμψῃ βίου.] Metaphora a flexione curruum et equorum ad cursus metam, ne rapido nimis cursu impingant, unde *meta* dicitur καμπτὴρ Græcis et καμπτή. Vide supra ad v. 659. *Barnes.*

τέλος κάμψῃ βίου.] Conf. Hippol. 86. Hel. 1665. *Seidl.*

958. ἴσχει γὰρ ἡ Δίκη μέγα σθένος.] Huc refer Deliacum illud epigramma apud Aristotelem in Ethicis citatum: Κάλλιστον τὸ δικαιότατον· λῷστον δ' ὑγιαίνειν. Ἥδιστον δὲ στέργειν, οὗ τις ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν. De justitia vide Hierocl. a p. 251. ad p. 253. item p. 80. Stobæi Florileg. Serm. IX. Maxim. Tyrium Dissertat. Tob. Magiri Polymnemon. Cœl. Rhodigin. Lib. XXIII. c. 14. 15. et 18. *Barnes.*

959. κομίζειν τοῦδε σῶμ' ἴσως χρεών,] Hinc patet, caput simul et truncum corpus in scenam portata fuisse; vide supra ad v. 907. *Barnes.*

ΟΡ. Τί δ'; ἐκ Μυκηνῶν μῶν βοηδρόμους ὁρῶ;
ΗΛ. Οὐκ, ἀλλὰ τὴν τεκοῦσαν, ἥ μ' ἐγείνατο.
ΟΡ. Καλῶς ἄρ' ἄρκυν εἰς μέσην πορεύσεται.
ΗΛ. Καὶ μὴν ὄχοις γε καὶ στολῇ λαμπρύνεται.
ΟΡ. Τί δῆτα δρῶμεν; μητέρ' ἢ φονεύσομεν;
ΗΛ. Μῶν σ' οἶκτος εἷλε, μητρὸς ὡς εἶδες δέμας;
ΟΡ. Φεῦ. πῶς γὰρ κτάνω νιν, ἥ μ' ἔθρεψε κἄτεκεν;
ΗΛ. Ὥσπερ πατέρα σὸν ἥδε, κἀμόν, ὤλεσεν.
ΟΡ. Ὦ Φοῖβε, πολλὴν γ' ἀμαθίαν ἐθέστισας.

Ore. Quid? num quos ex Mycenis auxilio accurrere video?
Ele. Non, sed matrem qui me peperit.
Ore. Recte igitur in laqueos medios venit.
Ele. Atqui rheda et stola se ostentat magnifice.
Ore. Quid igitur agemus? an matrem occidemus?
Ele. Num te miseratio cepit, cum matris corpus vidisti?
Ore. Ebeu. Quomodo enim occidam eam, quæ me aluit et peperit?
Ele. *Ita*, ut illa patrem tuum et meum perdidit.
Ore. O Phœbe, multam amentiam mandasti oraculo.

ἴσω] Ita Brubach. Vulgo ἴσον. *Seidl.*

960. Σκότῳ γε] Legendum est cum Reiskio σκότῳ τε. *Musg.*

961. μ' εἰσίδῃ] Legendum vel, ut Barnesius, μὴ 'σίδῃ, vel, quod malim, μὴ σφ' ἴδῃ. *Musg.*

μὴ 'σίδῃ τιμερόν.] Pro μὴ εἰσίδῃ, vel ἐσίδῃ. Sæpissime enim Græci poëtæ, et præsertim Attici, etiam prosaici, elidunt, vel coalescere faciunt Latinorum more vocalem, vel diphthongum, ante sui parem, et aliquando etiam post, ut commodius euphoniæ inservire visum illis fuerit, vel contractionis, aut etiam versus causa, ut ἐγᾦδα pro ἐγὼ οἶδα, ἐγ' οἶν pro ἐγὼ οἶν supra v. 631. et sexcenta hujusmodi. *Barnes.*

μὴ 'σίδῃ] Ita Barnes. — Victor. Edd. μ' εἰσίδῃ. Schæferus μὴ εἰσίδῃ, ad normam, ut videtur, similis contractionis μὴ εἰδῆναι. Fortasse vere. Neque tamen contractionem istarum vocalium memini me legere præterquam in ipsis istis μὴ εἰδῆναι, χρὴ εἰδέναι, ἢ εἰδέναι. Nam in Sophoclis Fragm. Epig. II. ex Stob. Tit. LXXIII. p. 311.

πάντων ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔσται ποτὲ
γυναικὸς, ἥ τὸν πᾶμα γίγνεται βροτοῖς,

apparet corruptum esse ἥ τόν. Gesnerus et Grotius satis bene illud ἥ omittunt, nisi potius legendum est ἥ σόν. Noli enim putare scribendi vitio Brunckium illud ἥ addidisse, sed legitur illud in editione Trincavelli. Elisionem ἥ 's legimus in Comici Lysistrata 2.

ἢ 's Παιὼν ἢ 's σὺ Κωλιάς, ἢ 's Γαστρολλίδης.

Victorius in margine: μὴ περὶ τοῦ σφαγέως εἰσίδῃ τὸν τοῦ Αἰγίσθου τιμερόν. Ceterum, ut hic ὡς μὴ sejuncta sunt, ita ἵνα μὴ in Hecub. v. 11. *Seidl.*

965. Καλῶς ἄρ' ἄρκυν εἰς μέσην πορεύσεται.] Vid. Erasmi Adag. *In casses inducere, εἰς ἄρκυς ἐμβάλλειν.* Sunt item hæc proverbialia, in laqueos, casses, retia, incidere, εἰς ἄρκυς πίπτειν· ubi quis in periculum, aut malum aliquod, improviso cadit. *Barnes.*

966. ὄχοις γε] Ita bene Schæferus. Vid. Pors. ad Phœniss. 1638. Vulgo ὄχους τε. [Ita ed. Victor.] *Seidl.*

969. ἔθρεψε κἄτεκεν;] Vid. Schaf. Melet. Crit. P. I. p. 16. *Seidl.*

971. Ὦ Φοῖβε, πολλὴν γ' ἀμαθίαν ἐθέστισας.] Apollo jussit Orestem, Ægisthum adulterum et Clytæmnestram, matrem suam, omnino occidere, in vindictam

ΗΛ. Ὅστου δ' Ἀπόλλων σπαιὸς ἦ, τίνες σοφοί;
ΟΡ. Ὅστις μ' ἔχρησας μητέρ', ἣν οὐ χρῆν, κτανεῖν.
ΗΛ. Βλάπτει δὲ δὴ τί πατρὶ τιμωρῶν σέθεν;
ΟΡ. Μητροκτόνος νῦν φεύξομαι, τόδ' ἀγνὸς ὤν.
ΗΛ. Καὶ μήν γ' ἀμύνων πατρὶ, δυσσεβὴς ἔσει;
ΟΡ. Ἐγὼ δὲ μητρὸς τοῦ φόνου δώσω δίκας.
ΗΛ. Τῷ δαὶ πατρῴαν διαμεθῇς τιμωρίαν;
ΟΡ. Ἆρ' αὖτ' ἀλάστωρ εἶπ' ἀπεικασθεὶς θεῷ;
ΗΛ. Ἱερὸν καθίζων τρίποδ'; ἐγὼ μὲν οὐ δοκῶ.

Ele. Si vero Apollo indoctus est, quinam sapientes *erunt?*
Ore. Quid mihi respondisti, ut matrem, quam non fas est, interimam.
Ele. Quid vero mali tibi concilias, vindicans patrem tuum?
Ore. Reus parricidii mox agar, qui purus nunc sum.
Ele. An impius eris, patris contumeliam ulciscens?
Ore. Ego matris ob eandem poenas me daturum scio.
Ele. Quid vero si paternam vindictam omittis?
Ore. An hæc Alastor dixit assimilatus Deo?
Ele. Sacro insidens tripodi? Ego quidem non puto.

nempe patris ab iisdem occisi. Ita itaque supra in Orest. v. 28. Φοίζου δ' ἀλιτήριον μὸν τί δεῖ παντογρᾶν; Πυθὼ δ' Ὀρέστην, μαντῖς, ἢ σφ' ἐγείνατο, Κτείναι. Hujus rei pleni sunt Tragici, Æschylus et Sophocles, Seneca et Euripides. *Seidl.*

972. ἄν] De omisso ἄν vid. Porson. ad Orest. 141. *Seidl.*

974. Vulgo βλάπτει. [Ita ed. Victor.] *Seidl.*

τί, ed. Victor.

975. Constructio est: μητροκτόνος τόδε φεύξομαι, τῶν ἀγνὸς ὤν. *Musg.*

Hoc (construct. Musg.) nullo modo fieri potest. Νῦν est *ab hoc tempore* et τόδε *tum*, quum scilicet Apollinis responsum accipiebam. Ad φεύξομαι margo Victorii: παντογρᾶν θέσομαι, immo παντογρᾶν θήσομαι. *Seidl.*

976. Hic, cum duobus proxime sequentibus versibus, paullo intricatiores sunt, quos sic expediendos censeo:

ΗΛ. Λύμην γ' ἀμύνων πατρὶ, δυσσεβὴς ἔσῃ;
ΟΡ. Ἐγῷδα μητρὶ τοῦ φόνου δόσιν δίκας.
ΗΛ. Τί δ', ἢν πατρῴαν διαμεθῇς τιμωρίαν;

Μητρὶ pro μητρὸς præbet MS. a. *Musg.* Reisk. emendat: καὶ μή γ' ἀμύνων, *impius eris* (affirmat, non interrogat), *si patrem non ulciscaris.* *Beck.*

μή γ' ἀμύνων, i. e. εἰ μὴ ἀμύνεις. Emendatio est Reiskii. Legebatur olim καὶ μήν γ'. Vid. Pors. ad Phœniss. 1638.

ἔσει;] Vulgo ἔσῃ. *Seidl.*

978. Τῷ δαὶ πατρῴαν διαμεθῇς τιμωρίαν;] De voce δαὶ vide supra v. 244. Διαμεθῇς autem in aoristo secundo mallem legere, quam διαμεθίῃς in præsenti, ob sensum et versum præcipue. Τῷ vero pro τίνι interrogativo. *Barnes.*

Forte, δώσεις (sc. δίκας) πατρῴαν ἂν μεθῇς, *pœnas dabis, si patrem vindicare omittes.* *Beck.*

Τῷ δ' αὖ — διαμεθίεις] Vulgo legitur τῷ δαὶ — διαμεθῇς. Edd. Victor. διαμεθίης. Correxit Porsonus loco paulo ante laudato. Ac διαμεθίεις quidem hauddubie vere. Sed si vulgatam lectionem τῷ δαὶ et signum interrogationis retineas, vide, ne sic possit explicari: *cuinam vero pœnas dabis omissa patris vindicta?* hoc est, nonne sic multo potentiori pœnam dabis, deo scilicet Apollini, qui patris ultionem tibi mandavit? Jam optime subjicitur Orestis dubitatio, fortasse non deum fuisse, qui illa suaserit, sed alastora. *Seidl.*

ΟΡ. Οὐδ' ἂν πιθοίμην σὺ μαμαντεῦσθαι τόδε.
ΗΛ. Οὐ μὴ καχισθεὶς εἰς ἀναιδρίαν πέσῃς.
ΟΡ. Ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν τῇδ' ὑποστήσω δόλον;
ΗΛ. Ὦ καὶ τόσον παθεῖλες, Αἴγισθον κτανών.
985 ΟΡ. Εἴσειμι· δεινοῦ δ' ἄρχομαι προβλήματος.
Καὶ δεινὰ δράσω γ'· εἰ θεοῖς δοκεῖ τάδε,
Ἔστω· πικρὸν δὲ, χἠδὺ τἀγώνισμά μοι.
ΧΟ. Ἰὼ, βασίλεια γύναι χθονὸς Ἀργείας,

Ore. Nunquam crediderim pium esse hoc oraculum.
Ele. An non? Vide ne animo fractus incidas in molliciem.
Ore. Num igitur eundem illi tendam dolum?
Ele. Quo et maritum sustulit, Ægisthum cædens.
985 *Ore.* Ingredior: dirum enim discrimen aggredior,
Ac dira patrabo: si diis ita visum,
Esto; amarum certe, et dulce certamen mihi *propositum est*.
Cho. Io, regina fœmina Argivæ terræ

979. Ἆρ' αὖθ' Ἀλάστωρ εἶτ' ἀνωμασθεὶς θεῷ;] Vid. Lactantii Lib. II. c. 16. de Origine Erroris. Jamblichus ipse, ethnicus philosophus, Porphyrii, Christiani nominis hostis infensissimi, discipulus, notissimam de hac re sententiam habet, malos nempe dæmonas bonorum speciem præ se ferre, et aliquando bona hominibus præcipere; ut postea, cum mala præcipiant, facilius credantur. Sed non is locus nunc occurrit. Nec inquirendo nunc subito possum invenire; præli autem operatores, ut toto fere in hoc opere, ita nunc maxime instant. Quare lectoris candori hæc remitto; si quid forte memoria sim lapsus. Quod autem diabolus sit Dei simia, diximus ad Ion. v. 150. *Barnes.*

Victorius in margine αὐτὸ τὸ ἀποστατικόν. Malim αὖθ' accipere pro αὐτὰ, i. e. τὰ περὶ τὴν τοῦ πατρὸς τιμωρίαν. Ceterum cf. Orest. 1685.

καίτοι μ' ἰσχὺς δῦμα, μὴ τινὲς πλέον
ἐλασσόνων δίξωμι τὴν πλέον ὄτα.

Seidl.

981. Οὐδ' ἂν πιθοίμην, i. e. neque etiam illud credam, bene se habere hoc datum oraculum. Hermanno tamen aptius videtur οὐ τόν pro οὐδ' ἄν. *Seidl.*

982. Οὐ μὴ καχισθεὶς] Ita Musgravius, auctore Reiskio. Vulgo οὔ, μὴ καχισθείς. Brubach. et Hervag. οὐ, μὴ καχ. *Seidl.*

Οὐ μὴ jungendum, sublato signo interrogationis. *Reisk.*

983. Reisk. conjicit: ἀλλ' ἤν, *at si* (scil. πίσυν εἰς ἀναιδρίαν.) *Beck.*

984. Nullam hic emphasin aut elegantiam habet vox Αἴγισθον. Legendum forte ἀλόγιστον κτανών, *sine deliberatione occidens*: Thucydides: τῷ ἀλογίστῳ ἐπιχειρήσαντες, V. 99. vid. et VI. 59. *Musg.*

Ὦ καὶ, etc.] Ex emendatione Musg. Prevostus reddidit ita: "Oui, le même que celui dans lequel elle a fait tomber son époux." *Beck.*

Delevi comma post καθεῖλες. Construendum enim: ᾧ καὶ τόσον Αἴγισθον καθεῖλες κτανών, scil. αὐτόν. *Seidl.*

985. προβλήμα.] MS. β. προβλέματος. Verum tamen puto προβλήματος, quod interpretandum *periculi*, quo sensu a Polybio plus semel adhibetur. *Musg.*

προβλήματος.] MS. β. προβλέματος. Mendose. Ceterum non *periculum* hic valet πρόβλημα, sed *mandatum negotium*. *Seidl.*

986. Post τάδε vulgo comma ponunt. Sed jam Reiskius sensit, sententiam

Παῖ Τυνδαρίου,
Καὶ τοῖν ἀγαθοῖν ξύγγονε κούροιν
Διός· οἳ φλογερὰν αἰθέρ' ἐν ἄστροις
Ναίουσι, βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις
Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες·
Χαῖρε, σεβίζω σ' ἴσα καὶ μάκαρας,
Πλούτου, μεγάλης τ' εὐδαιμονίας.
Τὰς σὰς δὲ τύχας διαπτύσσθαι

Filia Tyndari,
Et fortium soror juvenum, filiorum
Jovis, qui flammeum ætherem in astris
Incolunt, qui in maris fluctibus mortalium
Honores servatrices habent,
Salve, te veneror, æque ac beatos *Deos*,
Divitiarum, magnæque felicitatis *causa*.
Tuas autem fortunas coli

Διοῖς δοκεῖ τάδε rectius ad antecedentia referri. Conjicit enim δρόσου, 'τοὺ Διοῖς. *Seidl.*

987. τιμῆεν δὲ χ' ἁδύ] Malim equidem: τιμῆεν δ', οὐχ ἁδύ. *Musg.*

Musgravius conjicit τιμῆεν δ', οὐχ ἁδύ, quod librorum lectione deterius est. Male etiam et contra metrum Victorii editt. τιμῆεν δὲ χ' ἡδύ σ' ἀγάπημα. *Seidl.*

988. Uncinis inclusi vocem ἰώ. Ita enim Thierschius: "ἰὼ linea Victorius subduxit et in margine "M." posuit, quo indicat, ἰὼ in MS. defuisse." Melius profecto videtur abesse. Natum fortasse est ex addito ὦ ad βασίλεια. *Seidl.*

990. Καὶ τοῖν ἀγαθοῖν ξύγγονε κούροιν] Διοσκούροιν. Vide supra ad v. 746. *Barnes.*

991. αἳ φλογερὰν] Barnesius errore typographico αἱ δὲ φλογερὰν. *Musg.*

Quod in Barnesiana est αἱ δὲ φλογερὰν, id recte typographicum errorem judicat Musgravius. *Seidl.*

993. Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες·] Non est, quod adeo turbentur critici, adjectivum masculinum substantivo fœminino adjungi; ita enim Attice apud optimos auctores usurpari videmus, ut: Πύλαν ἡμαθόεντες, et ὑλήεντι Ζακύνθῳ, et Φωκέων ὀλοόντων ἕδρᾳ, Homer. et πηγὴν δάμαρτα, et πλουτὶς Ἰασονίδαισι, θῆλυς λέχος, ἴσα χάλκειος, ἁλὶς πελαγῖτις, στυγνὸν ὑφ' ὑγρὴν, πηρὸς ἕδρᾳ, quæ omnia exempla et plura ab Eustathio in hanc rem proferuntur; vide quæ nos ex eodem ad Hippolyt. v. 389. et Æmil. Portus in hunc locum. Hæc autem verba: Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες, proprie da Castore et Polluce dicuntur, utpote quorum honor erat, Servatores præcipue dici, de qua quoque re vide quæ nos ad Helen. v. 1663. *Barnes.*

Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες·] Bothius conjicit σωτῆρες. Idem in textu reposuit Schæferus. Sed nihil mutandum est. Τιμὴ hic valet *munus*. Noster Iphig. Taur. 777. ξυνοφίνους τιμὰς ἔχω, de Iphigenia, coll. v. 53. σίχνιν τάνδ', ἣν ἔχω ξυνωφύνου. Æschyl. Eum. 416. τιμάς γε μὴν δὴ τὰς ἐμὰς πατὴρ πάρα, et passim in ista fabula. In Comici Ecclesias. 5. ubi de lampade dicitur λαμπρὰν ἡλίου τιμὰς ἔχειν, non satis accurate vertunt *splendidos solis honores habet*, dilucidius, *splendidum solis munus*. Conf. Valcken. ad Hippol. v. 106. De generis enallage in τιμὰς σωτῆρας vid. Æm. Portum et Barnes. ad h. l. coll. Lobeckio ad Soph. Ajac. p. 270. sqq. *Seidl.*

994. Intellige sic: σεβίζω σε ἴσα πλούτου μεγάλης τ' εὐδαιμονίας. *Seidl.*

σεβίζω' ἴσα ed. Victor.

Καιρὸς νῦν, ὦ βασίλεια.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἔκβητ' ἀπήνης, Τρῳάδες, χειρὸς δ' ἐμῆς
Λάβεσθ', ἵν' ἔξω τοῦδ' ὄχου στήσω πόδα.
Σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι
Φρυγίοις· ἐγὼ δὲ τάσδε Τρῳάδος χθονὸς
Ἐξαίρετ', ἀντὶ παιδὸς, ἣν ἀπώλεσα,
Σμικρὸν γέρας, καλὸν δὲ, κέκτημαι δόμοις.
ΗΛ. *Οὔκουν ἐγὼ, δούλη γὰρ ἐκβεβλημένη*

Tempus est, O regina, ab omnibus.

CLYTÆMNESTRA.

Descendite de curru, O Troades, et meam manum
Prehendite, ut extra vehiculum hoc pedem ponam.
Spoliis enim exornatæ sunt sedes Deorum
Phrygiis: ego vero hasce, ex terra Troica
Electas *famulas* pro filia, quam perdidi,
Exiguum munus, gratum tamen, domi possideo.
Ele. Anne ego (serva enim ejecta *ex*

997. Legendum, ut versus Paræmiacus sit:

καιρὸς νῦν, ὦ βασίλεια.

Musg.

Heath. scribit: *Καιρός γ' ἰμοὶ, ὦ βασιλεία. Beck.*

Post *καιρὸς* vocabulum excidisse, metrum docet. Musgravius inserit *νῦν*, Heathius *γ' ἰμοὶ*, pro quo melius esset *ἰμείγ'*. Sed laborare mihi videtur hæc tota postrema sententia, quare aliud quiddam excidisse arbitror. *Seidl.*

Deest *νῦν* in ed. Victor.

998. *Ἔκβητ' ἀπήνης, Τρῳάδες,*] Clytæmnestra in scenam introducitur, cujus area videtur ager Argivus juxta Coloni, Electræ mariti, rusticas sedes, curru vecta et Trojanis ancillis captivis stipata, Asiatica quadam pompa et luxu plane regio.

Barnes.

999. Vulgatam hujus vers. lectionem tuetur Van Staueren Obss. Misc. T. X. p. 98. nam Abresch. in Misc. Obss. 9, 3. p. 436. et ad Æsch. I. p. 355. conjecerat *βάσω πῶδα*, quod *στῆσαι πῶδα* sit, *sistere gradum*. *Beck.*

1000. *Σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι*] De hostium spoliis, Deorum templis suspensis, vide quæ supra diximus ad v. 6. *Ὑψηλῶν δ' ἐπὶ Ναῶν τίθησι σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.* Ita antiquitus legimus de Euphorbi, a Menelao in bello Trojano occisi, clypeo in templo Argivæ Junonis laquearibus suspenso, quem aliquot post seculis Pythagoras pro suo agnovit, utpote qui Trojani tempore belli Panthoides Euphorbus erat, ut ait Ovidius Metamorph. Lib. XV. Fab. 3. In quem locum vide veteres Scholiastas Latinos et Diogenem Laërtium in Vita Pythagoræ; Philostratum denique de Vita Apollonii Tyanei, Lib. VIII. c. 3. in oratione Apollonii ad Domitianum. De voce autem *κεκόσμηνται*, quæ pro *κεκοσμημέναι εἰσὶν*, Ionice, Attice et Poëtice, ponitur, vide quæ nos ad Herc. Fur. v. 546. Ita Sophocles in Œdip. Colon. v. 1299. *Τετίμηνται* habet; sic Eurip. in Danaë, v. 70. *ἐμεμιόχθηνται*. Sic *ἐβίβλεντο*, Ionice *ἐβιβλίατο* et *ἕατο*, pro *βεβλημέναι ἦσαν*. Et certe hæc est antiquissima hujus temporis et personæ formatio, in verbis contractis,

Δόμων πατρῴων, δυστυχεῖς οἰκῶ δόμους,
Μῆτερ, λάβωμαι μακαρίας τῆς σῆς χερός;
ΚΛ. Δοῦλαι πάρεισιν αἵδε, μὴ σύ μοι πόνει.
ΗΛ. Τί δ' αἰχμάλωτόν τοι μ' ἀπῴκισας δόμων;
Ἠρημένων δὲ δωμάτων ἠρήμεθα,
Ὡς αἵδε, πατρὸς ὀρφαναὶ λελειμμέναι.
ΚΛ. Τοιαῦτα μέντοι σὸς πατὴρ βουλεύματα,
Εἰς οὓς ἐχρῆν ἥκιστ', ἐβούλευσεν φίλων.
Λέξω δὲ, καί τοι δόξ' ὅταν λάβῃ κακὴ
Γυναῖκα, γλώσσῃ πικρόητις ἔνεστί τις,

1005 Ædibus paternis, infelicem incolo domum)
O mater, apprehendam beatam tuam manum?
Cly. Servæ hæ presto sunt, ne tu mihi labora.
Ele. Quid vero me captivam ab ædibus *paternis* procul amandásti?
Captis autem ædibus, captæ sumus,
1010 Ut istæ, orbæ relictæ patre.
Cly. Hujusmodi quidem tuus pater consilia
Adversus quos minime oportebat amicos iniit.
Dicam autem. Quanquam quum mala corripuit opinio
Mulierem, linguæ inest quædam acerbitas

mutare *nempe* ται in ται, ut εστειλαται, in plurali εστειλανται, etc. *Barnes.*

1002. Ἐξαίρετ',] Ἐξαίρεται, pro ἐξαιρεῖται, vel δῶρα subaudi, et per appositionem refertur ad Τρῳάδας. Præter sortem autem captivæ plurimæ Trojanæ sunt Agamemnoni concessæ, quod imperator Græcorum erat.

ἀντὶ παιδὸς, ἣν ἀπώλεσα,] Iphigeniam notat, quam ex patris impia pietate immolatam amisit, de qua re vide Iphig. in Aul. Fabulam. *Barnes.*

Ἐξαίρετ',] Intellige, si opus est, δῶρα. V. Lamb. Bos. Ellips. p. 125. sqq. Versu præcedente recte post τάνδε Schæferus posuit comma. *Seidl.*

1008. Heath. distinguit: τί δ'; αἰχμάλωτόν τοί μ' ἀπῴκισας δόμων. *Quidni vero? captivum certe me a domo patria abstraxisti.* Reisk. scribit: τί δ' αἰχμάλωτον ὡς (i. e. ὡς αἰχμάλωτον) *quare vero me ut captivum abduxisti procul ab ædibus paternis?* ἠρημένων γὰρ δωμάτων, *ademtis enim ædibus nos quoque capti velut et perditi sumus, non secus atque hæ orbæ,* πατρίδος λελειμμέναι, *procul a patria remotæ.* *Beck.*

Τί δ'; αἰχμάλωτόν] Interrogationis signum, quod vulgo in versus fine ponitur, bene h. l. inseruit Heathius. Τί δ'; est nostrum *wie so?* i. e. cur ita vis, cur me minus quam hasce famulam tibi vis adesse? Proximum τοί autem est nostrum doch, sive ja. *Hast du mich doch,* sive *du hast mich ja wie eine Kriegsgefangene aus dem Hause entfernt.* *Seidl.*

1009. Nescio, quo errore in Musgrav. Ed. excusum sit ἠρημένων μὲν. Vertit Reiskius: Ademtis enim ædibus nos quoque capti velut et perditi sumus non secus atque hæ. *Seidl.*

1010. λελειμμέναι.] Non pertinet ad ἠρήμεθα, sed ad αἵδε. Alias scripsisset λελειμμένοι ex canone Daweziano, cui calculum suum adjicit Porsonus ad Hec. 515. et alibi. *Seidl.*

1014. Corruptum hunc versum putat Porsonus ad Hec. 302. ob correptam vocalem ante γλ. Sed bene defendit Erfurdtius meus ad Soph. Ajac. v. 1066. p. 619. not. citans Æschyli Fragm. apud Phot. v. ἐκτόπιον.

Ὡς μὲν παρ' ἡμῖν οὐ καλῶς· τὸ πρᾶγμα δὲ
Μαθόντα σ', ἢν μὲν ἀξίως μισεῖν ἔχεις,
Στυγεῖν δίκαιον· εἰ δὲ μή, τί δεῖ στυγεῖν;
Ἥμᾶς δ' ἔδωκε Τυνδάρεως τῷ σῷ πατρὶ,
Οὐχ ὥστε θνήσκειν, οὐδ' ἃ γεινάμην ἐγώ.

1015 (Ut nunc apud nos) non recte: ipsam vero rem
Si cognoveris, si quidem merito *nos* odio prosequi potes, [*nos*?
Odio prosequi *nos est* æquum, si vero non *cognoveris rem*, quid oportet odisse
Nos dedit Tyndareus tuo patri,
Non ut morerer, neque ea, quæ peperissem ego.

πίστημα γλώσσης, σταφυλίου βίλος λίγου.

Quid faciet Porsonus huic versui Soph. Trach. 615.

σφαγεῖδι θήμονος τῇδ' ἐν' ὄμμα, γνάθινον.

Conf. ejus Præf. ad Hec. p. clxxii. sqq. *Seidl.*

1015. Lego et distinguo:

ἐς τὸν παρ' ἡμῖν, οὐ καλῶς.

(*Ut nunc nobis usu venit*) *nullo jure.* Non enim dicit, hoc quoad se tantum iniquum esse, sed in universum. *Musg.*

Ὡς μὲν παρ' ἡμῖν, οὐ καλῶς, etc.] Hunc locum nemo intellexit. Alii aliter vertunt, sed inepte omnes. Musgravium non satis intelligo. Mutandum autem nihil puto præter interpunctionem. Vulgo enim plene distinguitur post τις versu antecedente, et post ἡμῖν nulla est interpunctio. Loci sensus hic est: *Rem dicam, quamquam, ubi malam famam mulier nacta est, orationi ejus inviti quid inest,* (i. e. ejus orationem inviti audiunt, neque æqua lance pendunt) *injuria, ut mihi quidem videtur, sed rem ipsam* (nulla personæ ratione habita) *decet cognoscere, et, si hac cognita aliquis odio dignus videatur, tum demum æquum est, eum odisse, sin minus, odio abstinere.* Παρόντος igitur est idem quod παρόν τι, *invisi, molesti quid,* qua significatione sæpissime adjectivum illud apud Nostrum occurrit, ut Med. 226. παρὸν κολίσαις ἐστὶν ἁμαθίας ὕπο, Hel. 295. etc. In ipsa nostra fabula supra legimus v. 418. παρὸν δ' ἀγγείλαιμεν ἄν. Quod attinet ad verba παρ' ἡμῖν, conf. Nostri Heracl. 881.

παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε,
ἐχθροὺς λαβόντα μὴ 'κτείνασθαι δίκῃ,

i. e. nobis hoc non videtur sapiens. *Seidl.*

1016. Μαθόντα σ',] Hoc, quod habet Ed. Victor. mihi quidem satisfacit. Canterus μαθοῦσαν legit, Reiskius μαθόντας. vid. ad Iphig. in Taur. v. 888. Cyclop. v. 326. *Musg.*

Μαθόντα σ',] Canterus et Scaliger μαθοῦσαν legunt, et certe ea lectio videtur necessaria: ad Electram enim res refertur, nolo tamen aliquid mutare; quia omnia exemplaria μαθόντα habent, et supra ad Ion. v. 973. observavimus, aliquando masculinum genus etiam de singulari fœmina usurpari, quamquam, ut ingenue fatear, vix in hac re tale quid me reperisse meminerim. Vide quoque supra ad v. 993. *Barnes.*

Μαθόντας — ἔχῃ] Vulgo μαθόντα σ' — ἔχεις. Reiskium secutus sum, nisi quod scripsi ἔχῃ, quum illi satisfaceret indicativus ἔχω. Ultima littera in ἔχεις videtur nata e prima vocabuli sequentis, nisi potius secundam personam librarius fecit ob prægressum scilicet σέ. *Seidl.*

1017. Neutra in parte versus retinendum censeo στυγεῖν. Lego utique:

Στύγειν δίκαιόν μ', εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ στύγειν;

Musg.

1018. Optime emendat Dawesius Miscell. Crit. in fine:

ἡμᾶς δ' ἔδωκε Τυνδάρεως τῷ σῷ πατρὶ
οὐχ ὥστε θνήσκειν, οὐδ' ἃ γεινάμην ἐγώ.

Musg.

Ἥμᾶς δ' ἔδωκε] Ita bene Dawesius Miscell. Crit. p. 337. Vulgo ἡμᾶς δέδωκε. (Ita ed. Victor.) *Seidl.*

1019. οὐδ' ἃ γεινάμην ἐγώ.] Γεινάμην Ionice pro ἐγεινάμην, sublato omnino augmento, non autem per contractionem eh-

Κεῖνος δὲ παῖδα τὴν ἐμὴν, Ἀχιλλέως
Λέκτροισι πείσας, ὥχετ' ἐκ δόμων ἄγων
Πρυμνοῦχον Αὐλιν· ἔνθ' ὑπερτείνας πύλας,
Λευκὴν διήμησ' Ἰφιγόνης παρηίδα.
Κεἰ μὲν πόλεως ἄλωσιν ἐξιώμενος,

1020 Ille vero filiam meam, Achillis
Spe connubii ductam, domo abduxit in
Stationem navium Aulidem; illic superatis portis
Candidam demessuit Iphigeniæ genam.
Et si quidem urbis excidium prohibens

so, ut veteres libri præ se ferebant; tunc enim δ produceretur, quod versus ferre nequit. *Barnes.*

γυναίμαν etiam Reisk. *Beck.*

δ' γυναίμαν ἐγώ.] Certissima hæc est Reiskii et Dawesii Miscell. Crit. p. 337. emendatio, quum olim legeretur δ' γυνάμην ἐγώ. Barnesius δ γυνάμην omisso augmento, quod hic locum non habet. — Ceterum confer Troad. 749. *Seidl.*

δ' γυνάμην, ed. Victor.

1020. α. Κεῖνος δὲ παῖδα τὴν ἐμὴν, Ἀχιλλέως Λέκτροισι πείσας,] Quomodo Agamemnon, prætextu Achillis nuptiarum, Iphigeniam ad Aulidem traxerit, ubi illam immolarit, supra ostenditur in fabula sub eo nomine venditata. *Barnes.*

1022. ὑπερτείνας πύλας,] Optime Tyrwhittus: Corrigendum credo πυρᾶς. Sic recte in Iphigen. in Tauris, v. 26. Iphigenia de se loquitur:

ἰλθοῦσα δ' Αὐλὶδ' ἡ τάλαιν' ὑπὲρ πυρᾶς
μητρὸς λαφθεῖσ' ἐκαινίσην ξίφει.

Musgr.

Πρυμνοῦχον Αὖλιν·] Aulis portus et regio Bœotiæ, ubi Græci naves adscendebant in Trojana expeditione; recte igitur πρυμνοῦχος ob navium, præcipue Græcarum, stationem dicitur, et quod ob tranquillitatem diu ibi detinebantur. Vid. ad Iphig. Aul. v. 14.

ἔνθ' ὑπερτείνας πύλας,] Scaliger σῦλας legit; mallem ego λύσας, sed exemplum desidero τοῦ λυ brevis in hac voce. Contra militant Scenici omnes. *Barnes.*

Optime se habet vulgata, ὑπερτείνας πύλας idem, quod ὑπὲρ πύλας σῦδε τείνας. Reisk. conjicit: ἔνθα πεμπὰς πύλας. *Beck.*

πυρᾶς,] Ita Tyrwhittus feliciter, ut solet, correxit vulgatum πύλας, quod infirmius Heathius defendit. Comparat Tyrwhittus Iphig. Taur. 26. *Seidl.*

1023. Ἰφιγόνης] Docte monet Barnesius, hanc primariam vocis formam esse, alteram vero Ἰφιγένεια secundariam et poëticam. Similis inflexio est in Πηνελόπη, Πηνελοπείη, apud Hom. Εὐρώπη, Εὐρώπεια, apud Moschum. Εἰλείθυια, Εἰλειθυίη, Dionys. Perieg. v. 259. Περσεφόνη, Περσεφόνεια, Orph. Hymn. 29. et alibi. Ἰπποδάμη, Ἰπποδάμεια, quæ omnia a Barnesio indicata sunt. Adde Τυρώ, Τυρώ, Apoll. Rhod. Lib. I. *Musg.*

Ἰφιγόνης] Ἰφιγένειας. Notandum est, hoc in loco Ἰφιγόνη, licet rarius occurrat, originale esse, et Ἰφιγένεια poëtice pro eodem dici, et alio nomine Ἰφιάνασσα. Poëtæ enim propria nomina hoc modo extendere solent, præsertim Attici et Ionici scriptores, aliquando etiam et appellativa, ut: Πηνελόπη, Πηνελοπείη, Hom. Εὐρυδίκη, Εὐρυδίκεια Mosch. Εὐρώπη, Εὐρώπεια idem. Εἰλείθυια, Εἰλειθυίη, Dionys. Perieg. v. 259. Περσεφόνη, Περσεφόνεια Orph. Καλλιόπη, Καλλιόπεια, Ἰπποδάμη, Ἰπποδάμεια, Ἀθήνη, Ἀθηναίη, ἀνάγκη, ἀναγκαίη, etc. *Barnes.*

Ἰφιγόνης] Brubach. Ἰφιγίνης. — De ratione ista forma disputat Barnesius, eamque originariam putat, alteram vero Ἰφιγένεια ex illa formatam per dilatationem poëticam. Quod verum videtur de iis nominibus, quæ in exemplum Barnesius affert, Εὐρώπεια, Πηνελόπεια, Εἰλείθυια, Ἰπποδάμεια, Περσεφόνεια, Εὐρυδίκεια, Καλλιόπεια, quamquam etiam horum quædam diversitas est. De Ἰφιγένεια non assentior. Hoc enim descendit ab Ἰφιγενὴς (quod nomen commemorat Etym. M. 480. 15.), Ἰφιγόνη vero ab Ἰφιγόνης. Plane

Μενέλαον ὡς σώσαιμι; τὸς δὲ πῶς πατὴρ
'Ηνίσχετ' ἂν ταῦτ'; εἶτα τὸν μὲν οὐ θανεῖν
Κτείνοντα χρῆν τἀμ', ἐμὲ δὲ πρὸς κείνου παθεῖν;
"Εκτειν', ἐτρέφθην, ἥντερ ἦν πορεύσιμον,
Πρὸς τοὺς ἐκείνῳ πολεμίους· φίλων γὰρ ἂν
Τίς ἂν πατρός σου φόνον ἐκοινώνησέ μοι;
Λέγ' εἴ τι χρῄζεις, κἀντίδες παῤῥησίᾳ,
"Οπως τέθνηκε τὸς πατὴρ οὐκ ἐνδίκως.

Menelaum ut servarem? tuus autem pater quomodo
Tulisset ista? deinde illum quidem non mori
Conveniebat, qui mea occidisset, me vero ab illo pati?
Occidi; converti me *ad viam*, quam licebat ire
Ad ipsius hostes: Amicorum enim
Quis patris tui cædem mecum communicàsset?
Dic, si quid cupis, et oppone libere,
Quod tuus parens injuste perierit.

1042. MSS. β, γ. πατεῖν μ'. In Ed. Victor. deest μ'. *Musg.*

1046. a. 'Εστιν', ἐτρέφθην, ἥντιν' ἦν πορεύσιμον, Πρὸς τοὺς ἐκείνῳ πολεμίους.] 'Ετρέφθην ἐς τὴν ὁδὸν, ἥντιν' ἦν ἰσοὶ πορευτέον, δηλονότι πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ ἐχθροὺς αὐτῷ διαπεμπόντος, οἵους ἦν Αἴγισθος, ὃν ὁ Θυέστης ἐκ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, Πελοπείας, ἔστερε τιμορὸν, ὃν ὑπ' 'Ατρέως ἴσασθαι, τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐστασιάζε. 'Τβρισθῆσα δὲ ὑπὸ 'Αγαμέμνονος, διαγνάθην οὐ μὲν τοῖς αὐτοῦ φίλοις, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἐχθροῖς, φιλιωθῆναι, ἵνα αὖτως αὐτὸν τῆς ὕβρεως τιμωρῶ. Joh. Miltonus ἐτρέφθην legit nulla necessitate, cum ἐτρέφθην saltem æque bene stabit, certe prima corripi debet. *Barnes.*

ἥντερ] Accusativus ἥντερ pendet ab ἐτρέφθην. Plene ἐτρέφθην ἐκείνην ὁδὸν, ἥπερ ἦν πορεύσιμον, scil. πρὸς τοὺς ἐκ. πολ. *Seidl.*

1047. Malim φίλων γὰρ οὔ, aut φίλων γὰρ οὖν. *Reisk.*

1051. 'ΗΛ. Δίκαι' εἶπας· ἡ δίκη δ' αἰσχρῶς ἔχει.
Γυναῖκα γὰρ χρὴ πάντα συγχωροῦν πόσει
"Ητις φρονεῖν εἰ δὲ μὴ δοκεῖ τάδε,
— εἰ δὲ μή, NOXEI TAAE.

Verba sunt Electræ ad Clytæmnestram, quæ Agamemnonis cædem excusare studens, filiæ quæcunque vellet obloquendi potestatem fecerat. Primum autem scribendum puto:

Uxorem autem decet conjugi in omnibus morem gerere, si sanæ mentis est; quod si non fecerit, hac quidem parte sanæ mentis non est habenda. Sic loquuntur Veteres. Hippol. 293.

Κ' εἰ μὴ νοεῖς τι τῶν ἀνοήτων πλέον.

Andromachæ, 898. τοῦνεκ' αὐτὸ καὶ νοεῖν. Verbum νοεῖν de turbato perversoque rei cujusque statu usurpari Abreschius animadvertit ad Æschylum, Lib. III. p. 179. — Deinde vero bos tres versus Choro tribuo, Electræque orationem sequenti demum versu incipere arbitror. Hic autem sic scribendus:

"Ον' ὡς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν ἥκειν λόγων.

Quandoquidem dignaris mecum in certamen descendere. Jacobs.

1052. χρῆν, ed. Victor.

1053. "Ητις φρενώσης] "Ητις φρενοῖ ἀρτίως χρῶνται, i. e. σώφρων. Quare autem φρενώσης habeat accentum in penultima, quanquam sit primæ contractorum, vide ad Ion. v. 1154. ubi tamen pro ἀλλ' legendum ἀλλ', quod jam nunc video, doleoque, et (nisi homo essem) misere puderet, etiam tot leviculas erratiunculas omnem nostram diligentiam effugisse. *Barnes.*

ΗΛ. Δίκαι' ἔλιξας· ἡ δίκη δ' αἰσχρῶς ἔχει.
Γυναῖκα γὰρ χρὴ πάντα συγχωρεῖν πόσει,
Ἤ τις φρενήρης· εἰ δὲ μὴ δοκεῖ τάδε,
Οὐδ' εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν ἥκει λόγων.
Μέμνησο, μῆτερ, οὓς ἔλιξας ὑστάτους
Λόγους, διδοῦσα πρὸς σέ μοι παῤῥησίαν.
ΚΛ. Καὶ νῦν γε φημὶ, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι, τέκνον.
ΗΛ. Ἆρα πλύουσα, μῆτερ, εἶτ' ἔρξεις κακῶς;

Ele. Juste dixisti, sed hoc jus turpiter habet.
Uxorem enim debebat omnia concedere marito,
Quæ mentis compos *esset*; si vero hæc non videntur tibi,
Neque mei sermonis in censum veniunt,
Memineris, O mater, quæ dixeris novissima
Verba, quibus mihi loquendi ad te dedisti copiam.
Cly. Etiam nunc dico, neque denego, filia.
Ele. Anne ubi sudies, mater, deinde *me* afficies maleficio?

Leg. ἢ δ' ἡ μὴ, *cui vero id non videtur*, *la penes me ne in censum quidem venit*, su. Aut servato εἰ, legendum ἥκῃς. *ec autem nisi probes, nolim mecum in erborum contentionem descendas. Reisk.*

1054. εἰς ἀριθμὸν ἥκειν valet, quod Laine dicitur *in numerum* vel *in censum mire.* Sic εἰ τοὐμὸν ἴχθος ἐναριθμῇ, Orest. 16. Legendum igitur:

— εἰ δὲ μὴ δοκεῖ τάδε,
Οὐδ' εἰς ἀριθμὸν τόνδ' ἐμῶν ἥκει λόγων,
Μίμνησο, μῆτερ, —

ὑμᾶς ἐμῶν λόγων, *ictus meorum sermonum.* Sic στέγε δ' αὖ Πολυδεύκεα τύψαν ποιλὰ, Apollon. Rhod. II. 20. νῶϊν ἐλὰς ἔστυφεν ἐμμανίης Διονύσου Tryphiodor.

ἥκει habent Ed. Victor. et MSS. quod nim vulgo dant ἥκεις, quodque hic male estat, sine auctore est.

Æschylus: ἔστυφεν — ὄπωδεν. Eumenid. 55. *Mus.*

Locus difficillimus et a nemine satis explicatus. Ἥκεις est lectio vulgata, quam primum reperio in Brubachiana. Victorius et MSS. ἥκει. Idem habet Hervag. Præterea post λόγων Brub. Hervag. Canter. ponunt punctum, quod ita tamen ferri potest, ut ante μίμνησο sumas lacunam. Sed si isto loco cum Stiblino comma ponas et ἥκεις legas, quod profecto verius videtur, difficultas maxime eo redit, quid significent ista: εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν λόγων ἥκεις. Vox ἀριθμὸς interdum ita occurrit, ut idem fere significare videatur, quod ἀρεσμὸς sive ῥυθμός. Possis igitur explicare: *si vero tibi hæc secus videantur, neque tu in congruentiam orationis meæ venis*, i. e. si mecum non congruis, consentis, *memento*, etc. Ita dicimus εἰς ταὐτὸν ἥκειν, *consentire*, et similia. Possis etiam, *si verborum meorum rationem non habes, si ea contemnis.* Verum tali modo expectes potius μέτει pro εἰδέναι. Si pro οὐδ' legas σὺ δ', sensus possit esse hic: *quodsi tibi hæc secus videantur, tu vero in censum orationis meæ venis*, i. e. tu vero cupis, ut sententiam de te meam dicam, memento. Hoc modo Electra, quæ jam matris jussu sententiam suam de factis ejus latura est, veniam rogabit, si forte judicium suum paulo gravius videatur ac durius. Ἀριθμὸν τινὰ certe dicitur de censu et lustratione exercitus. Verbi autem ἥκειν similis usus est in Nostri Med. 928. εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους. *Seidl.*

1057. Καὶ νῦν γε φημὶ, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι, τέκνον.] Est emphatica hæc, nec inelegans, nec otiosa repetitio; ita D. Johann. c. i. v. 20. Καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. Vide quæ nos supra ad Cyclop. v. 211. *Barnes.*

ΚΛ. Οὐκ ἔστι· τῇ σῇ δ' ἡδὺ προσθήσω φρενί.
ΗΛ. Λέγοιμ' ἄν· ἀρχὴ δ' ἥδε μοι προοιμίου.
Εἴθ' εἶχες, ὦ τεκοῦσα, βελτίους φρένας.
Τὸ μὲν γὰρ εἶδος αἶνον ἄξιον φέρει,
Ἑλένης τε καὶ σοῦ, δύο δ' ἴφυτε συγγόνω
Ἄμφω ματαίω, Κάστορός τ' οὐκ ἀξίω.
Ἡ μὲν γὰρ ἁρπασθεῖσ', ἑκοῦσ' ἀπώλετο·
Σὺ δ' ἄνδρ' ἄριστον Ἑλλάδος διώλεσας,
Σκῆψιν προτείνουσ' ὡς ὑπὲρ τέκνου πόσιν
Ἔκτεινας· (οὐ γὰρ, ὡς ἔγωγ', ἴσασιν εὖ·)

Cly. Non; at si quid excogitaveris, gratum animo habebo.
Ele. Dicam *igitur*: hoc autem *erit* mihi principium procemii.
Utinam habuisses, O mater, meliorem mentem:
Nam forma quidem laudem commodam affert,
Helenæ, et tuæ; duæ vero estis sorores
Ambæ dementes, Castoreque non dignæ.
Nam hæc quidem rapta perilt volens.
Tu vero virum Græciæ præstantissimum perdidisti,
Prætextum prætexens, quod pro filia maritum
Occideris: haud enim *alii rem*, ut ego, bene sciunt:

1058. ἰρεῖ scribit Reisk. *Barnes.*

Ἄρα κλύουσα,] Fugit hic locus Erfurdtium meum ad Soph. Aj. 1109. ubi Porsoni regulam (ad Orest. 64.) de non producenda brevi vocali ante mutam cum liquida vocabuli sequentis studet defendere. Fateor quidem, multos locos Erfurdtium egregie correxisse, sed de aliis non assentior, atque ipsa illorum locorum multitudo criticum debet paululum morari. Ac videor mihi aliquanto plures hujus generis locos offendisse, quam quos Erfurdtii disputatio tangit. Neque illud satis perspicio, cur, quod in mediis, atque adeo compositis vocabulis, ut ἐπίδρομὰς, παντάλιόν, &c. licuit, non idem in diversis vocabulis potuerit ferri. Sunt etiam aliæ epicæ poëseos licentiæ, quibus rarissime tragici in senariis utuntur, sed utuntur tamen. Ita supra v. 598. habuimus formam ἥλωθον, ita nonnumquam dicunt πολλὸν, μίσσος, alia. Potes quidem etiam nostro loco corrigere ἄρά μι sive ἄρά γε, sive cum Hermanno ἆρ' ἀν. Sed dubito librorum lectionem mutare. *Seidl.*

1059. Οὐκ ἔστι·] Non temere movenda hæc phrasis, quam ad Ion. 344. frustra suspectam habui. Exstat enim Soph. Ajac. 470. Nostri Med. 390. et Alcestid. 561. Videtur esse præsens pro futuro, ut πάρεστιν, Soph. Œd. Tyr. 776. πάρεσται, Aristoph. Equit. 176. γένοι, Ibid. 1085. Νηρεΐδων μία γένοιτο, Nonn. p. 164. ἐξανίστατο, Pind. Pyth. IV. Strophe 5. ἁλίσκεται, Olymp. VIII. Epod. 2. et alia, quæ in promtu sunt, accumulem.

Pro σῇ σῇ legi potest σῇ 'μῇ, i. e. σὺ ἐμῇ: quo posito, ἡδὺ cum σοὶ (sic nunc malim pro τάδε, v. 1059.) concordabit. *Musg.*

Reisk. conjicit: σῇ σῇ δ' ἄνα πρεσβὺν φρένα, *tuæ sententiæ meum placide approbo*, h. e. assentior tibi sine contradictione. *Beck.*

Οὐκ ἔστι· σῇ σῇ, &c.] Heathius vertit "Non ita est; immo quod animo tuo gratum erit, insuper tibi retribuam."

Edd.

1062. Τὸ μὲν γὰρ εἶδος αἶνον ἄξιον φέρει. Lege, φέρειν. *Porson.*

ἄξιον] Itidem absolute, i. e. nullo cui subjecto, legitur Thucyd. I. 142. ὃ

Ἢ τῆς θυγατρὸς πρὶν πεπυρῶσθαι σφαγὰς,
Νέον τ' ἀπ' οἴκων ἀνδρὸς ἐξωρμημένου,
Ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης.
Γυνὴ δ', ἀπόντος ἀνδρὸς ἥτις ἐκ δόμων
Εἰς κάλλος ἀσκεῖ, διάγραφ' ὡς οὖσαν κακήν.
Οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύραισιν εὐπρεπὲς
Φαίνειν πρόσωπον, ἤν τι μὴ ζητῇ κακόν.
Μόνην δὲ πασῶν οἶδ' ἐγώ σ' Ἑλληνίδων,
Εἰ μὲν τὰ Τρῳῶν ἦν εὐτυχῆ, κεχαρμένην,
Εἰ δ' ἥσσον' εἴη, ξυννεφοῦσαν ὄμματα,

Quæ priusquam filiæ cædes esset decreta,
Cumque recens ab ædibus vir recessisset,
Ad speculum flavos comæ cincinnos componebas.
Mulier autem, quæ absente viro ex ædibus
Ad formam *se* ornat, *eam* ut malam depinge:
Haud enim ipsam oportet foris decoram
Ostendere faciem, nisi malum aliquod quærat.
Ego vero te solam ex omnibus Græcanicis mulieribus scio,
Siquidem *res* Trojanæ felices essent, lætari solitam,
Si vero inferiores, contrahere frontem,

ἔχουσι δοῦλαι. Iterum: ἀξίους ἐς τὰ ναυτικὰ, VIII. 106. *Musg.*

1063. s. δύο — Ἄμφω recte se habet. Duæ estis sorores, demens utraque, i. e. quarum una non minus demens est quam altera. Nullus hic est pleonasmus. *Seidl.*

1065. ἀνώλεσεν·] Piersono placet ἀσχύνη. Mihi hoc tenuius videtur, quam pro rei turpitudine. *Musg.*

Etiam Reisk. defendit ἀνώλεσε, semetipsa perdidit. Opponitur sequens δώλεσε. *Beck.*

ἀνώχλεσεν·] Ita bene Piersonus Veris. p. 247. Vulgo ἀνώλεσε, quod miror nactum esse defensores. *Seidl.*

Ἡ μὲν γὰρ ἁρπασθεῖσ', ἐκοῦσ' ἀνώλεσεν·] Comma aut omnino delendum aut post ἐκοῦσ' ponendum, ut sensus sit non, quod versio dicit: Nam hæc quidem rapta, periit volens, sed: Nam hæc quidem *volens* rapta, periit, i. e. ipsa se prædam obtulit nec rapta est invita, sed sua sponte. *Fachse.*

1068. οἱ γὰρ, ὃς ἔγωγ', ἴσασιν ἴσ'·] Lege, ἴσασι δ' εὖ. *Pors.*

ἴσασιν·] Nos: *man weiss*, qui usus tertiæ personæ pluralis frequentissimus est. Quare non intelligo, cur viri docti in isto Sophoclis loco offendant, Œd. Col. 658.

κἀλλαὶ δ' ἀκύλαι· κἀλλὰ δὴ μάντιν ἴσην
θυμῷ κατοπτίλησαν· ἀλλ' ἐ τοῦτ' ὄναρ
αὐτοῦ γίνηται, φεῦδεα τἀκυλήματα.

In nostro loco non hærebis, si, quod res ipsa postulat, ad σκῆψιν πρόσωπον intelligis πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. *Seidl.*

ἰσᾶσιν est dativ. plur. *scientibus*, et construitur cum πρόσωπον, *obtendens, obtrudens, non tam bene, atque ego, scientibus*; jactans apud minus me gnaros. *Reisk.*

1069. Ἡ τῆς θυγ. &c.] Similem orationis conversionem deprehendes Hec. 1187. ubi vide Porsonum. Quare non est, quod cum Bothio legatur ᾗ, *quomodo*. *Seidl.*

1074. s. Οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύραισιν εὐπρεπὲς Φαίνειν πρόσωπον,] Lege θυραίοις. Confer Hippol. 414. (*Hæc emendatio juvenis erat Porsoni; a qua, etsi ipsa haud*

Ἀγαμέμνον᾽ οὐ χρήζουσαν ἐκ Τροίας μολεῖν.
Καίτοι καλῶς γε σωφρονεῖν παρεῖχέ σοι.
Ἀνδρ᾽ εἶχες οὐ κακίον᾽ Αἰγίσθου πόσιν,
Ὃν Ἑλλὰς αὐτῆς εἵλετο στρατηλάτην.
Ἑλένης δ᾽ ἀδελφῆς τοιάδ᾽ ἐξειργασμένης,
Ἐξὴν κλέος σοι μέγα λαβεῖν· τὰ γὰρ κακὰ
Παράδειγμα τοῖς ἐσθλοῖσιν, εἴσοψιν τ᾽ ἔχει.
Εἰ δ᾽, ὡς λέγεις, σὴν θυγατέρ᾽ ἔκτεινεν πατήρ,
Ἐγὼ τί σ᾽ ἠδίκησα᾽, ἐμός τε σύγγονος;
Πῶς οὐ, πόσιν κτείνασα, πατρῴους δόμους
Ἡμῖν προσῆψας, ἀλλ᾽ ἀπηνέγκω λέχη
Τἀλλότρια, μισθοῦ τοὺς γάμους ὠνουμένη;

Quod Agamemnonem ex Troja redire non cuperes.
Atqui præclaram pudice vivendi occasionem tibi præbuerat:
Virum *enim* habebas non inferiorem Ægistho maritum,
Quem Græcia sibi ipsi elegerat imperatorem.
Cum autem Helena soror talia patrâsset,
Licebat magnam gloriam *inde* referre: nam mala
Exemplum habent bonis *propositum*, quod intueantur.
Si vero, ut dicis, tuam filiam interfecit pater,
Ego qua injuria te affeci, meusque frater?
Quomodo marito cæso paternas ædes non
Nobis dedisti: sed transtulisti *ad* lectos
Alienos, precio nuptias emens?

vera lectio sit, vera tamen sponte nascitur, hiçaiwn.) *Por. Advers.*

1075. ἦ γε ed. Victor.

1076. μὴν δ᾽ ed. Victor.

1077. Εἰ μὲν παρεῖ᾽ ἦν ἰσυγχῶ,] Emendat Canterus εἰ μὲν τὰ Τρῇ᾽ ἦν ἰσυγχῶ. Mihi verum videtur: εἰ μὲν τὰ Τρώων ἰσυγχεῖ. Legendum ἰσυγχεῖ indicat, quod sequitur, εἶτα. *Musg.*

τὰ Τρῇ᾽] Cum olim παρεῖ᾽ scriberetur, Canterus recte τὰ Τρῇ᾽ legendum putabat, cum illo autem putat Joseph. Scaliger, Æmilius Portus, &c. *Barnes.*

τὰ Τρῇ᾽ ἦν ἰσυγχῶ,] Ita Canterus. Edd. Victor. παρεῖ᾽ ἦν ἰσυγχῶ. Eleganter Musgravius τὰ Τρώων ἰσυγχεῖ, ob sequens εἶτα, quem secutus est Schæferus. Nec tamen illam lectionem, a libris minus recedentem, damnandam puto. *Seidl.*

1080. Καίτοι καλῶς γε σωφρονεῖν παρεῖχέ σοι.] Subaudi ἡ Θεὸς, vel etiam Ἀγαμέμνων, vel certe καλῶς παρεῖχέ σοι sumendum est pro ἐξῆν, licebat, ut notat Æmil. Portus. *Barnes.*

παρεῖχέ σοι, i. e. in promtu tibi erat, facile erat, sive, ut Æm. Portus, ἐξῆν. De hoc impersonali παρέχει disputat jam Henr. Steph. Thes. I. p. 1350. b. *Seidl.*

1085. ἴσοψιν] Ita bene Scaliger conjunctim. Ed. Victor. εἰς ὄψιν. *Musg.*

εἰς ὄψιν] Τὰ γὰρ παρὰ τοῖς ἐσθλοῖς ἔχει παράδειγμα, καὶ εἰς ὄψιν ἐστὶ τὰ ἐκείνοις ἔχειν, ὡς φησιν ἐκεῖνος. Scaliger legit unico vocabulo ἴσοψιν, ut idem significaret, quod ἰσόπτερον, sed vox ista suspicione non caret. *Barnes.*

Heath. ἴσοψιν scribit: *rem in quam intueantur, et inde documenti sibi utile hauriant. Beck.*

εἰς ὄψιν τιλεῖ, aut potius τρέχει, *sui exemplum, demonstratio bonorum in malos incurrens. Reisk.*

Κοὔτ' ἀντιφεύγει παιδὸς ἀντὶ σοῦ πόσις,
Οὔτ' ἀντ' ἐμοῦ τέθνηκε, δὶς τόσως ἐμὲ
Κτείνας ἀδελφῆς ζῶσαν· εἰ δ' ἀμείψεται
Φόνον δικάζων φόνος, ἀποκτενῶ σ' ἐγώ,
Καὶ παῖς Ὀρέστης πατρὶ τιμωρούμενος.
Εἰ γὰρ δίκαι ἐκεῖνα, καὶ τάδ' ἔνδικα.
Ὅστις δὲ πλοῦτον ἢ 'γγύησιν εἰσιδὼν,
Γαμεῖ πονηρὰν, μῶρός ἐστι· μικρὰ γὰρ
Μεγάλων ἀμείνω σώφρον' ἐν δόμοις λέχη.
ΧΟ. Τύχη γυναικῶν εἰς γάμους· τὰ μὲν γὰρ εὖ,
Τὰ δ' οὐ καλῶς πίπτοντα δέρκομαι βροτῶν.
ΚΛ. Ὦ παῖ, πίφυκας πατέρα σὸν στέργειν ἀεί.

Nec pro filio tuo maritus exulat,
Neque pro me periit, qui me duplo magis
Vivam occidit, quam sororem pater: porro si rependi debet
Cædes cæde ultrice, te ego cecidero,
Et filius Orestes, paternam cædem ulciscentes:
Nam si justa *sunt* illa, et hæc æqua *sunt*.
Quisquis vero spectans opes, aut clarum genus,
Ducit uxorem improbam, stultus est: parva enim
Et casta magnis præstantiora *sunt* connubia in ædibus.
Cho. Fortuna in mulierum connubiis *dominatur*; nam alia quidem bene,
Alia vero mortalium *connubia* non bene cadere video.
Cly. O filia, natura hoc inditum est tibi, ut patrem ames semper.

1086. Ἐκτανεν ed. Victor.

1088. Πῶς οὐ, πόσιν κτείνασα, πατρὸς ὄντος δίκους] Ita Canterus, conjectura certissima. Ed. Victor. πῶς οὖν πόσιν κτείνας' οὐ πατρὸς ὄντος δίκους. *Musg.*

Πῶς οὐ, πόσιν κτείνασα, πατρὸς ὄντος δίκους] Olim erat: Πῶς οὖν πόσιν κτείνας' οὐ πατρὸς ὄντος δίκους. Quod nullo modo ferendum erat, ob spondæum in quarto loco. Cum Cantero itaque et Scaligero loco οὖν lego οὐ, et κτείνασα sine elisione ultimæ extendo, πόσιν κτείνασα vero inter duo commata sunt locanda. *Barnes.*

Πῶς οὐ paulo inferius recurrit, v. 1113. *Scidl.*

1089. ἀντιφεύγει] Heathius vertit: "Sed mercedem reportasti alienum torum, nuptiis pretio emtis." Pretio intellige *regno*. Paulo post παιδὸς ἀντὶ σοῦ recte Barnesius de Oreste intelligit. *Scidl.*

1091. Οὔτ' ἀντιφεύγει παιδὸς ἀντὶ σοῦ πόσις,] Cum olim Latina Versio hæc de *filia* sumebat, nos correximus et *filio* scripsimus; omnino enim hæc de Oresta dicuntur, in hunc sensum: Σὺ λέγεις, σὲ σιφονευσάσαι τὸν Ἀγαμέμνονα ἀντὶ τῆς θυγατρὸς, Ἰφιγενείας ἠλοιόσι· Καὶ πῶς οὖν οὐκ Αἴγισθος φεύγει, ἀντὶ τοῦ παιδὸς σοῦ, Ὀρέστου, ὃς νῦν ὑπ' αὐτοῦ τῆς πατρίδος ἐξελαύνεται· ἢ μᾶλλον οὐ τίθνηκεν ἀντ' ἐμοῦ, ἢ ζῶσα οὐχ ἁπλῶς ἔθανον· Δὶς γὰρ τόσον ἐμὲ καὶ ζῶσάν με ἔκτανεν Αἴγισθος, ὅσον ἀδελφὴν Ἀγαμέμνων ἔκτεινεν. Hæc autem Electra dissimulanter loquitur, ut quæ sciebat, jam rediisse Orestem, et ab eo cæsum Ægisthum, et jam nunc ipsam matrem ad cædem exspectari. *Barnes.*

1092. Δὶς τόσως, &c.] Bene explicat Barnesius. *Scidl.*

Ἔστιν δὲ καὶ τόδ· οἱ μέν εἰσιν ἀρσένων, 1110
Οἱ δ' αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός.
Ξυγγνώσομαί σοι· καὶ γὰρ οὐχ οὕτως ἄγαν
Χαίρω τι, τέκνον, τοῖς διεδραμένοις ἐμοί.
Σὺ δ' ὦδ' ἄλουτος καὶ δυσείματος χρόα,
Λεχὼ νεογνῶν ἐκ τόκων πεπαυμένη; 1115
Οἴμοι τάλαινα τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,
Ὡς μᾶλλον, ἢ χρῆν, ἦλασ' εἰς ὀργὴν πόσιν.
ΗΛ. Ὀψὲ στενάζεις, ἡνίκ' οὐκ ἔχεις ἄπη.
Πατὴρ μὲν οὖν τέθνηκε· τὸν δ' ἔξω χθονὸς

Ita autem et hoc fit: nonnulli quidem sunt marium *amantes*:
Alii vero contrà matres magis quam patres amant.
Ignoscam tibi; etenim non usque adeo
Lætor, O filia, iis, quæ patrata sunt a me.
Sed tu sicne illota, et male amicta corpore,
Puerpera recenti e partu liberata *manes*?
Heu me miseram *ob* mea consilia:
Nam vehementius, quam oportuit, ad iram instigavi virum.
Ele. Sero gemis, quando non habes remedium;
Pater quidem mortuus est: illum vero, qui extra *patriam* solum

1097—1099. Citat quasi ex Cress. Stob. Grot. 72. 295. *Burn.*

1097. Ὅστις δὲ πλοῦτον, &c.] Hunc locum ita vertit Grotius: *Quicunque nuptam moribus ducit malis Ob genus opesve, desipit: nam maximis Conjugia præstant parva, si adsit castitas. Barnes.*

1100. a. Vertit Grotius:

Fortuna varia nuptiis; video cadant
Quibus secunda, video quibus impropera. *Seidl.*

1102. Ὦ παῖ, σίφωνας πανίρα τὸν σνίγγων λύσ.] Naturaliter constituta es. Ita Anaximander apud Plutarch. in Philosophorum Placitis: Πίφυκέν τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν. *Fortiori Igne naturaliter debiliorem obscurante. Barnes.*

1102. aa. Ὦ παῖ, σίφωνας πανίρα τὸν σνίγγων λύσ.
Ἴσως δὲ καὶ τόδ'· οἱ μὲν εἰσιν ἀρσένων,
οἱ δ' αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός.

Nonnihil offendor in hemistichio — ἴσως δὲ καὶ τόδ'. quod quomodo cum reliquis coeat, non satis video. Putabam:

σκῦλον δ' ἔχει τόδ'. —

In eo quod patrem præ matre amas, spectosum prætextum habes; nam alii liberorum patrem magis colunt, alii matrem præcipue amant. Sic in Ione. v. 721. σκυμνὸν γὰρ ἄν τις ἄλλο ἔχοι σκῦλον. et in hac Tragœdia, v. 29. εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα σκῦλον εἶχ' ἑλωλότα. *Jacobs.*

σίφωνας — σνίγγων] Vid. Matthiæ Gramm. Gr. §. 531. p. 760. *Seidl.*

1103. εἰ μὲν εἰσὶν ἀρσένων,] Ἔλεος τινὰς est *totum se tradere alicui.* Soph. Œd. Tyr. 917.

ἀλλ' ἴσον τοῦ λίγοντος, ὃν φίλαις λίγῃ,

ubi Brunckius comparat Aristoph. 860. μὴ τοῦ λίγοντος ἴσθι. Hinc verbum ἴσον accentu donavi. In versus initio Thierschius mavult ἴσον pro ἴσως. Non opus ut opinor. *Seidl.*

1107. ἀνυπάνευτος illustrat Abresch. ad Æschyl. I. p. 179. *Beck.*

Πῶς οὐ κομίζει παῖδ' ἀλητεύοντα σόν; 1120
ΚΛ. Δίδοικα· τοὐμὸν δ', οὐχὶ τοὐκείνου, σκοπῶ.
Πατρὸς γὰρ, ὡς λέγουσι, θυμοῦται φόνῳ.
ΗΛ. Τί δαὶ πόσιν σὸν αγριον εἰς ἡμᾶς ἔχεις;
ΚΛ. Τρόποι τοιοῦτοι· καὶ σὺ δ' αὐθάδης ἔφυς.
ΗΛ. Ἀλγῶ γάρ· ἀλλὰ παύσομαι θυμουμένη. 1125
ΚΛ. Καὶ μὴν ἐκεῖνος οὐκ ἔτ' ἔσται σοὶ βαρύς.
ΗΛ. Φρονεῖ μέγ'· ἐν γὰρ τοῖς ἐμοῖς ναίει δόμοις.
ΚΛ. Ὁρᾷς, ἃ νῦν σὺ ζωπυρεῖς νείκη νέα;
ΗΛ. Σιγῶ· δέδοικα γάρ νιν, ὡς δέδοικ' ἐγώ.

Vagatur, filium tuum quomodo non reducis *in patriam?*

Cly. Metuo: meum enim, non autem illius *commodum* specto.

Patris enim, ut ferunt, irascitur ob cædem.

Ele. Cur vero maritum tuum *adeo* sævum in nos habes?

Cly. Tales *sunt ipsius* mores: quin et tu præfracto es ingenio.

Ele. Doleo enim: sed indignari desinam.

Cly. Atqui ille non amplius erit tibi gravis.

Ele. Animum nimis effert: in meis enim habitat ædibus.

Cly. Vides, quas nunc tu suscitas lites novas?

Ele. Sileo: timeo enim ipsum, prout ego timeo.

1108. Pro νεογνῶν Pierson. ad Mœr. p. 247. mavult νεοχμῶν. *Beck.*

νεογνῶν] Piersoni emendatio νεοχμῶν, quantumvis elegans, non necessaria videtur. Protulit illam ad Mœr. p. 247. Ἐκ εἴκων νεογνῶν est, ex partu, quo recens peperisti. *Seidl.*

Vulgo κομίζῃ. [Ita ed. Victor.]

1114. Aliter interpunxit locum, atque ita reddidit Prev.: "Je le crains .... non pour moi, mais pour lui même." In Not. addit, Clytæmnestram videri eosdem sensus exprimere, quos Amphitryo in Hercule Fur., qui timeat, ne filius committat parricidium atque furiis ultricibus tradatur. Cæterum monet, si ἐκείνου ad Ægisthum referatur, itidem duplicem tribui posse verbis sensum. *Beck.*

1116. Τί δαὶ] De vocula δαὶ vide supra ad v. 987. et 244. *Barnes.*

1117. Τρόποι τοιοῦτοι· scil. αὐτοῦ.

καὶ σὺ δ'] Vid. Schæf. ad Long. p. 350. Porsoni sententiæ, qui ad Orest. 614. hanc particularum compositionem improbat, obstat etiam Æschyl. Eum. 65. et quem supra ad v. 672. tetigimus Prometh. 981. Καὶ in talibus valet *etiam* et δὲ nectit sententias. In Comici Ran. v. 276. bene Cod. Venetus habet καὶ νυνὶ δ' ἐμοῦ. *Seidl.*

1118. Ἀλγῶ γάρ·] Plena oratio foret: ἔφυν αὐθάδης· ἀλγῶ γάρ. *Seidl.*

1119. Ἔσται σοὶ] Pronomen accentu privavi auctore Porsono Præfat. ad Hec. p. clxxiii. *Seidl.*

1121. ἃ νῦν σὺ] Ita bene Barnesius ex Scaligeri emendatione. Ed. Victor. ἃν αὖ σύ. *Musg.*

ζωπυρεῖς νείκη νέα;] Ζωπυρεῖν proprie de igne ex scintillis excitato dicitur: Metaphorice ζωπυρεῖν νίκας, πόλεμον, κακά. Cum vero olim ἃν αὖ, recte Scaliger ἃ νῦν. *Barnes.*

Reisk. emendat: ἐρᾷς. νῦν αὖ σὺ ζωπυρεῖς. *Beck.*

Edd. Victor. ἐρᾷς ἃν αὖ σὺ, quam lectionem mutare religio fuit. Vulgo legunt cum Scaligero ἐρᾷς, ἃ νῦν σύ. Similiter nostrates, *siehst du wohl?* Bis Noster dixit σὺν οἷσ' ἄν, Alcest. 49. et Med. 937. His exemplis alia hujusmodi ad-

ΚΛ. Παῦσαι λόγων τῶνδ· ἀλλὰ τί μ' ἐπάλεις, τέκνον;
ΗΛ. Ἤκουσας, οἶμαι, τῶν ἐμῶν λογισμάτων· 1131
Τούτων ὑπέρ μου θῦσον, οὐ γὰρ οἶδ' ἐγὼ,
Δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς, ὡς νομίζεται·
Τρίβων γὰρ οὐκ εἰμὶ, ἄτοκος οὖσ' ἐν τῷ πάρος.
ΚΛ. Ἄλλης τόδ' ἔργον, ἤ σ' ἔλυσεν ἐκ τόκων. 1135

Cly. Mitte istos sermones: sed cur me vocas, O filia?
Ele. Audivisti, opinor, meum puerperium:
Ob hoc meo nomine sacrifica (non enim scio *ritum* ego)
Decimam lunam pueri, ut moribus est receptum:
Perita enim non sum *horum*, quia nunquam ante peperi.
Cly. Alterius hoc munus *est*, quæ te partu liberavit.

junxit Matthiæ Gramm. Græc. p. 882. §. 598. c. *Seidl.*

1122. Reisk. scribit: ὡς δίδωσι νὼ, *ille nos ambos* (me et Orestem) *timuit*. *Beck.*

Male Reiskius. Formula illa uberiorem rei explicationem declinamus. Fit hoc, ut sponte apparet, maxime tum, ubi de rebus injucundis loquimur, sed formulam non solis injucundis rebus propriam esse, quam Schæferi opinionem esse forte aliquis credat ex nota ad Œd. Col. 273. ipse hic noster locus ostendit. Ænigmatice enim significat Electra, se non amplius Ægisthum metuere. *Seidl.*

1125. Restitui lectionem Ed. Victorii principis τούτων ὕπερ μοι θῦσον. Vulgo ὑπὲρ μοῦ, quod qui præferat, proximo versu cum Musgravio leget δεκάτην σελήνην, ut conjungantur τούτων, scil. λοχευμάτων, δεκάτην σελήνην παιδός. Sacrificium enim ipsum vocabatur δεκάτη σελήνη et hoc sacrificium erat puerperii, i. e. solenne in puerperiis. Accusativum δεκάτην σελήνην profecto commendat infra v. 1132. et Aristoph. Av. 922.

οὐκ ἔχει θέαν τὴν δεκάτην ταύτην ἐγώ.

coll. v. 494. quos locos cum Scholiis afferunt Interpretes. Conf. etiam Brunckius ad priorem Comici et Musgravius ad nostrum locum. Servandam tamen putavi lectionem Edd. Principis et Hervag. δεκάτη σελήνη παιδὸς ὡς νομίζεται. Sic Noster Iph. Aul. 33. τὰ θεῶν εἶσιν πεύσομαι. Henr. Steph. Thes. II. p. 1030. a. H. ex Plutarcho affert νενόμισται δέ πως ἡ τεκοῦσα τῶν ἐνιαυτῶν ἁμιλία. Vulgo legitur δεκάτην σελήνῃ, quod non minus bene habet. *Seidl.*

1126. Δεκάτην σελήνῃ] Legendum δεκάτην σελήνην. Aristoph. Av. v. 923.

οὐκ ἔχει θέαν τὴν δεκάτην αὐτὸς ἐγώ.

Sic δεκάτην ἱστιᾶσαι apud Suidam in voce, et Scholiast. Aristoph. ad Av. 494. σελήνην dicit, quia noctu, teste Suida, ad hoc sacrificium convenire solebant. vide locum citatum. Eubul. ap. Athen. Lib. XV. c. 2. Σελήνη pro *Nocte*, ut in Epigrammate Anthol. p. 310. ubi τῇ τριτιλέῳ τοκετῷ sonat Noctem illam trinoctialem, qua Jupiter Herculem procreavit. Morem hanc peperisse videtur opinio de Luna, lucem ejus infantibus inimicam esse, et spasmos, quibus ea ætas obnoxia est, efficere. Plutarch. Sympos. III. c. 10. τὰ μὲν πάντα φασὶ πατρὶ τιθῆναι δεκάτῃ πρὸς τὴν σελήνην φυλάττοντας· σέλας γὰρ ὀγχέοντας ὄντα, καθάπερ τὰ χλωρὰ τῶν ξύλων, σπᾶσθαι καὶ διαστρέφεσθαι. Hinc, inquam, ortum videtur sacrificium, sive id Lunæ placandæ, sive gratiis agendis destinatum erat, quod jam infans decem primos dies incolumis transegisset. Aliam interes rationem suggerit locus Porphyrii in libello de Antro Nympharum: σελήνην τε, οἷόν γε νύμφιον πρωτογενῆ, μίλτωσιν ἐκάλουν.

σελήνη, *una nox*. Clem. Alex. σελήνη τετταρακαιδεκάτη πλησιφαὴς γίνεται, p. 695. A. *Musg.*

Δεκάτῃ σελήνῃ] Vide Suidam in Δεκάτην ἱστιάσει. Aristophanes in Avibus, fol. 388. Ἐς δεκάτην γάρ ἔνιοι παιδαρίοις ἀλοῦσι, δεῖπνον ἐν ἄστει. Scholiastes: ἔνιοι τὴν Δεκάτην ἱστίσιν ἐπὶ τοῖς γινομένοις, καὶ ἐν

ΗΛ. Αὐτὴ 'λόχευσον, κἄτεκον μόνη βρέφος.
ΚΛ. Οὔτας ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων;
ΗΛ. Πένητας οὐδεὶς βούλεται κτᾶσθαι φίλους.
ΚΛ. Ἀλλ' εἶμι· παιδὸς ἀριθμὸν ὡς τελεσφόρον
Θύσω θεοῖσι· σοὶ δ' ὅταν πράξω χάριν
Τήνδ', εἶμ' ἐπ' ἀγρὸν, οὗ πότις θυηπολεῖ

Ele. Ipsa enixa sum, et sola *sine obstetrice* infantem peperi.
Cly. Adeo remota ab amicis domum incolis?
Ele. Nemo pauperes amicos sibi conciliare cupit.
Cly. Ergo ibo, ut *pueri* perfectam genituram
Immolem Diis: tibi vero postquam dedero gratiam
Istam, ibo in agrum, ubi maritus sacra facit

ὑπὲρ τὰ ὑπόμνησιν ἐνίδυσιν τοῖς παισὶ, καθάπερ Εἰρεσίδης ἐν Αἰγεῖ· Τίς σε, μᾶτερ, ἐν Διὸς τόκοις Ὠνόμασεν; Ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Ἐβδόμαις φησὶν ἐκτίθεσθαι τὰ ὑπόμνησιν, γράφων οὕτως· Τὰ σκλήρυνα δὲ ἀναιρεῖται πρὸς τὸν Ἑβδόμην· διὸ καὶ τὰ ὑπόμνησιν τίθεται, ὡς σωτήρια τέκνα τῇ σωτηρίᾳ. Idem fol. 405. Οὐκ ἔστι θύειν τὴν Δεκάτην ταύτῃ ἐγώ;] Scholiastes: σαφὲς, ὅτι τὰ ὑπόμνησιν τῶν παίδων ἐνίδυσαν τῇ Δεκάτῃ. Quare apud Græcos vel septimo die, vel decimo, nominabant infantulos, ut apud Judæos octavo, quando circumcisio agebatur, apud Christianos baptismus, circa idem tempus ut plurimum. Hoc die apud Græcos ipsa mulier puerpera, si sana esset et rituum perita, per se sacrificabat Dianæ, sin aliter, per obstetricem; maritus autem nymphis, ut videmus in hac Fabula Ægisthum, quem putabat ideo Orestes, vel ob puerum natum, aut certe nascendum, sacrificare, v. 626. Τροφῶν παῖδων, ἢ περὶ μέλλοντος τόκου; De puerperarum purificationibus diximus supra ad v. 654. Τεσσαρακοστὸς autem est festum aliud puerperarum, de quo Johann. Meursius, in Libro de Puerperio, c. VII. et Censorinus de Die Natali, c. XI. Et quadragesimo die deferuntur infantes a matribus et susceptoribus in templum; quando Ἐκκαιδεκάζειν dicuntur. *Barnes.*

1128. Ἄλλως τοῦ ἔργου, ἢ σ' ἵλεων ἐκ τόκου.] De hac re vide ad notam præcedentem. *Barnes.*

1129. Αὐτὴ 'λόχευσον emendat Heath. *Beck.*

λόχευσον, ed. Victor.

1130. ἀγείτων οἶκος] MSS. β, γ. ἀγείτων' οἶκον: unde suspicor legendum:

οὕτως ἀγείτων' οἶκον ἵδρυται φίλων. *Musg.*

Vulgo:

οὕτως ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων;

Sed Musgravius: "MS. β. γ. ἀγείτων' οἶκον: unde suspicor legendum:

οὕτως ἀγείτων' οἶκον ἵδρυται φίλων;"

Bene. Sic noster Hel. 46. τόνδ' ἐς οἶκον Πρωτέως μ' ἱδρύσατο, coll. Alcest. 857. Hippol. 635. Fragm. Inc. CXCVI. Tertia persona ἵδρυται ferri quodammodo possit, si Clytæmnestram putes rem secum ipsam mirari, atque ita de præsente Electra tertiam personam adhibere. *Seidl.*

1131. Hunc versum legimus apud Stobæum Floril. p. 399. Tit. XCVII. *Seidl.*

1132. ἀριθμὸν τελεσφόρον quid sit, nemo dixerit. Legendum, ni fallor, ἄρσενα τελεσφόρον, *genituram perfectam*, i. e. partum. Neque offendere quenquam debet, quod ita θύειν ἄρσενα dicat, non autem θύειν ὑπὲρ ἀρένων. Sic enim θύειν γάμους dicere solent, pro θύειν ὑπὲρ γάμων. Plutarch. Parall. p. 1185. et p. 189. Ed. Steph. Ælian. Var. Histor. Lib. VIII. c. 7. Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. Lib. VI. c. 17. et Lib. VII. c. 3. *Musg.*

Locus sanissimus. Sacrificium, ut supra dictum est, vocabatur δεκάτη τελεία, sive simpliciter δεκάτη. Hæc δεκάτη ipsa igitur est *numerus pueri plenus* scil. die-

Νύμφαισιν· ἀλλὰ τοῦσδ' ὄχους, οἰκέται,
Φάτναις ἄγοντες πρόσθεσθ'· ἡνίκ' ἂν δέ μοι
Δοκῆτε θυσίας τῆσδ' ἀπηλλάχθαι θεοῖς,
Πάρεστε· δεῖ γὰρ καὶ πόσει δοῦναι χάριν.
ΗΛ. Χώρει πένητας εἰς δόμους· φρούρει δέ μοι,
Μή σ' αἰθαλώσῃ πολύκαπνον στέγος πέπλους·
Θύσεις γὰρ, οἷα δαίμοσιν θύειν σε χρή.
Κανοῦν δ' ἐνῆρται, καὶ τεθηγμένη σφαγὶς,
Ἧπερ καθεῖλε ταῦρον, οὗ πέλας πέσει
Πληγεῖσα· νυμφεύσει δὲ κἀν ᾅδου δόμοις,

1135 Nymphis. At hæc vehicula, ministri,
Deducentes, ad præsepia reponite, cum autem me
Putabitis hoc sacrificio Diis *facto* defunctam esse,
Adeste. Oportet enim et marito gratificari.
Ele. Subi pauperem casam: cave autem mihi,
1140 Ne tibi fuligine oppleat fumosum tectum peplos:
Sacrificabis enim, ut diis te sacrificare convenit.
Canistrum autem ad sacra auspicanda est paratum, et acutus culter,
Qui sustulit taurum, quem prope concides
Percussa. In Plutonis vero ædibus nubes ei,

rum sive noctium. Ideoque, si dici potest δισσὰς νὺξ θύειν, recte etiam dicetur ἐν δὲ μέσῃ τελεσθέσει θύειν. *Seidl.*

1137. Conjunge θυσίας θεοῖς. Vid. ad Iph. Taur. 174. *Seidl.*

1141. Θύσεις γὰρ, οἷα χρή σε δαίμοσιν θύειν.] Tollendus est spondeus ex *sexto loco* vocabula transponendo:

Θύσεις γὰρ, οἷα χρή σε θύειν δαίμοσιν.
Burn.

Θύσεις γὰρ οἷα χρή σε δαίμοσιν θύειν.] Hæc omnia ænigmatice in matrem torquet, illius necem designans, ταῦρον autem vocat Ægisthum; cætera per se patent. *Barnes.*

Θύσεις γὰρ, οἷα, etc.] Dum hæc loquitur Electra, Clytæmnestra domum ingreditur, ita ut postremam Electræ orationem non amplius audiat. *Seidl.*

οἷα χρή σε δαίμοσι θύειν, ed. Victor.

1142. ἐνῆρται,] MS. *a.* ἐνῆνται, et in margine ἐνῆρται. *Musg.*

ἐνῆρται,] Ita Victorius. Male MS. *a.* in textu ἐνῆνται. Cf. Abresch. Miscell. Obs. VI. 277. *Seidl.*

1144. νυμφεύσει] Ita tres MSS. Ed. Victor. νυμφεύσω. *Musg.*

Reisk. scribit: νυμφεύσεις, *gerес, præsabis te sponsam illi, cui.* *Beck.*

νυμφεύσει] Atticam formam refert Ed. Victorii Flor. sed MSS. omnes νυμφεύσῃ. Eandem formam restituimus versu antecedente. *Seidl.*

1146. Electra domum intrat, et quæ inde a v. 1142. leguntur, ea ipsam ad Chorum, remota jam Clytæmnestra, dixisse censet Prev. *Beck.*

Antiquæ editiones omnes σὺ δ' ἐμοὶ. Tacite correxit Barnesius. *Seidl.*

1147. Reisk. corrigit: ἀμαθὲς καὶ μανάτεσσι τείσειν αὔρας δαιμόνων, *retributiones malorum spirant aurus dorum non in alterum plagam conversa.* *Beck.*

Hoc et proximum carmen descripsimus de Versu. Dochm. a p. 370. unde, quæ necessaria videbuntur, hic repetemus.

Reiskius conjicit ἀμαθὲς et δαιμόνων pro δόμων, distinctione post καιῶν delata. Præstat multo lectio librorum. *Seidl.*

Ὥσπερ ξυνηῦδες ἐν φάει· τόσηνδ' ἐγὼ
Δώσω χάριν σοι, σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός.
ΧΟ. Ἀμοιβαὶ κακῶν· μετάτροποι πνέου- στροφή.
σιν αὖραι δόμων· τότε μὲν λουτροῖς
Ἕκτσεν ἐμὸς ἐμὸς ἀρχέτας,
Ἰάπχησε δὲ στέγα, λάϊνοί
Τε θριγκοὶ δόμων, τάδ' ἰνίσσοντος· ὤ
Σχετλία τί με, γύναι, φονεύεις, φίλαν
Πατρίδα δεκέτεσιν ἐν στοραῖ-
σιν ἱλθόντ' ἐμάν;

Cum quo dormiebas in luce, tantam vero ego
Rependam gratiam tibi: tu vero mihi pœnas patris cæsi dabis.
Cho. Retributio fit malorum, mutatæ vero spirant
Auræ domus. Tunc quidem in balneis
Occubuit meus meus princeps,
Insonuere autem tecta, et lapideæ
Ædium pinnæ, dum hæc loqueretur: O
Scelerata quid me mulier cædis, charam in
Patriam, decimam post sementem,
Reversum meam?

1147. a. Hi versus in quatuor descripti sunt in ed. Victor.

ἀμοιβαὶ κακῶν μετά-
τροποι πνέου-
σιν αὖραι δόμων
τότε μὲν λουτροῖς·

1148. Metrum postulare videtur δομάτων et λουτροῖς. *Musg.*

τότε μὲν λουτροῖς] Quomodo Agamemnon fuerit cæsus, vide Scholiasten ad Euripid. Orest. v. 25. Ἡ τότε ἀπτίῳ τριβωλεῖῳ ὑφάσματι. Item quæ nos supra in hac Fabula ad v. 9. et v. 157. *Barnes.*

Versus antistrophici causa Heath. h. l. reponit λουτρείοις. Versus est asynartetus ex duobus dochmaicis. *Beck.*

Post μὲν adjeci ὑ metri causa, absorptum illud ab ipso vocabulo præcedente. Heathius proponit λουτρείοις, quæ vox vereor ut Græca sit. *Scidl.*

1149. ἀρχέτας,] An ob metrum ἀρχετύπας? *Musg.*

Vid. de Vers. Dochm. p. 153. coll. ad Troad. v. 1228. *Scidl.*

1150. στέγα,] Lege ob metrum στέγαι plurali a στέγος. *Musg.*

Scripsi ἰάπχησι pro ἰάπχησε. Musgravius pro στέγα conjicit στέγαι, vere fortasse, sed alterum στέγα metro certe neutiquam adversatur. *Scidl.*

Ἰάπχησε secundam hic producit. Versus enim asynartetus est ex duobus dochmaicis, uterque dochmaicus ex antispasto et syllaba. *Heath.*

Ἰάπχησι ἢ στέγα, ed. Victor.

1151. ἰνίσσοντος·] Scribe cum simplici σ, ob metrum. *Musg.*

Vulgo duplici σ, ἰνίσσοντος. Vitium jam castigavit Musgravius. Ceterum ad ἰνίσσοντος subaudi αὐτοῦ. Vid. Schæf. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 50. seq. *Scidl.*

1152—1154. Hos versus disponit Heath. sic:

Σχέτλια τί με, γύναι, φονεύεις, glyconius ex epitrito quarto et ditrochæo.

φίλαν πατρίδα δεκέτεσιν ἐν iambicus dimeter.

Παλίρρους δὲ τάνδ' ὑπάγεται δίκα
Διαδρόμου λίχους μελίας· ἃ πόσιν
Χρόνιον ἰκόμενον εἰς οἴκους,
Κυκλώπειά τ' οὐράνια τείχε', ὀ-
ξυδήκτῳ βέλει ἔπαυεν αὐτόχειρ,
Πέλεκυν ἐν χεροῖν λαβοῦσα· τλάμων
Πόσις, ὅτι ποτὲ τὰν τάλαι-
ναν ἔσχεν κακόν.

Nunc refluens hanc in fraudem perlicit Vindicta
Permutati thori, miseram, quæ virum
Sero reversum in *suas* sedes,
Adque Cyclopea ærea mœnia,
Acuto telo percussit propria manu,
Securim manu corripiens: miser
Maritus, quod unquam istam infelicem
Habuerit pestem;

Σκοπιᾶσιν ἰλιθόν' ἱμάς; periodus catal. et antistrophicos ita:

Πέλεκυν ἐν χεροῖν λαβοῦσα·
Τλάμων πόσις γ' ὅτι ποτὲ τὰν
Τάλαιναν ἔσχεν κακόν.

Beck.

Pro ἃ σχισθεῖσα scripsi ἃ σχίσθεισα. Cf. Soph. Ajac. 888. Usus neutrius σχίσθεισα adnodum frequens est nostro et mox recurrit, v. 1169. Aristoph. Ran. 612. σχίσθεισα μὲν οὖν καὶ δυνά. Præterea verborum etiam collocatio emendationem nostram quodammodo commendat. *Seidl.*

1153. διαίσιον] Ita tres MSS. ut jam, auctore Scaligero, Barnesius. Ed. Victor. διαίσιον. *Musg.*

διαίσιον ἐν σκοπιᾶσιν] Ita Josephus Scaliger legit pro corrupto illo διαίσιον: sit enim a διαίσιος pro διαίσιμος. Et sane hæc lectio optime cum versu quadrat, alias legendum censerem διάσιον. Σκοπιᾶσιν autem pro ἰναυσοῖς. Notum est vero, Trojanum bellum per decimam ætatem durasse. *Barnes.*

διαίσιον ἐν σκοπιᾶσιν, i. e. decimo anno, post decimum annum. Διαίσιος χρόνος dixit Soph. Philoct. 715. Audacius etiam Noster Hel. 628. ἐν μακρᾷ φλογὶ φασφόρῳ, i. e. longo post tempore. De pleonastico usu præpositionis ἐν cf. Brunck. ad Soph. Œd. Reg. 1112. Ceterum διαίσιον restituit Scaliger, confirmatum postea e tribus Musgravii MSS. Edd. Victor. διαίσιον. *Seidl.*

1156. Διαδρόμου λίχους] *Vulgivagæ Veneris.* Idem sc. διάδρομος, quod περίδρομος, Theognidi v. 582. et περίφοιτις Callimacho Epigr. 30. et 40. Lege vero ob metrum πόσιν δ'. *Musg.*

Forte, διάδρομος, *quæ ab uno ad alterum* (ab Agamemnone ad Clytæmnestram) *discurrit justitia.* Si vulgatam serves, erit λίχος διάδρομον *conjugium desultorium* ab Agamemnone ad Ægisthum. *Reisk.*

μελίας·] Si vera lectio est, μελίαν pro disyllabo habendum est. Sed meo judicio præstat, commate posito post λίχους, legere μέλεος δ' πόσιν. Sic πόσις μέλεος, Hel. 339. Λίχος διάδρομον recte Reiskius explicat *conjugium desultorium* ab Agamemnone ad Ægisthum. Pendet autem genitivus διαδρόμου λίχους a δίκα. *Seidl.*

1158. Κυκλώπειά τ' οὐράνια τείχη,] Argos urbem et Mycenas notat, a Cyclopibus mœnibus munitas. Vid. quæ nos ad Iphig. Aulid. v. 152. et v. 1500. Iphig. Taur. v. 845. Troad. v. 1078. Herc. Fur. v. 15. et v. 939. Vide ad Orest. v. 955. et infra ad Danaën, v. 1. *Barnes.*

1159. ἔπαυεν] Omnes MSS. 'παυ'. *Musg.*

κατέπαυε'] Hanc emendationem suadent

Ὀρεί' ἄτις ὡς λίαιν' ὀργάδων ἰαμβ.
Δρύοχα νεμομένα, τάδε κατήνυσεν.
ΚΛ. Ὦ τέκνα, πρὸς θεῶν μὴ κτάνητε μητέρα.
ΧΟ. Κλύεις ὑπώροφον βοάν; 1175
ΚΛ. Ἰώ μοι μοι.
ΧΟ. Ὠμωξα κἀγὼ πρὸς τέκνων χειρουμένης.
Νέμει τοι δίκαν θεὸς ὅταν τύχῃ.
Σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀνόσια δ' εἰργάσω,

Quæ veluti montana leæna, lucorum
Querceta depascens, hæc *facinora* patravit.
Cly. O liberi, per deos ne matrem occidite.
Cho. Audis sub tecto vocem?
Cly. Eheu, hei mihi.
Cho. Deploro et ego ipsam a liberis suis oppressam.
Tribuit profecto jus Deus, quum res tulerit.
Gravia quidem *mala* es passa: sed impia *patrâsti*,

MSS. qui omnes habent 'ναν'. Editt. Victor. ἴναντι. Quod olim conjiciebam βίαι 'ναν' ἴναν' jam improbo ob causas, quas alibi exponam. *Seidl.*

1160. ἰώ] Lege ob metrum ἰώ. *Musg.* Producitur ultima in λαβοῦσα sequente muta cum liquida, quam productionem ipsa exclamatio videtur aliquanto fecisse ad aures leniorem. Vid. de Vers. Dochm. p. 21. Possis tamen conjicere λαβοῦ'. ἆ πλάμαν. *Seidl.*

1161. Leg. ὅτι γαμετὰν πέλαναν ἴσχ' ἐχνεπλῶν, *quod sceleratam conjugem ulnis tenuit.* ἰερεῖ' ἄντις ὡς (i. e. ἆ ὡς ἰερία τις) λίαιν' Τρηναίων δρύοχα, *quæ ut leæna sylvas Hyrcanorum depascens*, vel *incolens*. *Beck.*

Ab initio versus deest syllaba, fortasse articulus ὁ ante σίαις hoc sensu: πλάμων ἐστὶν ὁ σίαις. Quod olim conjeceram ὅτι τινα' ἄρα jam displicet, nec debebam in eam rem afferre Rhesi v. 135. *Seidl.*

1162. πανόν.] Cf. Med. 1327.

ὅτ' ἐκ δόμων σε βαρβάρων τ' ἀπὸ χθονὸς
Ἕλλην' ἐς ἄλσος ἐχέμυθον, πανὸν μέγα.

Fragm. Archel. XXXII.

τὸ γὰρ εἶναι ἐρῆμος περιστέμμα' ἐρήμης
τῶν πρόσθεν πανὸν ἦλθε.

Fragm. Inc. XXVIII. ἡ δίκαιος ἀνθρώπους πανόν. Pro ἴσχιν ed. Princ. ἴσχι. *Seidl.*

1163. Ὀρεί' ἄντις ὡς λίαιν'] Ita optime Reiskius. Vulgo ἰερία τις ὡς λέαιν'. [Ita ed. Victor.] *Musg.*

Ὀρεία τις ὡς] Musgravius auctore Reiskio ἰερεί' ἆ τίς ὡς. Quasi vero longum *a* elidi possit. Neque scribi potest ἰερεί' ἄντις. Nam epitheton ad δρύοχα ἐργάδων supervacaneum est, ad λέαινα non est. *Seidl.*

1164. Δρύοχα] Vid. Miscell. Obss. V. S. 97. *Seidl.*

1165. Hic actus quinti initium esse jussit Prev. *Beck.*

1166. Dimetrum dochmiacum habebis, si legas:

πλάμας ὑπώροφον βοάν;—ὦ μοί μοι.

Forma ὑπώροφος legitur Orest. 147. Monendum quoque est, si sumas in stropha unum dochmium excidisse, versus 1163. 1164. fortasse olim respondisse versibus 1169—1171. ut versus 1166. et 1167. cum duobus senariis faciant mesodum. Certam lacunam etiam paulo post notabimus, v. 1188.

1168. χειρουμένης.] Non pendet ab ὤμωξα, sed absolute sumendum est omisso κἀνῶν. *Seidl.*

1170. s. Heath. ita constituit:

Τάλαιν', ἰὼ ἰώ. 1180
Ἀλλ' οἵδε μητρὸς νεοφόνοις ἐν αἵμασι
Πεφυρμένοι, βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα·
Τρόπαια δείγματ' ἀθλίων προσφθεγμάτων.
1175 Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οἶκος ἀθλιώτερος
Τῶν Ταντα λείων, οὐδ' ἴφυ ποτ', ἐκγόνων. 1185

Misera, in maritum.
Sed ecce hi, matris recenti sanguine
Imbuti, ex ædibus efferunt pedem:
Dira indicia repensæ cædis.
1175 Haud est ulla domus calamitosior,
Neque fuit unquam, quam nepotum Tantali.

Σχίντλια μὲν ἴαμβος, ἀνάπαιστος δ' iambicus dimeter.

Εἰργάσω τάλαιν' ἰὼ ἰώ. periodus.
Beck.

1173. Constructionem sic instituo: προφανέντες πόδα (vel πόδας) νεοφόνοις ἐν αἵμασι μητρὸς βαίνουσιν ἐξ οἴκων. *Musg.*

Βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα] Vide supra ad v. 94. *Barnes.*

1174. Nihil hic ad sensum facit προσφθεγμάτων. Sed neque commode retineri potest ἀθλίων propter ἀθλιώτερος in proximo versu. Lego:

τρόπαια δείγματ' ἀνοίκτων προσφαγμάτων.

Specimen vel *documentum nefandum compensatæ cædis.* δεῖγμα exstat eodem sensu Eurip. Suppl. v. 364. ἄνοικτος autem Hom. Odyss. XVII. v. 51. et 60. *Musg.*

Pro ἀθλίων προσφθεγμάτων Musgravius conjicit ἀνοίκτων προσφαγμάτων. Προσφαγμάτων quidem non male. Vulgatum tamen explicat Hermannus: "Afferunt victricia documenta miseræ allocutionis, i. e. sanguine victoriam præ se ferentes ostendunt veram fuisse matris vocem occidi se clamitantis." *Seidl.*

τρόπαια, *spectacula vultus aversione digna, averruncanda documenta alloquiorum luctuosorum, quibus nos jamjam compellabunt.* Olim δέμνια ἀνοικτείρασα cogitabam, non male. *Reisk.*

1175. Οὐκ ἔστιν οὐδείς, etc.] De miseriis et calamitatibus Tantali, illiusque domus, vide Euripidem ad Orestæ principium et Senecæ Thyestem in principio, item Agamemnonem in principio. *Barnes.*

1177. ss. Antistrophicam hujus loci rationem retexi de Vers. Dochm. a p. 372.

1177. Vulgo ordine inverso συμφερείτε βροτῶν. *Seidl.*

1178. "Ιδετ' Ἴδετε] Prius Ἴδετ' in libris abest. *Seidl.*

1179. s. Heath. disponit versus sic:

Δίγοια κάμοι' ἐν χθονὶ Euripideus.
Κύμοια, πλαγᾷ χερὶ σὺν ἰαμᾶς, hephthemimeris anapæstica.
Ἄστυ' ἰμῶν πημάτων. periodus catal.
Beck.

1180. Lacunam post hunc versum indicat antistropha. *Seidl.*

1181. Δακρύω'] Pro δακρυσία: in Hesych. δακρύσατον, ἀνεχίσατον. In enim corrigo illius δακρυόντων. An δακρυοῦσ'. *Barnes.*

Reisk. conjicit: δάκρυ τον δοιαγ', ὦ σύγγονε, *ploro igitur, O frater;* quia in vet. ed. est δάκρυ σ' ὦ δ. ἄγαν. *Beck.*

Δάκρυ' est a δακρυτὸς, *lacrymabilis*, quod eadem analogia fit, qua λυτὸς a λύω. *Heath.*

Δακρύσ' ἄγαν,] Ed. Brubach. δακρύ σ' ἂν ἄγαν. Sed illud Ed. Princ. et Herveg. *Seidl.*

1182. Διὰ πυρὸς] Confer Andromach. v. 487. *Musg.*

Διὰ πυρὸς ἑρμὸν] Vide Erasmi Adag. Per ignem incedis. Unde lux aliqua fiet illi σκολυθρολλάνῳ loco D. Pauli, 1 Cor. c. iii. v. 15. Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται· ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ διὰ πυρός. *Barnes.*

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Orestes et Electra, peracta matris cæde, in gravissimos cruciatus incidunt, pœnitentiâ nempe tanti sceleris ducti, et misericordia moti, mutuo plorant. Apparentes itaque ex improviso avunculi inter Deos relati, Castor et Pollux, quid jam facta opus sit, ostendunt, et mœstitiam tollunt sedantque. Orestes et Electra sibi invicem et patriæ, quam relicturi sunt, pathetico valedicunt.

ΟΡ. Ἰὼ Γᾶ, καὶ Ζεῦ παντερπέτα βροτῶν·
Ἴδεσθε τἀδ' ἔργα φόνια μυσαρά.
Δίγονα σώματ' ἐν χθονὶ κείμενα, πλαγᾷ
Χερὸς ὑπ' ἐμᾶς, ἄποινα ἐμῶν πημάτων.
ΗΛ. Δακρύτ' ἄγαν, ὦ ξύγγον'· αἰτία δ' ἐγώ.
Διὰ πυρὸς ἔμολον ἃ τάλαινα μητρὶ τᾷ δ', ἃ μ' ἔτικτε κούραν.
Ἰὼ τὰς σᾶς τύχας, μάτερ τεκοῦσ'· ἄλαστα, μέλεα,
Καὶ πέρα γε παθοῦσα σῶν τέκνων ὕπαι·

Ore. Io Tellus, et Jupiter cuncta-cernens mortalium:
Aspicite hæc facinora cruenta, detestanda,
Gemina corpora humi prostrata ictu
Mea a manu, compensationem mearum calamitatum.
Ele. Admodum flebilia, O frater: ego vero causa.
Per ignem veni ego misera matri huic,
Quæ me puellam peperit.
Heu calamitatem tuam, O mater, quæ peperisti
Scelestos; O misera
Et plusquam misera perpessa tuis a liberis.

Διὰ πυρὸς ἔμολον] De his verbis quæsivit Abresch. ad Æschyl. I. p. 20. ss. Salliérius (Hist. Acad. Inscr.) διὰ πυρὸς (vel, ut legit, διάπυρος) vertit *ardemment*, et addit: cette expression διὰ π. μ. est usitée pour marquer la violence d'une resolution. Cum eo facit Abresch. in Add. Monet, διὰ πυρὸς μολεῖν significare, igni ferroque grassari, deinde vero, aut alicujus gratia caput periculis objicere, aut alicui periculorum auctorem esse. Sed quid periculum ad Clytæmnestram, quæ perierat per Electram? Igitur esse posse vel fratrem instigavi, ut matrem necaret, vel suo cum periculo me mater peperit. Neutrum tamen ei placet. *Beck.*

Pro μητρὶ dedi ματρὶ. Hanc formam in hoc carmine librarii ter servarunt, quater neglexerunt. De locutione διὰ πυρὸς μολεῖν disputat Abresch. ad Æschyl. I. p. 20. sqq. *Igni contra aliquem grassari* nihil amplius est, quam *exitioso sive crudeli modo aliquem tractare. Seidl.*

1184. τύχας σᾶς, τύχας,] MSS. omnes τᾶς σᾶς τύχας. *Musg.*

1184. ss. Tollenda distinctio post μάτερ, et paullo plenius distinguendum post τεκοῦσ'. Constructio est: Ἰὼ, μᾶτερ τεκοῦ-

Πατρὸς δ' ἔτισας φόνον δικαίως.
ΟΡ. Ἰὼ Φοῖβ', ἀνύμνησας δίκαν,
Ἄφατα φανερὰ δ' ἐξέπρα-
ξας ἄχεα, φοίνια δ' ὤπασας λέχε' ἀπὸ γᾶς
Τᾶς Ἑλλανίδος.
Τίνα δ' ἑτέραν μόλω πόλιν; τίς ξένος;
Τίς εὐσεβὴς ἐμὸν κάρα προσόψεται,
Μητέρα πτανόντος;

At patris *nostri* ultus es eadem jure.
Ore. Io, Phœbe, vindictam excitasti:
Infandos autem manifestos fecisti
Dolores, funestaque amovisti connubia e terra
Græcanica.
Quam igitur aliam *in* urbem ibo? quis hospes?
Quis pius meum caput aspiciet,
Qui matrem occidi?

σε, σᾶς τύχας, τύχας· μίλια παθοῦσα ἕλασσα καὶ πέρα γε ὑπὲ σῶν τέκνων. Heath.

1184—1187. Hæc Oresti tribuenda esse monet antistropha. Vulgo continuantur Electræ. *Seidl.*

1184. Τᾶς σᾶς τύχας ἰὼ τεκοῦσα μᾶτερ.] Vulgo μᾶτερ τεκοῦσ'. Numeros restituimus, qui sunt in antistropha. *Seidl.*

Ἰὼ τύχας σᾶς. τύχας, ed. Victor.

1186. Vulgo πέρα γε παθοῦσα. Accusativos ἕλασσα et μίλια pendere a participio παθοῦσα recte monet Heathius. *Seidl.*

1186. a. In versus quatuor distribuit Victor.

καὶ πέρα γε παθοῦσα σῶν
τέκνων ὕπαι·
σπερῶ δ' ἐτε-
σας φόνον δικαίως.

1187. Ita edidit Beck.

Πατρὸς δ' ἐτε-
σας φόνον δικαίως.

Hi duo versus unum constituere debent iambicum scil. dimetrum. *Heath.*

1188. Ἰὼ Φοῖβ',] Desiderantur duæ syllabæ. Defectum quomodo expleam, ambigo. Potuit scribere Euripides:

ἰὼ Φοῖβ', ὦ Φοῖβ.

Metro, si quidem dochmiacum est, etiam satisfaceret:

ἰὼ Φοῖβ' ἄναξ,

quæ ultima vox librariorum eo facilius poterat fallere, quod proximum vocabulum ἀνύμνησας iisdem litteris incipit. Quod olim conjeceram ἰὼ ἰώ μοι Φοῖβ' sive ἰὼ μά μοι Φοῖβ', id jam minus placet. *Seidl.*

ἀνύμνησας δίκαν,] Legendum videtur: ἀνίμνησας. *Fecisti, ut Justitia memor esset facinorum Clytæmnestræ.* Reticetur nonnunquam post hoc verbum genitivus rei, quam quis in memoriam revocat; supra v. 504.

μᾶν τἀμὰ διὰ χρόνου σ' ἀνίμνησεν πατά; *Mug.*

1190. ὤπασας] Legendum ἔπαυσας, *removisti.* vid. Herc. Fur. v. 1143. Incertus in Antholog. Reisk.

— τἀμὰ δὲ λυγρὰν
Ὄντα περιφθίσῃ πλεθέ' ὑπεναμένους. *Mug.*

φόνια] Editiones φοίνια.

ὤπασας, i. e. διώκεις, *exterminasti,* ut recte admonet Heathius. Hom. Iliad. Σ'. 341.

ὃς Ἕκτορ' ὤκιστ' ἀπαμυνόμενον Ἀχαιοῖν.

coll. Iliad. ι'. 534. ρ'. 462. Cum Eustathio, qui explicat κακόνοιαν διώκων, faciunt veteres enarratores omnes, Hesych. vv. ὠκάζω, ὤκαζε, κακονόαζον, ὤκαζεν, Suid. v. ὠκάζω, Zonaras v. ὤκαζε, p. 1889. Pho-

ΗΛ. Ἰώ μοι, μοι ποῖ δ' ἐγώ;
Τίν' εἰς χόρον;
Τίνα γάμον εἶμι; τίς πόσις με δέξεται
Νυμφικὰς ἐς εὐνάς;
ΟΡ. Πάλιν πάλιν φρόνημα σὸν
Μετεστάθη πρὸς αὔραν·
Φρονεῖς γὰρ ὅσια νῦν, τότ' οὐ φρονοῦσα γ' εὖ.
Δεινὰ δ' εἰργάσω, φίλα,

Ele. Io, ah, ah, quid autem ego?
Quem in chorum,
Quas *ad* nuptias ibo? Quis vir me recipiet
Conjugalia in cubilia?
Ore. Rursus, rursus mentis tuæ sensus
Mutatus est secundum auram:
Nunc enim sancte cogitas, tum non cogitans bene.
Dira enim patrâsti, O chara, in

tius v. ἰντάζω, Etym. M. vv. ἰνταδὶς et ἰντάζω. — Musgravius conjicit ἔπτυσας, *removisti*, quod metrum non admittit.

Metra non congruunt. Legendum fortasse:

λίχι' Ἑλλάδος ἐν γᾶς

vel:

λίχτ' Ἑλλάδος αἴης.

Hom. Odyss. ο'. 8.

ἐκ δ' ἐλάσσειν Ὀδυσῆα διάνορα οἷο δόμοιο.

Ita φεύγειν cum genitivo construitur. Vid. Schæf. ad Apollon. Rhod. Schol. IV. v. 86. Nisi potius vitium quærendum est in strophâ. Certe trochaici numeri aptissime decurrunt, si uno articulo τᾶς deleto legas:

ἄχτα φόνα δ' ἔπτυσας λί-
χι' ἀπὸ γᾶς Ἑλλανίδος.

Seidl.

1190. s. ὤπτυσας] Hic idem significare videtur, quod διώξας, *exterminasti sanguinaria connubia e terra Græcanica.* Quod si cui forte significatio hæc verbi ἰντάζειν insolentior videri possit, ita hi versus corrigi et constitui possunt:

Ἄφατα φοναὶ δ' ἐξέπτυσας ἄχτα, trochaicus trimeter brachycatalectus.

Φοίνια δ' ἀνόσια λίχη' ἀπὸ γᾶς idem dimeter hypercatalectus.

Τᾶς Ἑλλανίδος. basis anapæstica.

Heath.

Aut ἔλασας, aut ἄχμασας, *abstulisti*, aut ἔπτυσας, *detrusisti, extrudendo arcuisti. Reisk.*

1192. Heath. reponit: τίς δὲ ξένος, ut sit senarius iambicus. *Beck.*

1193. ἐμὸν πάρα κρεσσόνως, Μενέλεω κτανόντος.] Quod sæpe possessiva primitiva sua includant, diximus satis ad hujus fabulæ, v. 366. Οὗτος πλανᾶται πόσις ἐμὸς τῆς ἐξ Ἰλίας. *Barnes.*

1196. χορὸν.] Ita MSS. β. γ. [et Reisk. ex conjectura.] Ed. Victor. χῶρον. *Musg.*

1197. Τίνα γάμον εἶμι; τίς πόσις με δέξεται] Hæc dicit, quia colonus, ex poëtæ œconomia, nunquam ausus est virginis regiæ nuptias perficere; quare etiam nunc innupta manebat et virgo intacta; quam tamen historia testatur postea Pyladæ traditam esse, et ex eo filios habuisse, Medonta et Strophium, ut refert Pausanias ex Hellanico, Corinth. fol. 59. lin. 11. *Barnes.*

1201. φρονοῦσά γ' εὖ.] Ex conjectura suppleverat Barnesius γ' εὖ, quod in Victoriana deest. Feliciter sane; habent enim MSS. β. γ. *Musg.*

Κασίγνητον οὐκ ἐθέλοντα.
Κατεῖδες οἷον ἀ τάλαιν' ἐὼν πέπλων
Ἔβαλεν, ἔδειξε μαστὸν ἐν φοναῖς;
Ἰώ μοι, μοι· πρὸς πέδῳ
Τιθεῖσα γόνιμα μέλεα, τὰν κόμαν δ' ἐγὼ —
ΗΛ. Σάφ' οἶδα, δι' ὀδύνας ἔβας,
Ἰήϊον πλύων γόον
Μητρὸς, ἃ σ' ἔτικτε.
ΟΡ. Βοὰν δ' ἔλασκε τάνδε, πρὸς γένυν ἐμὰν
Τιθεῖσα χέρας·

Fratrem non volentem.
Vidistine ut misera ex suis peplis
Exeruerit, ostenderit mammas in cæde?
Hei mihi, mihi, humi
Ponens genetalia membra: comam vero ego—
Ele. Certo scio: dolorem sensisti,
Luctuosum audiens clamorem
Matris, quæ te peperit.
Ore. Vocem porro hanc emisit, ad mentum meum
Ponens manus,

Reisk. malebat versum ita suppleri: *φρενοῦσα τάν — Διονύσου.* *Beck.*

φρενοῦσά γ' εὖ.] Conf. Orest. 99.

ἀλλά γε φρενῶν εὖ, τάντι λευσσω' αἰσχρῶς δάμαρ. *Seidl.*

1202. Reisk. scribit: *φίλον*, i. e. *σὸν*, tuum. *Beck.*

1203. *οὐ θέλοντα.*] Male libri *οὐκ ἐθέλοντα.* *Seidl.*

1204. *ἀ τάλαιν' ἐὼν πέπλων Ἔβαλεν, ἔδειξε μαστὸν ἐν φοναῖς*] Lege *ἔβαν* (*pro ἐὼν, ut videtur.*) *Por. Advers.*

ἐὼν πέπλων] Subaudi *ἐξ*, vel *διὰ*, vel tale quid. *Barnes.*

Reisk. conjicit: *τάλαιν' ἐκ τῶν πέπλων.* *Beck.*

ἐὼν πέπλων] Vid. Herm. de Ellips. et Pleonasmo, p. 142. Pro *ἐὼν* in mentem venerat legendum *ἔξω* aut saltem *ἰὼν*; nam languere certe videtur *ἐὼν.* *Seidl.*

1205. *φοναῖσιν*;] Vulgo *φοναῖς.* *Seidl.*

1207. *τὰν κόμαν δ' ἐγὼ*] Subaudi *ἐξεφάνην.* *Barnes.*

μέλεα; *κομάν*] Emendavimus hunc locum in Epist. ad Lobeck. p. 438. Vulgo inepte *μέλεα τὰν κόμαν.* *Seidl.*

Forte, *τὰν κόμαν δὲ πρὸς, et prætera quoque comam:* vel potius ab *ἐγὼ* incipit Electræ sermo. *Reisk.*

1210. *Ματρὸς,*] Legebatur *μητρὸς.* *Seidl.*

1211. *πρὸς γένυν ἐμὰν*] Lege *γένυσ' ἐμᾶν.* *Por.*

ἔλασκε] Vox Euripidea *λάσκω* pro *λαλέω*, dico. Ita Andromach. v. 669. *Τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους.* Ita Rhes. v. 720. *Τί λάσκεις*, etc. Æschyl. Theb. v. 192. pro eodem *λαλάζειν* habet, et *λαλίζειν* idem sonat. De fonte autem horum omnium, *λαλέω*, quod et *λαλέω* scribitur, notandum, illud potius de incondito aliquo sono a Veteribus usurpari et de crepitu cum collisione quadam aut conflictu facto. Ita Homer. Iliad. *ν'*. v. 621. *λάκε δ' ἰοντία.* Ita Act. c. I. v. 18. de Juda proditore dicitur, *ἐλάκησε μέσος*, i. e. *Diffractus crepuit.* Et *διαλαλέω* Aristophanes in Nubibus utitur pro *disrumpor.* Tragici sane hoc *λαλέω* ad sonum articulatum referunt; ut et *λάσκω.* De qua voce Hesych. *Λάσκειν, λέγειν, φθέγγεσθαι.* *Barnes.*

1212. *χεῖρας·*] Libri *χέρας.* Si purus iambos desideres, possis etiam scribere *χεῖρε*, sive voces transponere *χέρας τιθεῖσα.*

Τέκος ἐμὸν, λιταίνω,
Παρηΐδων τ' ἐξ ἐμᾶν
Ἐκρήμναθ'· ὥστε χέρας ἐμὰς λιπεῖν βέλος.
ΧΟ. τάλαινα, πῶς ἔτλας φόνον
Δι' ὀμμάτων ἰδεῖν σέθεν
Μητρὸς ἐκπνεούσας;
ΟΡ. Ἐγὼ μὲν ἐπιβαλὼν φάρη κόραις ἐμαῖ-
σι, φασγάνῳ κατηρξάμαν,
Ματέρος ἔσω δέρας μεθείς.
ΗΛ. Ἐγὼ δέ γ' ἐκπέπλευσά σοι,

O fili mi, supplex oro:
Meisque a genubus
Pendebat, ut manibus meis telum excideret.
Cho. Misera, quomodo ausa es eædem
Oculis tuis aspicere
Matris *animam* efflantis?
Ore. Ego quidem, pallium objiciens oculis meis,
Ense *cædem* sum auspicatus, *eum*
Matris in cervicem demittens.
Ele. Ego vero te sum hortata,

τεκος ἐμὸν, vel τιθεῖσα χέρας· ἐμὸν τέκος, λιταίνω. *Seidl.*

1213. λιταίνω,] Est vox rara, ideo hic notanda. Λίτομαι autem dicitur et λίσσομαι, et λισάζομαι, et λιταίνω, et λιτανεύω, quam tamen ultimam a λιτάνω deducit Eustathius, si vere scribitur. *Barnes.*

1214. Παρηΐδων] Vulgo παρειδων. *Seidl.*

1215. Ἐκρήμναθ'·] Cum olim legeretur κρημνᾶθ', nullo negotio nos in ἐκρήμναθ' vertimus: hæc est enim vera et authentica vox, Attica nempe et Euripidea: Κρέμαμαι, pro κρέμαμαι: sic Ion. v. 1613. Ἠδίως κεκρεμάμεσθα etc. Sic Hercul. Fur. v. 519. Διὸς, ὃ τέκνον, ἐκκρέμασθε παρηΐων σέθεν, in quem posteriorem locum vide quæ nos. Si vero a κρέμαμαι recte deducitur, ut quovis pignore contenderem, scribendum est Ἐκρήμναθ', ut nos scripsimus, cum olim male ἐκρεμνᾶθ' legeretur, quasi a κρεμνάσμαι, quæ vox suspecta est; et præterea sic versus sibi haud constaret, qui certe iambus est. *Barnes.*

Ἐκρήμναθ'·] Ita recte Barnesius. Victorius ἐκρεμνᾶθ'. *Seidl.*

1216. Male hæc Choro tribuuntur. Electr. dedit Seidl.)

Τάλαινα,] Conf. Soph. Œd. Col. 318. 1683. Aristoph. Eccles. 90. Nostr. Phœniss. 1529. *Seidl.*

1218. Ματρὸς] Etiam hic vulgo μητρὸς. *Seidl.*

1219. ἐμαῖς] Libri ἐμαῖσι. *Seidl.*

1222. Ἐγὼ δ'] MS. γ. ἐγωγε δ'.

ἐκπέπλευσα] Legendum ἐκνεπέλευσα. vid. Orest. v. 1235. Cyclop. v. 645. *Musg.*

1222. s. Ἐγὼ δ' ἐκπέπλευσά σοι, Ἑίφους τ' ἐφαψάμην ἄμα.] Hic locus inter centum alios, ut ne quid de duabus præcedentibus notis hic dicam, aperte Euripidem auctorem fatetur; ita enim ille Orest. v. 1234. Ἔκτυπα ματεῖς· ΠΥΘ. ἠψάμην δ' ἐγὼ ξίφους. ΗΛ. Ἐγὼ δέ σ' ἐκπέπλευσα, κἀπέλυσ' ἔκπον. Sed parum nos solliciti sumus de hac re, cum probe sciamus, facile apud doctos homines hanc fabulam Euripidi concessum iri et propriam fore. Vide quæ nos supra ad v. 1215. 1211. 843. 399. 259. et 50. *Barnes.*

Vulgo ἐγὼ δ' ἐκπέπλευσά σοι, sed, quod dedimus, habet MS. γ. Musgravii. Ceterum vid. Pors. ad Orest. v. 1234. qui etiam hic ἐγὼ δέ γ' prætulerit. *Seidl.*

Ξίφους τ' ἐφηψάμην ἅμα.
ΧΟ. Δεινότατον παθέων ἔρεξας.
Λαβοῦ, κάλυπτε μέλεα ματέρος·
Πέπλοις καθάρμοσον σφαγάς.
Φονέας ἔπιπτες ἆρα σοι.
ΗΛ. Ἰδοὺ, φίλαι τε, καὶ φίλαι,
Φάρεά γ' ἀμφιβάλλομεν,
Τέρμα κακῶν μεγάλων δόμοισιν.
ΧΟ. Ἀλλ' οἵδε δόμων ὕπερ ἀκροτάτων
Φαίνουσι τινὲς δαίμονες, ἢ θεῶν
Τῶν οὐρανίων· οὐ γὰρ θνητῶν
Γ' ἥδε κέλευθος· τί ποτ' εἰς φανερὰν
Ὄψιν βαίνουσι βροτοῖσιν;

Enseroque simul attrectavi.
Cho. Indignissimum patrâsti facinus.
Prehende, tege membra matris;
Peplis compone vulnera.
Interfectores sane peperisti tibi.
Ele. En, amicæ, et non amicæ,
Vestes circumponimus,
Finem magnorum malorum *nostræ* domus.
Cho. At hi summo super domus culmine
Apparent nescio qui dæmones, aut Dii
Cælestes: non enim mortalium
Hæc *est* via. Cur tandem in manifestum
Conspectum prodeunt mortalibus?

Deest γ' in ed. Victor.

1223. Scripsi ἐφηψάμαν, ut paulo ante legimus καταξέμαν. Vulgo ἐφαψάμην. *Seidl.*

1224. Etiam hic versus cum tribus proxime sequentibus (quos Orest. dedit Seidl.) Chori personæ assignantur. In fine hujus versus fortasse legendum est ἔρεξα. Nisi verior est Hermanni sententia, qui hunc versum non minus quam antistrophicum ejus τέρμα κακῶν μεγάλων δόμοισιν Oresti tribuendum esse censet. *Seidl.*

1225. Orestis hæc esse, sententiæ ipsæ demonstrant. Post ματέρος plerique male interpungunt. *Seidl.*

1226. Ante καθάρμοσον addidi καί. Versu proximo Victorius ἆρα. *Seidl.*

1227. Reisk. corrigit: φίλᾳ τε καὶ φίλα. *circumjicimus vestes amicæ non amicæ*, familiari non caræ. *Beck.*

1228. φίλαι τε καὶ φίλαι,] Vulgo φίλα τε καὶ φίλαι, quum paulo post marge Victorii offerat φάρεα δὶ γ', hoc ipsum metavimus in φάρεά σ' γ', et φίλαι τε καὶ φίλαι in φίλαι τε καὶ φίλαι. Pro φάρεά σ' γ' vulgo legitur φάρεά γ', quam lectionem si præferas, in stropha transpone ἅμα σ' ἐφηψάμαν ξίφους. *Seidl.*

1228. ss. ἀναπαιστικὰ, MS. not. ed Victor. *Seidl.*

1232. Φαίνουσι] Wunderlichius in Ob-

ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.

Ἀγαμέμνονος παῖ, κλῦθι· δίπτυχοί σε
Καλοῦσι μητρὸς ξύγγονοι Διόσκοροι,
Κάστωρ, κασίγνητός τε Πολυδεύκης ὅδε.
Δεινὸν δὲ ναυσὶν ἀρτίως πόντου σάλον
Παύσαντ' ἀφίγμεθ' Ἄργος, ὡς εἰσείδομεν
Σφε τὰς ἀδελφῆς τῆσδε, μητέρος δὲ σῆς.
Δίκαια μὲν νῦν ἦδ' ἔχει· σὺ δ' οὐχὶ δρᾷς.
Φοῖβός τε, Φοῖβος· ἀλλ', ἄναξ γάρ ἐστ' ἐμὸς,
Σιγῶ· σοφὸς δ' ὤν, οὐκ ἔχρησέ σοι σοφά.
Αἰνεῖν δ' ἀνάγκη ταῦτα· τοὐντεῦθεν δὲ χρὴ
Πρᾶσσειν, ἃ Μοῖρα, Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι.

GEMINI.

O Agamemnonis fili, audi; Gemini enim te
Matris vocant fratres, Jovis filii,
Castor, et hic Pollux frater *meus*:
Gravem enim navibus modo maris æstum
Postquam sedavimus, venimus Argos, ubi vidimus
Cædem sororis hujus, matris vero tuæ.
Justa quidem hæc habet; tu vero non fecisti;
Phœbus vero, Phœbus. — Sed (rex enim est meus)
Taceo: cum autem sit sapiens, non *tamen* sapiens oraculum tibi reddidit.
Probare tamen hæc *est* necesse. Posthac vero oportet
Facere, quæ fatum Jupiterque de te decrevit.

serv. Crit. in Æschyl. Trag. p. 99. ad τίνες δαίμονες supplet ὄντες. Mihi φαίνονται cum Æm. Porto dictum videtur pro φαίνονται. Ita supra bis habuimus καταλάμπει, v. 586. et v. 464. Conf. Brunck. ad Soph. Ajac. 40. Matthiæ Gramm. Gr. sect. 496. 4. 5. Apte etiam comparaveris verba contrariæ significationis κινῆσαι et κρύπτειν, quorum idem usus est. *Seidl.*

1236. δί σε] Typothetæ vitio in Edd. Paulli Steph. et Barnes. δί σου. *Seidl.*

δί σε ed. Victor.

1239. ναυσὶν] Sequor Barnesium ita ex conjectura legentem. Ed. Victor. ναὸς, quod ex ναυσ' depravatum esse crediderim, illud vero ex ναυσίν. *Musg.*

1239. s. Δεινὸν δὲ ναυσὶν ἀρτίως πόντου σάλον Παύσαντ' ἀφίγμεθ' Ἄργος,] Cum olim ναὸς legeretur, quia male aderat duplex genitivus, et Castorum curæ non una aliqua navis, sed plurimæ, si non omnes, committuntur, et dativus hic videbatur desiderari, ego ναυσὶν scripsi, qua lectione nihil tutius, aut apertius; nec tamen veterem reprimo prorsus, aut supprimo. Judicent docti. *Barnes.*

ναύταις mavult Reisk. *Beck.*

ναὸς] Barnesius ex conjectura ναυσὶν, quem sequitur Musgravius. Sed πόντου σάλον unam efficiunt notionem, quasi dixisset πόντιον σάλον. *Seidl.*

1242. μὲν νῦν] Ita Ed. Princ. et antiquissimæ omnes. Barnesius μέν νυν. In fine versus post δρᾷς antiquæ editiones

Πυλάδη μὲν Ἠλέκτραν δὸς ἄλοχον εἰς δόμους,
Σὺ δ' Ἄργος ἔκλιπ'· οὐ γὰρ ἔστι σοι πόλιν
Τήνδ' ἐμβατεύειν, μητέρα κτείναντα σήν.
Δειναὶ δὲ Κῆρες, αἱ κυνώπιδες θεαὶ,
Τροχηλατήσουσ' ἐμμανῆ πλανώμενον.
Ἐλθὼν δ' Ἀθήνας, Παλλάδος σεμνὸν βρέτας
Πρόσπτυξον· εἴρξει γάρ νιν ἐκτοπίας
Δεινοῖς δράκουσιν, ὥστε μὴ ψαύειν σέθεν,
Γοργῶφ' ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον.

Pyladæ quidem Electram da uxorem in ædes *ducendam*.
Tu vero relinque Argos: haud enim tibi licet urbem
Hanc ingredi, quia tuam matrem occidisti.
Terribiles autem Parcæ, Deæ caninis oculis præditæ, *te*
Furore correptum agitabunt errantem.
Profectus autem Athenas, Palladis venerandum simulachrum
Complectens adora: arcebit enim ipsas metu perculsas,
Sævis draconibus, ne te tangant,
Terribilem *Ægidis* orbem obtendens tuo capiti.

ponunt punctum. Proximo versu Edd. Princ. Hervag. Stibl. Cant. τι. Una Brub. δὴ, quod recentiores prætulerunt. Post τι posui punctum. Ita Orest. v. 28.

Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δῆ κατηγορῶν;

Cf. Iph. Taur. 1368. sq. Hermannus conjungi mavult Φοῖβός τι Φοίβοι, hoc sensu: Phœbus esto Phœbus, i. e. Phœbum mitto, de Phœbo nolo loqui. *Seidl.*

1243. Φοίβοι τι Φοίβοι·] Lege Φοῖβός σε. *Por.*

1245. σάντιῶθεν, ed. Victor.

1247. Πυλάδη μὲν Ἠλέκτραν δὸς ἄλοχον, etc.] Eadem fere peroratio Orestæ, si quis accurate conferat, etiam ut hic iterum confirmetur, quod toties probatum volui, hanc esse fabulam genuinam Euripidis nostri. Et sane illa Orestæ suspicio, quod Apollo malus quidam dæmon esset, quia matricidium jubebat, de qua re supra nos egimus ad v. 979. Ἆρ' αὖτ' Ἀλάστωρ' ὄν' ἀτιμασθεὶς θεῷ, ad Orestæ fabulam ipse matricida fatetur, v. 1685. Κείνου μ' ἰσῆλε δεῖμα, μή τινος πλέον Ἀλαστόρων, δόξαιμι σὺν πλέον ἔτα. Adeo qui plura Euripidis vestigia in hac Electræ fabula quæsierit, quam quæ a nobis et hic et alias aperte monstrantur, is sane nec ipsum Euripidem vivum, præsentem et loquentem, vel agnoverit, vel intellexerit, puto. Vid. quæ nos supra ad v. 1222. etc. *Barnes.*

1249. κτείναντα] Enallage est constructionis, de qua vide ad Troad. v. 119. Scaligero placet κτείνασα. *Musg.*

μητέρα κτείναντα σήν.] Scaliger legit κτείνασαν, quia σοι præcessit, parum cautus, etiam σὶ posse eleganter intelligi, ut sit hic loci sensus et ordo: σὺ γὰρ ἔστι σοι, ἄγουν ἔξεστι σοὶ, πόλιν ταύτην ἐμβατεύειν σὶ, καὶ εἰσιέναι, κτείναντα τὴν μητέρα σοῦ. Sic Xenophon: ἐξὴν τοῖς πρεσβύταις συνθηρεύειν ἐπὶ χείρους ἵππους. Ita Latine, nobis non licet esse tam *disertos*, æque bene, ac *disertis*, ut pueris notum. *Barnes.*

1250. Κῆρες,] Male vertunt Parcæ. Hic et Hercul. Fur. 866. ut Soph. Œd. R. 472. Κῆρες sunt Furiæ. *Seidl.*

1255. Γοργῶφ' ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον.] Pro Γοργῶπα, Γοργῶφ' scripsimus ob sequens asperum, licet haud igneram, qui superstitione quadam territi, talia Veterum errata ad regulam reducere non assint; cum tamen certo constet, ὄφ' pro ὄπα ante asperum scribi, et ἄνωχθ', pro ἄνακτα, æque ac alia vocabula in iisdem

Εστιν δ' Ἄρειός τις ὄχθος· οὗ πρῶτον θεοὶ
Ἕζονθ' ἐπὶ ψήφοισιν αἵματος πέρι·
Ἁλιῤῥόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης,
Μηνὶν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων,
Πόντου κρέοντος παῖδ', ἵν' εὐσεβεστάτη
Ψῆφος, βεβαία τ' ἐστὶν ἐκ τε τοῦ θεοῖς.
Ἐνταῦθα καὶ σὲ δεῖ δραμεῖν φόνου πέρι,
Ἶσαι δέ σ' ἐκσώζουσι μὴ θανεῖν δίκῃ
Ψῆφοι τεθεῖσαι· λοξίας γὰρ αἰτίαν

Est autem Martis quidam tumulus, ubi primum Dii
Consederunt ad suffragia de sanguine *ferenda*,
Halirrhothium quum interfecit crudelis Mars,
Ob iram *propter* impia filiæ sponsalia,
Filium *Neptuni* regis maris. Ubi sanctissimum
Judicium et firmum est ab illo *tempore* Diis,
Hic te quoque oportet *subire judicium* de cæde.
Paria vero te servabunt, ne judicio moriaris,
Suffragia *a judicibus* lata. Phœbus enim culpam

circumstantiis. Κύκλον δὲ γοργῶπα vocat Palladis ægidem, quod is clypeus sit κυκλοτερὴς et Gorgonis capite terribilis. *Barnes.*

γοργῶφ'.] Ita Barnesius. Ed. Princ. γοργῶπ'. *Seidl.*

πάρα, ed. Victor.

1256. Ἀρίου] Fortasse rectius scribimus Ἄρειος. Vid. tamen supra v. 298. *Seidl.*

1258. Ἁλιῤῥόθιον δ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης,] Apollodorus Biblioth. Lib. III. c. 13. §. 2. Ἀγλαύρου μὲν οὖν καὶ Ἄρεως Ἀλκίππη γίνεται· ταύτην βιαζόμενος Ἁλιῤῥόθιος, ὁ Ποσειδῶνος καὶ Νέμφης Εὐρύτης, ὑπὸ Ἄρεως φονευθὶς κτείνεται. Ποσειδῶν δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται, δικαζόντων τῶν δώδεκα Θεῶν Ἄρει, καὶ ἀπολύεται. Vid. Schol. Eurip. ad Orest. v. 1667. et quæ nos ad v. 1668. Item ad Iphig. Taur. v. 947. *Barnes.*

1259. ἀνοσίων νυμφευμάτων,] Halirrhothius Alcippen, Martis filiam, violaverat. Pausan. p. 19. l. 19. Ed. Sylburg. Apollodor. Lib. III. c. 13. *Musg.*

Notetur accusativus μῆνιν. Genus est appositionis, quod ita explica, ἅ, (scil. ἔστι αὐτὸν ἔκτανεν,) ἦν μῆνις, etc. Cf. Matthiæ ramm. Græc. sect. 426. 1. coll. sect. 432. 4. Hermannus de Ellips. et Pleon. p. 174. monet, μῆνιν hic idem esse quod μήνημα. *Seidl.*

1261. ἔκ τε τοῦ] Optime Piersonus ἐκ τούτου: nempe χρέους. Verisim. p. 248. *Musg.*

ἔκ τε τοῦ θεοῖς.] Si ita veterem lectionem retineamus, exponendum: καὶ ἐκ τούτου τοῦ χρέους, ὅθεν δηλονότι ὁ Ἄρης ἐκρέθη. Scaliger autem legit: ἔκ τέ του θεῶν, hoc est: ἔκ τε τινὸς τῶν θεῶν, δηλονότι Ἀθηνᾶς, αὖθις ἡ ψῆφος δικαιοτάτη γίνηται καὶ εὐσεβεστάτη. Vid. J. Meursium de Areopago, et historiam quandam apud A. Gellium in hanc rem, Lib. XII. c. 7. *Barnes.*

Reisk. vulgatum defendit, quod censet idem valere, ac ἐκ τούτου. *Beck.*

ἔκ γε τοῦ] Ita optime Schæferus. Editiones omnes ἔκ τε τοῦ, ex quo Piersonus fecerat ἐκ τούτου, Veris. p. 248. Idem valet ἐκ τοῦ. *Seidl.*

1262. δραμεῖν, intellige ἀγῶνα vel κίνδυνον. Vid. Lamb. Bos. de Ellips. p. 222. *Schæf.*

1263. Ἶσαι δέ σ' ἐκσώζουσι —] Lege ἐκσώσουσι. *Por.*

1263. s. Ἶσαι δέ σ' ἐκσώζουσι μὴ θανεῖν δίκῃ Ψῆφοι] De absolvendo per æqualia suffra-

Εἰς αὐτὸν οἵσει, μητέρος χρήσας φόνον.
Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται,
Νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.
Δειναὶ μὲν οὖν θεαὶ τῷδ' ἄχει πεπληγμέναι,
Πάγον παρ' αὐτὸν χάσμα δύσονται χθονός,
Σεμνὸν βροτοῖσιν εὐσεβὲς χρηστήριον.
Σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
Οἰκεῖν, Λυκαίου πλησίον σηκώματος.
Ἐπώνυμος δέ σου πόλις πεκλήσεται.
Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· τόνδε δ' Αἰγίσθου νέκυν

1265 In se ipsum transferet, qui matris *tuæ* cædem oraculo *suo* tibi suaserit.
Et reliquis hæc lex feretur,
Ut reus paribus suffragiis semper vincat.
Ac diræ quidem Deæ hoc dolore perculsæ,
Rupem ad ipsam, subibunt hiatum terræ,
1270 Venerandum mortalibus piis oraculum.
Te vero ad Alphei fluenta oportebit Arcadum terram
Habitare, prope Lycæum delubrum:
De tuo vero nomine vocabitur regio.
Tibi quidem hæc dixi. Ægisthi vero cadaver hoc

gia vide quæ nos ad Iph. Taur. v. 1471. et v. 966. vide Erasmum in Adagio, *ex* quales calculi. *Barnes.*

Exspectes ἐκσώσειν. Sed vide, ne in præsenti lateat hoc, ratam jam esse apud Deos Orestis absolutionem. Sic Soph. Œd. Col. 589.

κἄμοῦ κομίζειν κἀπ' ἀναγκάζουσί με,

i. e. volunt perficere, ut illuc me conferam. *Seidl.*

1266. s. Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται, Ναυβῶν ἴσαις ψήφοισι] Vide quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 1471. ubi hæc de Themistocle quoque dicuntur. *Barnes.*

1268. Reisk. scribit: τῷ λάχει, *sorte*, eventu judicii. *Beck.*

1270. ἰσνιβίοις] Legendum ἰσνιβίοιν, monuit ut jamdudum Clarkius ad Homer. Il. γ. 242. *Musg.*

Reisk. conjicit: ἀσνιβίς, *quod calcare pedibus nemini licet* præter supplices illuc confugientes. *Beck.*

Σεμνὸν — ἰσνιβὶς] Musgravius cum Clarkio ad Hom. Il. γ. 242. mavult ἰσνιβίοιν, numeris inconcinnis, Reiskius ἀσνιβὶς pro ἰσνιβίς. Sed conjunge σεμνὸν χρηστήριον, βροτοῖσιν ἰσνιβίς. Ita quid mutandum censerem, legerem

σεμνὸν βροτοῖσί θ' ἰσνιβὶς χρηστήριον.

Seidl.

1271. s. Σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς οἰκεῖν] Ita Orest. v. 1664. Ἀζᾶνες, Ἀρκάδων θ' Οἰστύλου πολῖται, in quem locum vide Scholiasten et Stephanum περὶ πόλεων in Ἀζανία et in Ὀρέστου et Ὀρεστεία. *Barnes.*

1274. τὸν δὲ, ed. Victor.

1276. Ἄρει Ναυπλίων παρὸν] Scaliger hic ingenioso errore scribit ναυπλείᾳ, cum hæc vox sit proprium nomen loci: vide ad Orest. v. 236. Ἐν Ναυπλίᾳ δὲ σίλφαδ' ὥρμησαν πόνοι. Item v. 363. ἐπὶ δὲ Ναυπλίας ψαύων χθονός. *Barnes.*

Ναυπλίαν] Vid. ad v. 453. Ceterum noli corrigere Ναυπλίᾳ. Nam, ut dicit Noster Orest. v. 1307. ἐς μέσον φόνου ἦ Ἑρμιόνη παρεῖσιν, ita etiam omisso ἐς dicere potuit Ναυπλίαν παρεῖναι, i. e. venisse in portum Nauplieum: Ναυπλίᾳ παρεῖναι contra significaturum esset, esse

Ἄργους πολῖται γῆς καλύψουσιν τάφῳ·
Μητέρα δὲ τὴν σὴν, ἄρτι Ναυπλίαν παρὼν,
Μενέλαος, ἐξ οὗ Τρωϊκὴν εἵλεν χθόνα,
Ἑλένη τε θάψει· Πρωτέως γὰρ ἐκ δόμων
Ἥκει λιποῦσ' Αἴγυπτον, οὐδ' ἦλθεν Φρύγας.
Ζεὺς δ', ὡς ἔρις γένοιτο καὶ φόνος βροτῶν,
Εἴδωλον Ἑλένης ἐξέπεμψ' εἰς Ἴλιον.
Πυλάδης μὲν οὖν κόρην τε καὶ δάμαρτ' ἔχων,
Ἀχαιΐδος γῆς οἶκαδ' εἰσπορευέτω,
Καὶ τὸν λόγῳ σὸν πενθερὸν νομιζέτω

1275 Argivi cives terræ sepulchro tegent.
Matrem vero tuam, modo Naupliam appellens
Menelaus, ex quo Trojanum cepit agrum,
Et Helena sepelient. Protei enim ex ædibus *illa*
Rediit, relicta Ægypto, nec ivit *ad* Phrygas:
1280 Sed Jupiter, ut lis, et cædes fieret mortalium,
Simulachrum Helenæ misit ad Ilium.
Pylades igitur lætus et conjugem habens
In Achaicæ terræ domum introducat,
Et verbis, tituloque tuum affinem *(sororis maritum)* deducat

in portu Nauplii, quasi jam diu ibi fuisset. *Seidl.*

1279. οὐδ' ἦλθε Φρύγας.] En! iterum Euripidis characteristicam notam. Quis in hac fabula non videt, ipsum Eurip. non agnoscit, non amplectitur, ut diximus supra ad v. 1247. Quod Helena non venerit Trojam, vide argumentum Græcum ad fabulam Helenæ et ejusdem fabulæ, v. 33. *Barnes.*

1279. ἦλθε ed. Victor.

1282. πόρην τε καὶ δάμαρτ' ἔχων,] Lege χαίρων τε καὶ δάμαρτ' ἔχων. Conf. v. 1329. *Barnes.*

πόρην τε καὶ δάμαρτ' ἔχων,] *Virginem et uxorem.* Virgo enim adhuc erat, sed uxor putabatur. Male Musgravius pro πόρην conjicit χαίρων. *Seidl.*

1283. Reisk. emendat: ἐσπορευέτω, *ex Achaia deducat in suam patriam. Beck.*

Ἀχαΐδος] Vulgo Ἀχαιΐδος. Vid. ad Troad. v. 659. Pro εἰσπορευέτω Reiskius ἐκπορευέτω. Non male. Vid. tamen supra ad v. 1193. *Seidl.*

1284. πενθερὸν] Paullo insolentius est πενθερὸς de sororis marito dici. Sed omnino voces γαμβρὸς et πενθερὸς vagæ parumque adstrictæ significationis sunt. Vide Suidam in πενθερὸς, Polluc. Lib. III. sect. 31. *Musg.*

1284. s. Καὶ τὸν λόγῳ σὸν πενθερὸν νομιζέτω Φωκέων ἐς αἶαν, καὶ δόνου τλαύσου βάσει.] Omnino πενθερὸς in hoc loco sonat *sororis maritum*, et rusticum illum colonum Argivum notat, cui Electra desponsata fingitur. Quem prudentissimus poëta (adeo semper sibi constat) ob ingenuam castitatem, et pietatem, quibus Electram honorifice excepit, jam nunc Diis ipsis curæ facit; utpote qui hoc in loco Pyladæ in mandatis dent, ut secum illum in Phocida deducat et auro locupletet. Πενθερὸν itaque eum vocat, at λόγῳ, hoc est nomine tantum tenus, ut qui mariti officium nequaquam gessit, at custodis potius et tutoris. Quod autem πενθερὸς et γαμβρὸς latius, quam pro communi usu, aliquando usurpentur, diximus nos ad Rhes. v. 256. Et Eustathius præterea consulendus. *Barnes.*

πενθερὸν] Αὐτοῦ ἐργον dicit. Vid. Rhes. v. 256. *Seidl.*

Φωκίων ἐς αἶαν, καὶ δότω πλούτου βάρος.
Σὺ δ' Ἰσθμίας γῆς αὐχέν' ἰμβαίνων ποδὶ,
Χώρει πρὸς οἶκον Κεκροπίας εὐδαίμονα·
Πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας φόνου,
Εὐδαιμονήσεις τῶνδ' ἀπαλλαχθεὶς πόνων.
ΧΟ. Ὦ παῖδ' Διὸς, θέμις εἰς φθογγὰς
Τὰς ὑμετέρας ἡμῖν πελάθειν;
ΔΙ. Θέμις, οὐ μυσαρᾶς τοῖσδε σφαγίοις.

1285 Phocensium in terram, et det auri pondus.
Tu vero Isthmiæ terræ cervicem pede ingrediens,
Perge ad fortunatam Cecropiæ domum:
Fatalem enim cædis sortem cum expleveris,
Felix eris his liberatus laboribus.
1290 *Cho.* O filii Jovis, *estne* fas ad colloquia
Vestra nobis accedere?
Gem. Fas *est*; cum non sitis execrabiles ob has cædes.

1286. Σὺ δ' Ἰσθμίας γῆς αὐχέν' ἰμβαίνων ποδὶ,] Αὐχένα γῆς Ἰσθμίας periphrastice Ἰσθμὸν vocat, quia similitudinem cum collo habet Isthmus. De qua re nos ad Herc. Fur. v. 953. *Barnes.*

1288. φόνου quid hic faciat, non video. Legendum forte: μοῖραν ἐκπλήσας μόγου. *Musg.*

1288. s. Πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας φόνου Εὐδαιμονήσεις τῶνδ' ἀπαλλαχθεὶς πόνων.] Ita sane ex historiæ veritate dicitur Orestes, postquam a matris cæde expiatus esset, felici et diuturno regno floruisse; Qui enim brevissimum illius regni spatium dicunt, viginti octo annos assignant; alii autem 50, alii denique 70 numerant, quibus summa pace, honore et opulentia fruebatur. Creditur enim ad nonagesimum vitæ annum et ultra perdurasse; de cujus statura septem cubitorum et ossibus Tegeæ inventis consule Herodotum Histor. Lib. I. c. 67, 68, 69. et Natal. Com. Mytholog. Lib. IX. c. 2. *Barnes.*

Πεπρωμένην μοῖραν φόνου, id est, fata, quæ ad cædem, quam fecisti, spectant, sive sortem, quæ tibi fatalis est ob cædem. Musgravius conjicit μόγου pro φόνου. Facilius certe fuerit φόβου. *Seidl.*

1289. τῶν δ' ed. Victor.

1290. Sensus est: *num fas nobis vobiscum sermones miscere. Musg.*

1291. πελάθειν;] Πελάθω et per syncopen πλάθω, qua voce scenici poëtæ familiariter utuntur, idem quod πελάζω. Vide quæ nos ad Rhes. v. 553. et v. 14. *Barnes.*

1292. σφαγίοις.] Si vera est lectio, non concordat cum μυσαρᾶς, sed ab eo regitur. Recte enim vertit interpres: *Fas* est vobis, *cum non sitis exsecrabiles ob has cædes.* Hoc autem cum invenustam ambiguitatem efficiat, malim levi mutatione:

Θέμις, οὐ μυσαρᾶς τοῖσδε σφαγίοις.

Fas, vobis, *qui quidem binis his cædibus non contaminati estis.* Barnesius capit, quasi θέμις iterum post οὐ suppleodum esset, hoc modo: θέμις ὑμῖν, οὐ θέμις μυσαρᾶς: unde Euripidem, ut secum pugnantem, arguit. *Musg.*

Θέμις, οὐ μυσαρᾶς τοῖσδε σφαγίοις.] Cum Gaspar Stiblinus multa, quæ vere admiranda erant in hac fabula, pro sua, qua pollebat, sagacitate condemnaret, ut frigida et indecora, et a tragica gravitate abhorrentia, quamobrem nos illum persrinximus supra ad v. 1249. et 896, &c. hunc tamen locum, qui defensione sane maxime egere videbatur, oculatissimus ille tabs inobservatum præterivit. Quanquam enim etiam hic doctrina illa de impurorum pollutionibus, et Deorum sanctitate summa abunde patet, importune tamen omnia

ΟΡ. Κἀμοὶ μύθου μέτα, Τυνδαρίδαι;
ΔΙ. Καὶ σοί· Φοίβῳ τήνδ' ἀναθήσω
1295 Πρᾶξιν φονίαν.
ΧΟ. Πῶς ὄντε θεὼ, τῆσδέ τ' ἀδελφᾶς
Τῆς καταφθιμένης,
Οὐκ ἠρκίσατον κῆρας μελάθροις;
ΔΙ. Μοίρας ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεών,
1300 Φοίβου τ' ἄσοφοι γλώσσης ἐνοπαί.

Ore. Et mihi sermonis copia concessa est, O Tyndaridæ?
Gem. Et tibi. Hanc *enim* Phœbo tribuam
1295 Actionem cruentam.
Cho. Quomodo, cum sitis Dii, hujusque fratres
Extinctæ
Non avertistis *clades* ab ædibus?
Gem. Fati necessitas *huc eas* ducebat,
1300 Et Phœbææ linguæ non sapientes voces.

hoc in loco memorari videtur. Quomodo enim Dii illi se dicant ad horum matricidarum colloquia nolle descendere, et Chorum tantum responsionibus et quæstionibus honorare, quod sanguine pollutus non esset; cum ex ipso facto constet, illos prius ad Orestem et Electram collocuturos venisse et diu collocutos esse, et etiam proximo post versu utrumque in colloquium secum admittere. Quare hac in parte Euripides non est mihi defendendus: quanquam nemo hactenus criticorum de hoc loco questus est. Sin commodus ullus sensus hinc elici potest, est hujusmodi: Τμῖν ἔξεστι σιγᾶν εἰς φθόγγας, οἳ μυσαρᾶς οὔσης ἐν τούτων τῶν σφαγίων· Οὐδὲ γὰρ ἄλλως αὐτῷ Ὀρέστῃ τοῦτο συγχωρήσαμεν, εἰ μὴ διὰ τὸν Φοῖβον, ὃς ἀληθῶς τούτων αἴτιος ἐστι. Vid. v. 1294. *Barnes.*

οὐ μυσαρᾶς.] Subint. ἐστί. mallem tamen οὐ μυσαρά, scil. ὑμῖν ἐστὶ, *execrandi non estis ob has cædes. Beck.*

οὐ μυσαρᾶς scil. οὔσιν ὑμῖν. Ita bene hæc cum sequentibus concordant. Dicit enim: Vobis utrum fas sit, dubitatio esse non potest, quippe quæ his cædibus non estis contaminatæ, sed etiam Oresti et Electræ fas est; culpam enim eorum transfero in Apollinem. Musgravius mavult τοῖσδε σφαγίοιν. Ceterum σφάγια cædem denotat etiam Iph. Taur. 40. *Seidl.*

1293. Margo Victor. hunc versum tribuit Electræ. *Seidl.*

1294. Conf. Orest. 76. sqq. *Seidl.*
τὴν δ' ed. Victor.

1295. Πράξιν, ed. Victor.

1297. Καὶ καταφθιμένης,] Malim τῆς καταφθιμένης. [Heath.] *Musg.*

Legebatur καὶ καταφθιμένης metro et sententia invita. Heathii et Musgravii emendatione τῆς καταφθιμένης nihil ad metrum lucramur. Atque illud ipsum τῆς pro καὶ jam habent ed. princ. et Hervag. Optime Erfurdtius ad Ajac. 1066. p. 620. not. reponit κἄτα φθιμένης, *ut κἄτα inferatur post participium, quemadmodum in locis ab Heindorfio ad Plat. Gorg. p.* 37. *excitatis. Seidl.*

1298. MS. κῆρας μελάθρους — Μοίρας. ΔΙ. ἀνάγκης ἡγεῖτο — Ed. Victor. totum versum Διοσκόροις assignat. κῆρας μοίρας ut κῆρες Ἅιδαόωσι, Hom. Iliad. Π. v. 302. *Musg.*

Conf. Pors. ad Phœniss. 938. et supra ad v. 841. *Seidl.*

1299. Vulgatum Heath. vertit: *Parcæ præibat, et eam quasi manu ducebat, necessitatis fatum. Beck.*

Legebatur:

μοίρας ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεών,

quod nec metrum fert nec lingua. Neque enim ἀνάγκης mediam corripere potest, nec ad χρεὼν abesse articulus. Facilis est emendatio:

ΗΛ. Τί δὲ μ' Ἀπόλλων; ποῖοι χρησμοὶ
Φονίαν ἔδοσαν μητρὶ γενέσθαι;
ΔΙ. Κοιναὶ πράξεις, κοινοὶ δὲ πότμοι·
Μία δ' ἀμφοτέρους
1305 Ἄτη πατέρων διέκναισεν,
ΟΡ. Ὦ ξύγγονέ μοι, χρονίαν σ' ἐσιδὼν,
Τῶν σῶν εὐθὺς φίλτρων στέρομαι,
Καί σ' ἀπολείψω σου λειπόμενος.
ΔΙ. Πόσις ἔστ' αὐτῇ καὶ δόμος· οὐχ ἥ-

Ele. Quid autem me Phœbus? quæ oracula
Jusserunt me autorem maternæ necis esse?
Gem. Communes *sunt* actiones, et fata communia.
Una vero vos ambos
1305 Noxa *vestrorum* parentum perdidit.
Ore. O soror mea, longo post tempore cum te viderim,
Protinus tuo amore privor,
Teque deseram, a te desertus.
Gem. Maritus est ipsi, et domus; hæc non

μοῖραι ἀνάγκας ἦγον τὸ χρεών.

Hec. v. 43. ἃ στυγνοῖσιν ἦγε Θανοῦσι ἀδελφόν. coll. Hel. 243.— Ceterum male Musgravii MS. vocem μοῖρα ad antecedentem Chori orationem refert. *Seidl.*

Forte, μοῖρα ἀνάγκη (in dat.) σφ' ἤγαγε. *Reisk.*

1301. Legendum metri gratia τί δέ μ' Ἀπόλλων; Hoc autem Electra non ut excusationem affert, sed queritur contra, se Orestis excussatione carere. *Musg.*

Reisk. scribit: τί κἄμ' (καὶ ἐμὲ) Ἀπόλλων οἱ σὰ χρησμοὶ, *tua oracula. Beck.*

Τίς δ' ἦν' Ἀπόλλων, &c.] Ita emendavimus. Male vulgo τί δαί μ' Ἀπόλλων; et proximo versu μητέρι, quod alterum jam alii emendarunt. *Seidl.*

Ἀπόλλων mediam corripit. *Heath.*

1302. μητέρι] Metrum postulat μητρὶ. *Musg.*

μητέρι, ed. Victor.

1305. διέκναισεν,] Eodem sensu κατέγναψι, vel κατέκναψι, dixit Troad. v. 1242. In quem locum vide quæ nos; licet et ibi Latinis interpretibus placuit exponere paulo aliter: ibi enim κατέγναψι exponi potest, paulatim imminuendo perdidit, ut hic certo certius διέκναισεν sonat. *Barnes.*

1306. Ὦ σύγγονέ μοι,] Vel hinc Euripidis se genius prodit; quanquam enim et alii, præsertim Attici, μοὶ pro μοῦ sæpe usurpent, at id quidem Euripides præ cæteris facere gaudet: sic Iphigen. Taur. v. 871. Ὦ μοι σύγγον. Vide plura ad Herc. Fur. v. 95. *Barnes.*

1308. Καὶ σ' ἀπολείψω σοῦ λειπόμενος.] Ita non raro Tragici, ut Bacch. 1374.

μήτε Κιθαιρὼν μαχεῖς μ' ἰσεῖδε,
μήτε Κιθαιρῶν' ἔσσομαι ἐγώ.

Seidl.

1309. αὐτὸς] Optime Barnesius αὐτῇ. *Musg.*

Πόσις ἔστ' αὐτῇ καὶ δόμος·] Ego αὐτῇ in textum admisi, et αὐτὸς quod male olim aderat, in marginem rejeci, de qua re judicent docti. Textus autem, margo et glossa, sunt metaphoricæ voces, ab artificiosis textorum picturis sumtæ; in quibus ipsum ὕφασμα *textus* dicitur, ornamenta et appendices, glossa, quod lucem quandam texturæ afferant et decus, limbus et ora, margo dicitur. Adeo ipsa Euripidis (sive alius alicujus auctoris) ac proinde S. Scripturæ verba, sive omnia simul sumta, sive pars quævis, aut portio, sunt textus; Interpretationes vero, sive Scholia, sive

ὃ οἰκτρὰ πίσυνθεν, πλὴν ὅτι λείπει
Πόλιν Ἀργείων.
ΟΡ. Καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους,
Ἢ γῆς πατρῴας ὅρον ἐκλείπειν;
Ἀλλ' ἐγὼ οἴκων ἔξειμι πατρὸς,
Καὶ ἐπ' ἀλλοτρείαις ψήφοισι φόνον
Μητρὸς ὑφέξω.
ΔΙ. Θάρσει· Παλλάδος οσίαν ἥξεις
Πόλιν· ἀλλ' ἀνέχου.

Tristia patitur, nisi quod relinquit
Urbem Argivorum.
Ore. Et quinam alii gemitus graviores,
Quam *si cogaris* patriæ fines relinquere?
Sed ego patris ex sedibus exibo,
Et apud externos judices cædem
Matris sustinebo.
Gem. Bono sis animo. Palladis *enim ad* sacram venies
Urbem: quare tolera.

conciones vocantur, glossa, vel glossemata, a γλῶσσα dicuntur; lacinia et fimbria, vacansque utrinque spatium, margo appellatur. Hæc præter textum et propositum, sed fidei carissimo amico, Domino Michaëli Batte de Bury St. Edmundi, datæ memor, lusi inter opus. Et hujus nomen jure hic ego pono, sine cujus jussu et hortatu ne meum nomen his Scholiis apposueram. *Barnes.*

αὐτὸς ed. Victor.

1310. Reisk. conjicit: περὶ ὃν' ἰαλίσκω. *Beck.*

Vulgo πίσυνθε. Statim post Brub. ἴστ, Hervag. ἴ, σ. *Seidl.*

1312. a. Καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους, Ἢ γῆς πατρῴας ὅρον ἰαλίσκω;] Ita semper sui similis Euripides in Phœnissis. v. 399. Τί, τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἢ πασῶν μέγα; Μέγιστον· ἴσχυ δ' ἴσως μεῖζον, ἢ λέγω. Huc refer illud Senecæ in Consol. ad Helviam: *Primum illud intueri volo, quid acerbi afferat ipsa loci commutatio. Carere patria intolerabile est.* Et Oppianus, elegans et pius poëta, qui ingenii sui mercedis loco a Caracalla obtinuit, ut pater ab exsilio revocaretur, sic canit Halieut. Lib. I. v. 277. Οὐδ' ἀλιγκιότερον καὶ κίνυρεν, ὅς τιν ἀνάγκη Φυζίσιον πάτρης στάλιεν βίον ἀλγεσίουσα, Κεῖνον ἰν ἀλλοδαπῇσιν ἀνιηρὰς ζυγὸν ἴλκειν. *Barnes.*

1313. τρυ in πατρῴας corripitur hic, ut δῦ in δμῶας. vid. supra ad v. 497. In fine versus pro ἰαλίσκω lege ἰαλίσκων. [Ex Heath.] *Musg.*

πατρῴας] Schæferus ad Porsoni regulam πατρίας et infr. v. 1321. πατρῴων. Paulo post vulgo ἰαλίσκω, quod emendavit Heathius. *Seidl.*

1314. Ἀλλ' ἐγὼ οἴκων ἥξιμι, &c.] Exaggerat suam Orestes miseriam, qui non modo solum vertere sit coactus, sed etiam inter exteros judicium subiturus de nece materna. *Barnes.*

1316. μητρὸς] Ed. Victor. μητέρος. *Musg.*

1317. Vulgo ὁσίαν ἥξεις. Mirum enim, ni poëta, quum tam facile posset, proceleusmaticum vitaverit. Nec offensione caret ille proceleusmaticus, qui paulo post legitur φίλτατε· διὰ γάρ. Excusandus tamen fortasse hic est propter alloquium. Hermannus monet, facilius ferri proceleusmaticum, si in cæsuræ locum incidat. *Seidl.*

ΗΛ. Πρός μοι στέρνοις στέρνα πρόσαψον, 1330
Ξύγγονε φίλτατε·
Διὰ γὰρ ζευγνῦσ' ἡμᾶς πατρώων
Μελάθρων μητρὸς φόνιοι κατάραι.
ΟΡ. Βάλε, πρόσπτυξον σῶμα, θανόντος
Δ' ὡς ἐπὶ τύμβῳ καταθρήνησον. 1335
ΔΙ. Φεῦ, φεῦ· δεινὸν τόδ' ἐγηρύσω
Καὶ θεοῖσι πλύειν.
Ἔνι γὰρ κἀμοὶ, τοῖς τ' οὐρανίδαις
Οἴκτοι θνητῶν πολυμόχθων.

Ele. Pectus *tuum* pectori meo applica,
O frater charissime.
Disjungunt enim nos a paternis
Ædibus matris cruentæ imprecationes.
Ore. Age, complectere corpus; et mortui
Ut ad tumulum luge.
Gem. Heu, heu. Triste hoc dixisti,
Vel diis auditu:
Insunt enim et mihi, atque cælitibus
Commiserationes ærumnoserum mortalium.

1321. Διὰ γὰρ ζευγνῦσ'] Pro διαζευγνῦσι per Τμῆσιν. *Barnes.*

1322. κατάραι.] Thema κατάρα ab ἀρά, exsecratio. Circumflectitur autem recte in penultima, longa nempe syllaba, quia ultima brevis est, et tamen distinguitur a verbo κατᾶραι ab αἴρω, ex ἰῶτα subscripto, quam distinctionem criticorum Coryphæi etiam extra augmentorum tempora aliquando agnoscunt. *Barnes.*

Male hic circumflectitur penultima vocis κατάραι, cum natura brevis sit, ut et antepenultima in κατάρατος, Aristoph. Lysist. 530. Quanquam non ignoro verba ἀράομαι et ἀρὰ *supplicationis* sensu primam semper apud Hom. producere. v. Clark. ad Odyss. χ'. v. 208. Apud Tragicos autem Atticos longe aliter res se habet. v. Phœn. v. 61. 484. Soph. Œd. Col. 1440. 1449. 1454. 1472. 1515. *Heath.*

κατάραι.] Ita Editt. Vett. cum Ed. Princ. Recentiores quædam male κατᾶραι. Cf. Heathii nota. *Seidl.*

1323. a. Βάλε, πρόσπτυξον σῶμα, θανόντος Δ' ὡς ἐπὶ τύμβῳ καταθρήνησον.] *Frigidius*, inquit omnium bipedum frigidissimus, Gaspar Stiblinus, *fortasse et hoc videri potest dictum esse. Minus enim ille videntur decere tam generosum adolescentem.* Sed cur minus videntur decere, *O Gasparille Stiblinule?* An non generosi animi solent actis divinitus calamitatibus frangi? Nonne generosus ille Œdipus apud Sophoclem animo fractus oculos sibi eruit? Nonne omnium hominum generosissimus ille Hercules ante Thesei amici adventum, fere animo fractus est. Et tamen hic Orestes non desperat; sed se pæne mortuum judicat; et, ut *ejusmodi* moveat, hortatur illam sibi, tanquam mortuo et sepulto, lacrymas profundere. *Barn.*

1331. De hiatu, quem faciunt voces εἰν — ἄ, vid. de Verss. Doehm. p. 81. *Seidl.*

1332. ss. Hoc ordine edidit Victor.

ἄ χαῖρε σῶν
χαίροντ' ὀμοῖς

ΟΡ. Οὐκ ἔτι σ' ὄψομαι. 1340
ΗΛ. Οὐδ' ἐγὼ εἰς σὸν βλέφαρον πελάσω.
ΟΡ. Τάδε λοίσθιά μοι προσφθέγματά σου.
ΗΛ. Ὦ χαῖρε πόλις·
Χαίρετε δ' ὑμεῖς πολλὰ πολίτιδες.
ΟΡ. Ὦ πιστοτάτη, στείχεις ἤδη; 1345
ΗΛ. Στείχω, βλέφαρον τέγγουσ' ἁπαλόν.
ΟΡ. Πυλάδη, χαίρων ἴθι· νυμφεύου
Δίμας Ἠλέκτρας.
ΔΙ. Τοῖσδε μελήσει γάμος. ἀλλὰ κύνας

Ore. Non amplius te videbo.
Ele. Nec ego *posthac* in tuum conspectum veniam.
Ore. Hæc ultima mihi tecum colloquia.
Ele. O vale, civitas,
Vale et vos longum, mulieres concives.
Ore. O fidissima, jam abis?
Ele. Abeo, teneras humectans palpebras.
Ore. Pylades, lætus abi, *tibique* desponsum abduc
Corpus Electræ.
Gem. Hisce curæ erunt nuptiæ: sed canes

πολλὰ πολίτιδες.
ΟΡ. Ὦ πιστοτάτη,
στείχεις ἤδη;

χαίρετε — ἤδη;] Quatuor sunt bases anapæsticæ, [ut sunt in ed. Victor. ita edidit Beck.] e quibus dimetri duo constitui debent. *Heath.*

1336. a. στείχεις ἤδη; ΗΛ. Στείχω, βλέφαρον τέγγουσ' ἁπαλόν.] Quod supra sæpe dixi, Euripidem, ut semper sui similem, sic in hac fabula, quasi de illius legitimatione criticorum objectiones prævidisset, præcipue characterem suum impressum habere, id nunc ex unico hoc loco (καὶ τοῦτο ἐκ στιχομυθίας) indicabo. Ita enim ipse hic auctor in Medea ad finem v. 1391. ΜΗ. Στείχει πρὸς οἶκον, καὶ θάσσ' ἄλοχον. ΙΑ. Στείχω, δισσῶν γ' ἄμοχος παίδων. *Barnes.*

1337. Δίμας Ἠλέκτρας.] i. e. Ἠλέκτραν. Vide ad Iphigen. Aul. v. 417. *Barnes.*

1338. ss. Τοῖσδε μελήσει γάμος· ἀλλὰ κύνας
Τάσδ' ὑποφεύγων, στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.
Δυσὶν γὰρ ἔχους ΒΑΛΛΟΥΣ' ἐπὶ σοὶ

χαρδεράσσοντες, χρῶτα πλανᾶσι
δυσὶν θυσὶν ΚΑΡΠΟΝ ἐχούσας.

Canes illas Furias esse satis apparet; *Stygias canes Lucani*, Lib. VI. 733. sic vocatas, quia hominum sceleribus invigilant, tanquam *speculatrices et vindices facinorum et sceleris*, ut Cicero ait de Natur. Deor. III. 18. vide Pindar, Ol. II. 73. Rhunken. Epist. Crit. I. p. 59. Schneider, Pericul. Crit. p. 86. sqq. — In his versibus primum ἴχνος βάλλουσ' ἐπὶ σοὶ insolentius dictum, neque forsitan ab Euripide profectum est. Musgravius quidem vitium in hac voce latere suspicans tentavit: στίλλουσ' ἐπί σοι. Equidem malim:

Δυσὶν γὰρ ἴχνος ΠΑΛΛΟΥΣ' ἐπὶ σοί.

Troades, v. 326. Πάλλε κἀξ αἰθέρων. et simili metaphora in Bacchis. 654.

λευκὰν πάλλει ἐξαπόστασιν.

Pro χαρδεράσσοντες Reiskius conjecit sive συρδεράσσοντες sive σπυρδεράσσοντες quæ Dru-

Τάσδ' ὑποφεύγων, στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.
Δεινὸν γὰρ ἴχνος βάλλουσ' ἐπὶ σοὶ
Χειροδράκοντες, χρῶτα πελαιναὶ,
Δεινῶν ὀδυνῶν καρπὸν ἔχουσαι.
Νὼ δ' ἐπὶ πόντου Σικελὸν σπουδῇ
Σώσοντε νεῶν πρῴρας ἐνάλους·
Διὰ δ' αἰθερίας στείχοντε πλακὸς,

Has vitaturus, ito Athenas.
Terribili enim gradu in te contendunt
Manus-draconibus-armatas-habentes, corpore nigræ,
Dirorum dolorum stimulos moderantes.
Nos vero ad mare Siculum celeri studio,
Servaturi prorsa proborum in mari:
Per ætheream vero meantes plagam,

cones circum se in spiras convolvunt, ut apud Apollodor. I. 6. 3. τὰ δὲ ἀπὸ μηρῶν σπείρας εἶχεν ἰχιδνῶν, et Virgil. Æn. XII. 879. *Megæram — paribus revinxit serpentum spiris ventosque attulit alas.* Sed vulgata præstat. Quæ enim manus serpentibus armatas habebant Eumenides haud male *χειροδράκοντες*, *dracones pro manibus habentes* appellari poterant. Sed nævus hæret in verbis

δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΠΟΝ ἔχουσαι.

prorsus enim ignoro quis hic sit *dolorum fructus*, quem Furiæ habere dicuntur. Musgravius præterea hanc phrasin neque notam sibi neque intellectam esse fatetur. Quare forsitan corrigendum

δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΤΟΣ ἔχουσαι.

quibus gravissimorum potestas est dolorum, quos hominibus infligant. Eurip. Helena. 68.

Τίς τῶνδ' ἐχιδνῶν δεμάτων ἔχει πόνους.

Bacchæ. 1026.

Ὁ Δίρκης, ὁ Δίρκης οὐ θέμις
πόνους ἔχειν ἐμούς.

Alpheus Mitylenæus. Epigr. VI. in Anal. V. P. T. II. p. 129.

Νυῶν ἀκυπτερῶν ὃς ἔχεις πόνους, ἅπτα λαίφη καὶ μίγνυ Εὐξείνῳ ἀμφιρύτῃ σταθμόν.

Jacobs.

1339. στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.] Ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. Sic et Thucydides et Herodotus passim usurpant τὸ ἐπὶ cum genitivo loco accusativi, qui communiter usurpatur. Vid. Æmil. Portum in hanc locum. *Barnes.*

1340. βάλλουσ'] An στίλλουσ' ἐπὶ σοὶ *Musg.*

βάλλουσ'] Nihil mutandum. Verbe fortiori utitur poëta de horrendo Furiarum impetu, quæ ταυόπτερος dicuntur a Sophocle δεὶ τὸ δεῖν μαιφονωλὶς καὶ ἀτέλεστον τῆς διαβάσεως καὶ ταχὺ καὶ ἐπείγον, ut explicat Eudocia, p. 152. citante Lobeckio ad Ajac. v. 834. *Seidl.*

1341. Χειροδράκοντες,] Ita Furiæ vocantur, ob manus flagellis ex tortis serpentibus factis armatas. De qua re, et de omni Furiarum apparatu, et graphica earum descriptione, vide quæ nos ad Herc. v. 873. *Barnes.*

Χειροδράκοντες non debet tentari. Serpentes enim Furiæ manu gestabant. *Scaliger.*

Num *συειροδράκοντες*, *quæ dracones secum et pone se trahunt*, aut *συνειροδράκοντες quæ dracones circum se in spiras convolvunt*. *Reisk.*

1342. καρπὸν ἔχουσαι.] Phrasis neque

Τοῖς μὲν μυσαροῖς οὐκ ἐπαρήγομεν·
Οἷσιν δ' ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον
Φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν
Ἐκλύοντες μόχθων, σώζομεν. 1360
Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω,
Μήδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω,
Θεὸς ὢν θνητοῖς ἀγορεύω.

Impiis quidem non auxiliamur:
Quibus vero pietas, et justitia *est*
Grata in vita, illos gravibus
Liberantes laboribus servamus.
Sic *igitur* injuste agere nullus velit,
Neque cum perjuris naviget,
Ego qui Deus sum, mortalibus *hoc* edico.

nota mihi, neque intellecta. Legendum forte κέντρα νέμουσαι, *stimulos regentes.* *Musg.*

καρπὸν ἴσχουσαι.] Potest explicari *fructum capientes e doloribus*, sive *gaudentes doloribus.* Simili modo pinguntur Furiæ ab Æschylo, veluti Eum. 248.

ἐγὼ δ' ἀρωτίων αἱμάτων με σφαγιᾷ.

ibid. v. 300. καὶ ζῶν με δαίσας, et v. 185.

ἔξ' ἐκπίοιτ',
ἅπας ἰκρὸς ἴσον' ἀπὸ σπόνδου θεοῖς
σπάσασθ' ἴχνους.

Hanc explicationem secutus est vetus Latinus interpres, qui reddit: *diris quæ pascuntur doloribus.* Verior tamen videtur altera explicatio: *a quibus qui fructus provenit sive capitur, sunt dolores, ἀφ' ὧν ὁ καρπούμενος οἱ ἄνθρωποι, δεινὰ ἰδόντας νέοι.* Proprium enim hoc erat Furiis, dolores excitare. Male Musgravius conjicit κέντρα νέμουσαι, *stimulos regentes.* *Seidl.*

1344. Σώσουσι νεῶν] Ita Ed. Victor. MS. β. σῶσον νέμων. MS. γ. σῶσον τὸν νεῶν. Barnesius σώσουσι νεῶν. Emendandum, ni fallor, σώσουσ' ἰνεῶν ab ἰνή. Hesychius: ἰνῖαι, πρόσωπα, ἀγαθοὶ, σπουδαῖοι, ἰκανοῖς. De prosodia vide quæ in simili re diximus supra ad v. 497.

ἰκάλεσεν'] Ed. Victor. et omnes MSS. ἰκαύλεσεν. *Musg.*

σώσουσι νεῶν] Ita Barnesius. Victorius σώσουσι ναῶν. MS. β. σῶσον νέμων, MS. γ. σῶσον τὸν ναῶν, quas corruptelas Barnesii lectionem confirmare, mirer Musgravium non vidisse. Etiam Hugo Grotius dudum rescripserat νεῶν.

Pro ἰκάλεσεν corrupte Edd. Victor. et omnes MSS. ἰκαύλεσεν. Illud jam restituit Hugo Grotius. *Seidl.*

1347. ὅσιον pro τὸ ὅσιον, quod metrum non admittebat. Vide ad v. 431. *Seidl.*

Οἷσι, ed. Victor.

1350. μηδεὶς] Ita Schæferus, ut voluerat Jo. Miltonus. Vulgo μηθεὶς. [Ita ed. Victor.]

μηθεὶς] Idem quod μηδεὶς, fit autem a μήτε εἷς, μηθεὶς, ut a μηδὲ εἷς, μηδεὶς, ab οὔτε εἷς, οὐθεὶς, et ab οὔτε ἓν, οὐθέν: quare non erat, ut Jo. Miltonus corrigeret in μηδεὶς. *Barnes.*

1351. Μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω,] Huc refer historiam Jonæ prophetæ, cujus peccati causa tota navis periclitabatur. Huc item illud: Ἀνδρὶ συνόρνυ φεύγε συνδίκου ἀεί. Huc denique illud Horatii Carmin. Lib. III. Od. 2. *Vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanæ, sub iisdem Sit trabibus, fragilemque mecum Solvat phaselum.* *Barnes.*

μὴ δ', ed. Victor.

ΧΟ. Χαίρετ· χαίρειν δ' ὅστις δύναται,
Καὶ ξυντυχία μή τινι κάμνει
1355 Θνητῶν εὐδαίμονα πράσσει.

Cho. Valete. Valere autem quisquis potest mortalium,
Et infortunio nullo laborat,
1355 Beate agit.

1353. Χαίρετ· *χαίρειν*, &c.] *Gaudete, quibus gaudere datur, vacuamque malis ducere vitam, Licet hos dixisse beatos.* Ita Grotius, excepto, quod *salvete* et *salvere* hoc in loco is dixerit pro *gaudete* et *gaudere*, χαίρετε et χαίρειν. Hæc salutandi et valedicendi formula Græcis usitatissima talem ortum habuisse fertur. Phidippides Atheniensis, Ἡμερόδρομος, uno die a Marathone post pugnam peractam currens, magistratibus hæc tandem locutus, χαίρετε, νικῶμεν, præ fatigatione continuo mortuus in terram cadit. Hinc Cleon et Nicias post usi sunt in rebus suis lætis Atheniensibus per epistolas nuntiandis. Pythagoras et Epicurus Τγιαίνειν usurparunt; Plato Εὖ πράττειν præstulit, ut corpori et animæ communius. Vide Lucian. de lapsu in saltatione. Et Luciano quidem ingenii laus nequaquam denegandа. At abunde constat, Homerum hanc salutationis formam usurpasse octingentis ante pugnam Marathonicam annis: ita Iliad. α'. v. 334. Χαίρετε, πίφαυσκε, Διὸς ἄγγελε: et hæc forma χαῖρε et χαίρετε apud hunc poëtam plus quadragies occurrit. *Barnes.*

Hæc verba videntur ad spectatores esse dicta. Continent enim usitatam salutandi formulam. *Beck.*

1355. εὐδαίμονα non accusativum singularis puto, intellecto βίον, sed neutrum pluralis loco adverbii εὐδαιμόνως. *Stall.*

πράσσειν ed. Victor.

Apud Stobæum tit. 49. ed. Grot. ex hac Tragœdia laudantur hi versus, qui in ea non leguntur:

Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντα θεῶν νεμέσεται
Δικαίως ἔχουσ', ὃς φιλανθρώπου σέβει.

Heath.

ΤΕΛΟΣ ΗΛΕΚΤΡΑΣ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΔΑΝΑΗ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΑΝΑΗΣ

ΤΥΠΟ ΙΗΣΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΝΕΣΙΟΥ.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ, Ἄργους ὢν βασιλεὺς, ἐξ Εὐρυδίκης, τῆς Λακεδαίμονος, Δανάην τὴν Θυγατέρα, καλλίστην οὖσαν. Ὕστερον δὲ χρηστηριαζομένῳ περὶ ἀρσένων παίδων γενέσεως αὐτῷ ὁ Φοῖβος ἔφη, γενήσεσθαι παῖδα ἐκ τῆς Θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτενεῖ. Δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην κατάκλειστον ἐφύλαττε. Ταύτης ἐρασθεὶς ὁ Ζεὺς, ἐπεὶ ἐκ ἄλλως εἶχεν, ὅπως μιχθείη αὐτῇ, μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν, καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς τῆς παρθένου κόλπους, συνῆλθεν αὐτῇ καὶ ἐγκύμονα ἐποίησεν. ἐξήκοντος δὲ τοῦ χρόνου, ὁ Περσεὺς ἐγεννήθη. Τοῦτο μαθὼν Ἀκρίσιος, καὶ μὴ πιστεύσας, αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν Θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν· ἰδοῦσαι δὲ ταῦτ' αἱ Νηρηΐδες, καὶ κατελεήσασαι διὰ τὸ γεγονὸς, ἐμβάλλουσι τὴν κιβωτὸν εἰς δίκτυα Σεριφίων ἁλιέων· ἐφ' οἷς ἔπεσεν περιεσώθη ἥ τε μήτηρ καὶ τὸ βρέφος ὑπὸ Δίκτυος, ἀδελφοῦ τοῦ Πολυδέκτου, τῆς Σερίφου, μιᾶς τῶν Κυκλάδων, βασιλέως.

Ἡ Σκηνὴ τοῦ Δράματος ἐν Ἄργει· καὶ ὁ μὲν Χορὸς συνίστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων παρθένων· προλογίζει δὲ ὁ Ἑρμῆς.

ACRISIUS rex Argorum, ex Eurydice, Lacedæmonis filia, natam habuit Danaën, excellenti forma. Post autem illi, oraculum de mascula prole consulenti, respondit Phœbus, puerum de filia oriturum esse, qui illum sit occisurus. Hoc Acrisius metuens, æneo sub terra cubiculo constructo inclusam Danaën custodiebat. Hujus amore captus Jupiter, cum alias nesciret, quomodo cum ea misceri posset, transmutatus in aureum imbrem, et per impluvium in virginis sinum delapsus, cum ea concubuit et gravidam fecit. Tempore autem procedente, Perseus natus est. Hoc cognito, Acrisius, minime credens, illam a Jove compressam, filiam una cum ejus puero in arca conclusam in mare projecit. Hæc Nereides conspicatæ, et ob id, quod acciderat, eorum misertæ, arcam in Seriphiorum piscatorum retia intulerunt. Et hinc servata est materque et infans a Dictye, Polydectæ, Seriphi, insulæ cujusdam ex Cycladibus, regis, fratre.

Scena Fabulæ in Argis. Et Chorus constat ex indigenis virginibus. Mercurius autem prologum agit.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΑΝΑΗΣ.

ARGUMENTUM MUSGRAVII.

Ἀκρίσιος Ἄργους ὢν βασιλεὺς, κατὰ χρησμόν δή τινα τὴν παῖδα Δανάην κατάπλειστον ἐν τοῖς παρθενῶσιν ἐφύλαττε καλλίστην οὖσαν ἧς ἐρασθεὶς ὁ Ζεὺς, ἐπεὶ οὐκ εἶχεν ὅπως μιχθείη αὐτῇ, χρυσὸς γενόμενος, καὶ ῥυεὶς διὰ τοῦ τέγους εἰς τὸν κόλπον τῆς παρθένου, ἐγκύμονα ἐποίησεν· ἐξήκοντος δὲ τοῦ χρόνου βρέφος τὸν Περσέα ἔτεκε. Τοῦτο μαθὼν Ἀκρίσιος, εἰς κιβωτὸν ἀμφοτέρους, τήν τε μητέρα, καὶ τὸ βρέφος, ἐνέβαλε, καὶ κελεύει ῥίπτειν κατὰ τῆς θαλάσσης· ἰδοῦσαι δὲ ταῦθ' αἱ Νηρηίδες, καὶ κατελεήσασαι τὸ γεγονὸς, ἐμβάλλουσι τὴν κιβωτὸν εἰς ὄίκτυα Σεριφίων ἁλιέων· κἀντεῦθεν σῳζεσθη ἥ τε μήτηρ καὶ τὸ βρέφος· ὅπερ ἀνδραθὲν Περσεὺς ὠνομάσθη.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΡΜΗΣ	MERCURIUS.
ΔΑΝΑΗ.	DANAE.
ΤΡΟΦΟΣ.	NUTRIX.
ΑΚΡΙΣΙΟΣ.	ACRISIUS.
ΑΓΓΕΛΟΣ.	NUNCIUS.
ΧΟΡΟΣ.	CHORUS.
ΑΘΗΝΑ.	MINERVA.

Προλογίζει δὲ ὁ Ἑρμῆς. Prologum autem agit Mercurius.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΔΑΝΑΗ.

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Partem generalem hujus Fabulæ Argumentum, quod supra dedimus, non est, ut quis amplius a nobis exspectet; cum enim ne scena quidem una aliqua supersit integra, ridiculum esset Actus ullius sensum hic dare velle. Quæ prologus autem nos docet, hæc fere sunt; Acrisium decrevisse, si revera filia ejus prægnans fuerit deprehensa, ut primum partum ederit, utrumque mari exponere in arcula, infantem simul et matrem. Quare, cum jam Danaë puerpera sit facta, Mercurius a Jove missus venit, ut illi animum confirmet; ne ex dolore, ad partus infirmitatem accedente, deficeret. Chorus incerto de domina sua rumore turbatus ad fores exspectat, ut certior de illius periculo fiat; cum subito Acrisii adventu fugatur, qui mirum in modum ira effervescens diras tragœdias excitaturus videbatur; cum filum textus subito abrumpitur. Cætera, quæ infra sequuntur, Fragmenta sunt ex Stobæo, Hugonis Grotii Excerptis, Athenæo, Clemente Alexandrino, Justino Martyre, Plutarcho, Macrobio, Johanne Meursio, Strabone, Longino, Eustathio, Scholiastisque aliis.

ΕΡΜΗΣ.

Δόμοι μὲν οἵδ', εὖ πυργά τ' ἐρύματα χθονὸς,
Οὐκ ἐν πολυχρύσοισιν ἥσκηται χλιδαῖς·
Ἀρχὴν δὲ τῶνδε, καὶ θεῶν ἱδρύματα,

MERCURIUS.

Domus quidem hæc, pulchrisque turribus cincta propugnacula *hujus* agri,
Non opulentis ornata sunt deliciis.
Imperium vero horum, et Deorum templa,

Euripidis Danaës prologum et fragmenta vertit etiam Francogallice Prevostus. *Beck.*

De hujus Tragœdiæ Choro v. Polluc. Onom. IV. 3. *Heath.*

1. Valde corruptum est totum hoc fragmentum, maximeque circa initia, ubi clausulæ duæ, altera alterius locum occuparunt. Quis enim unquam regem dixit τὰ θεῶν ἱδρύματα εἰληχέναι. Locus sic forte constituendus et scribendus:

Δόμοι μὲν οἵδε, καὶ θεῶν ἱδρύματα
Λέκτ', ἃ πολυχρύσοισιν ἥσκηται χλιδαῖς·

Ἀρχὴν δὲ τῶνδ', εὖπυργά τ' ἐρύματα χθονὸς
Ἀκρίσιος εἴλαχ', ὃν τέκοιτο τῶνδε γῆς.

Ἀγαρέων Λάκτασε Argis commemorat Soph. Electr. v. 7. Sensus est: *Ædes hæ et deorum templa, quæ aureis deliciis exornantur, Lycea audiunt. Musg.*

Δόμοι μὲν οἵδ',] Non dicit hic poëta, Argos aut Mycenas pauperes esse urbes: adeo enim Homero contradiceret, qui expressis verbis vocat divites Mycenas, Iliad. η'. v. 180. Ἦ οἳ νέμον βασιλῆα πολυχρύσου Μυκήνης. Sed hoc vult: *Palatii hujus et urbis mœnia non tam pul-*

Ἀκρίσιος εἴληχεν τύραννος τῆσδε γῆς.
Ἕλλησι δ' Ἄργος ἡ πόλις κεκλήσεται.
Οὗτος δ', ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθείς,
Πυθῶδ' ἀφῖκτο, καὶ λέγει Φοίβῳ τάδε·
Πῶς ἂν γένοιτο σπέρμα παιδὸς ἐν δόμοις,
Τίνος θεῶν, βροτῶν τε, πρευμενοῦς τυχών.
Κεῖνος δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ' ὄπα·
Ἔσται μὲν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος
Οὐκ ἐξ ἐκείνου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σπορὰν

Acrisius obtinet princeps hujus agri.
A Græcis vero Argos hæc urbs appellatur.
Hic autem, masculæ prolis *procreandæ* desiderio captus,
Pythonem adiit, et dixit Phœbo hæc:
Quonam modo semen filii in ædibus existeret,
Quem deorum mortaliumve propitium nactus?
Ille vero perobscuram edidit vocem:
Erit quidem, erit masculæ prolis fœtus
Non ex illo *susceptus*. Primum nim fœmineum semen

chra et splendida, quam durabilia sunt facta ex ferro et adamante, a Cyclopibus nempe constructa, ut sæpe supra diximus; præsertim ad Electr. v. 1158. Hercul. Fur. v. 939. et v. 15. Est autem mira et insignis ellipsis; nam versus totus videtur intelligi, in hunc sensum: Ἀλλ' ἡ συρισμάτων Κυκλώπων τύπους. *Barnes.*

4. τύραννος] Vox Τύραννος Veteribus erat nomen honestum, quamvis Homero ignotum. Ille enim de regum pessimo loquens βασιλέα vocat, Odyss. σ'. v. 84. Εἷς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν θηλύμονα τάντων. Græci autem, qui rebuspublicis fere favebant, cum et eorum finitimi reges mali plerumque essent, paulatim hanc vocem, quæ simpliciter regem sonabat, in sequiorem partem flectebant; adeo ut tandem vel legum violatorem, vel imperii raptorem ac invasorem, vel nefarium et sanguinarium principem, significaret. Hoc in loco primitivam habet et bonam significationem. Et ita Virgilius ipse, qui Veterum erat accuratus imitator, de pio et justo rege, Æneas nempe, usurpat, Æn. Lib. VII. v. 266. *Pars mihi Pacis erit dextram tetigisse Tyranni. Barnes.*

6. Οὗτος δ' ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθὶς Πυθῶδ' ἀφῖκτο,] Quomodo Acrisius oraculum de prole mascula obtinenda consultarit, vide Apollodor. Biblioth. Lib. II. c. 4. §. 1. et Græcum hujus Fabulæ argumentum, quod partim ex Apollodoro, partim ex veteri imperfecto argumento, compegimus. *Barnes.*

7. Πυθῶδ' ἀφῖκτο,] Ἡ Πυθὼ, ut ἡ Ἀστὼ, et ἡ Πυθὼν, antiquum nomen Delphorum, de qua re videsis Eustathium in Homer. Iliad. β'. v. 519. Οἱ Κονάμουν ἶχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν. nempe fol. 274. lin. 11. Vel a πυθάνομαι, ob oracula, vel a πύθω, putreo, vel a Πύθων, draco, &c. *Barnes.*

9. πρευμενοῦς] Πρευμενὴς, idem ac Περίμενὴς et πραϋμενὴς, a πρέφω, πρεφὼς, πρεπὶ, et μένος. Dicitur et εὐμενὴς et εὐμενέων in eundem sensum pro ἵλεως. *Barnes.*

10. Κεῖνος δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ' ὄπα] Δυσξύμβλητος, δυσπερίνοητος, δυσνόητος, δυσπαράστατος, difficilis conjectu, ob ambiguitatem, qua, ut alii Gentium Dii, sic Apollo præcipue oracula sua involuta edebat. Unde et Λοξίας dicebatur, ut notabamus ad Iphigen. Taur. v. 13. *Barnes.*

14. Εἰνὼν χρυφαίαν γνοῦσα, καὶ μὴ γνοῦσα δὲ,] Τὴν χρυσίππου, ἣν ἡ Ζεὺς γάρ ἐρράξατο, γνοῦσα, ἀλλ' οὐχ, ὅτι Ζεὺς ἦν αὐτὴ ἦν, γνοῦσα. Ita paulo post v. 33. Ἡ δ' ὃν

Φῦσαι δήσει· κἄστα πῶς κεἰνη ποτὲ,
Εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα, καὶ μὴ γνοῦσα δὴ,
15 Ὑπόπτερον λέοντα τέξεται πατρὶ,
Ὃς τῆσδε γ' ἄρξει δατέρας πολλῆς χθονός.
Τοιαῦτ' ἀκούσας Λοξίου μαντεύματα,
Γάμων ἀπείχεθ'· ὁ μὲν δέ γε τίκτει λαθὼν,
Πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικώμενος.
20 Δανάην δὲ πρωνόμασε τήνδ', ὅθ' οὔνεκα
Πολὺς παρῆλθεν εἰς γονὴν παίδων χρόνος.

Procreare oportebit. Deinde vero illa *femina* tandem,
Cubile clandestinum cognoscens, et non cognoscens tamen,
15 Alatum leonem pariet patri,
Qui huic agro imperabit, et alii multo.
His Phœbi oraculis auditis,
Ab usu uxoris abstinuit: *tandem* vero oblitus gignit,
A præsenti cupiditate victus.
20 Danaën vero nominavit hanc, quia
Multum tempus præterilit ante liberorum geniturum.

μὴ γνοῦσα τὸν παραμμένον δόλον, Κέλσασι τὸν Θεὸν εἰσφέρουσ' ὕβριν. *Barnes.*

15. Bentleius, Vir summus, Epistola ad Millium, p. 14. "Cum metri ratio, tum res ipsa flagitat, ut *ὑπόπτερον* scribamus, non *ὑπότερον*. Quis non alatum Perseum et in libris legit, et in pictis tabulis vidit?" *λέοντα*, ut Lycophron. v. 33. *Musg.*

Τεθράπτερον λέοντα] Leunculum, quasi sub alis fovendum ob infantiam. Ita lego pro *ὑπότερον*, quod versus ipse repudiabat. Hoc autem verbum, *ὑπόπτερον* nempe, de tenera ætatis prole sæpissime Euripides usurpat; ut Herc. Fur. v. 71. et Androm. v. 441. Leonem autem vocat Perseum ob ferociam bellicam, et quod avo futurus esset, licet imprudens, exitio. Ita unus ex filiis Eduardi Tertii, dux nempe Clarentiæ, dictus erat Leonellus in omen bellicæ virtutis; de quo nos in Historia nostra Eduardi Tertii, præsertim Lib. IV. c. 3. fol. 718, &c. *Barnes.*

16. Pro *δατέρας* Heath. legit *χθονίας*. *Beck.*

18. Γάμων ἀπεί*χεθ'*] Subaudi *δὴν*, diu, vel aliquamdiu; unde etiam putatur Δανάη nomen habuisse; vid. infra ad v. 20. sed, ut apparet ex Pausania et Apollodoro, quod etiam in Græco hujus Fabulæ argumento notavimus, non prorsus in omne tempus matrimonio abstinuit Acrisius: uxorem enim habuit Eurydicen, Lacedæmonis filiam, ex qua Danaën genuit. Γάμος enim simpliciter aliquando pro τὰ Ἀφροδίσια. Mallem sane ita exponi, ut in Latina versione nunc scripsi, *γάμων* pro *χρήσιος γάμων*, ἃ *γαμετῆς*, ut sit sensus: *γυναῖκα ἶχον, ὅμως αὐτῆς ἀπείχετο, ἕως ὑφ' ἡδονῆς ἡττώμενος ἔσπερε θυγατέρα*, &c.

ὁ δέ γε μὲν] Ita lego, cum olim ὁ μὲν δέ γε scriptum erat, insigni versus injuria.

τίκτει] Γεννᾷ. Quod τίκτω, vox mulieribus propria, aliquando et viris tribuatur, satis probavi ad Iphigen. Aul. v. 639. et 474.

Λαθὼν] Subaudi *ἑαυτὸν*, et ita sume, ut a λανθάνω significet, *oblitus:* solemus enim, cupiditate alicujus rei victi, monitorum salubrium oblivisci. *Barnes.*

20. πρωνόμασε] Nec metro hæc vox, nec sensui, satisfacit. Cur enim πρωνόμασε potius quam ὠνόμασε? Anne adeo Acrisius hoc ei nomen, antequam in lucem ederetur, sive mari, sive fœminæ, indidit? Legendum, ni fallor:

Ἐν παρθενῶσι δ' εὐδὺς, οἷς ἐδείματο,
Δίδωσιν Ἀργείαισιν εὔφρουρον κόρας,
Εἰς ἀνδρὸς ὄψιν εὐλαβούμενος μολεῖν.
Εἶθ' ὡς ὁ μακρὸς ἠύξανεν ταύτην χρόνος,
Καὶ κάλλος εἶχεν ἔξοχον καθ' Ἑλλάδα,
Φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατὴρ
Εὐνῇ συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο.
Σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων, εἰς μηχανὴν

Confestim autem in virginalibus conclavibus, quæ ædificavit,
Dat Argivis custodiendam puellis,
In viri conspectum cavens ne veniret.
Deinde vero cum longum tempus hanc augeret,
Et formam haberet eximiam in Græcia,
Amore ineluctabili Jupiter pater correptus
Toris congredi clam cum ea cupiebat.
Aperte vero cum *ei rem* persuadere non posset, ad machinam *dolumque*

Δανάην δ' ἰωνόμαζε τήνδ' —

Barnesius edidit πρωνίμασι. Nec dubitari potest, quin melius hic conveniat aoristus, quam imperfectum. *Musg.*

20. a. Δανάην δὶ πρωνίμασι τήνδ', ἵθ' εἶνεκα Πολὺς παρῆλθεν εἰς γονὴν παιδὸς χρόνος.] Ita, quod supra dixi ad v. 18. Ipse poëta huic etymologiæ videtur favere, a δὶς, Δανάη.

ἵθ' εἶνεκα] De hac locutione vide quæ nos ad Ion. v. 664. Ὅθ' εἵνεκ' ἐλθόντα ἔξιστι μοι Θεοῦ. *Barnes.*

πρωνίμαζε scribit Heath. quia Σ geminatum non est Atticæ dialecti. *Beck.*

22. a. Ἐν παρθενῶσι δ' εὐδὺς, οἷς ἐδείματο, Δίδωσιν Ἀργείαισιν εὔφρουρον κόρας,] Οἷς pro οὓς Attice: ita enim relativum eodem casu solet gaudere, quo antecedens; de qua re nos monuimus ad Ion. v. 32. De virginali autem subterraneo Danaæ cubiculo, ex ære structo, præter quod diximus in argumento, Apollodorus et alii, Horatius Carm. Lib. III. Od. 15. *Inclusam* Danaën *Turris ahenea, robustæque fores, et Vigilum canum Tristes excubiæ munierant satis Nocturnis ab adulteris: Si non Acrisium, Virginis abditæ custodem pavidum, Jupiter et Venus Risissent; fore enim tutum iter et patens Converso in pretium Deo.* Huc refer Pauli Silentiarii Epigram. Anthолog. Lib. VII. fol. 453. Χρύσιαι ἀψαύστοιο λέπτυγες ἅμμα παρείας Ζηνὸς, ἐναὶς Δανάης χαλκιλάτοις Θαλάμοις· &c. Quod autem virgines caute in Παρθενῶσιν custodiri solebant, omnibus notum et nobis supra declaratum ad Iphigen. Aulid. v. 678. Παρθενῶνες autem dicuntur conclavia virginalia, sive loci, in quibus virgines asservabantur, quod et παρθενῶνες poëtice dicitur, ut mulierum conclavia vocabantur Γυναικεῖα, et Γυναικῶνες et Γυναικωνίτιδες. Turcis appellantur *seraglia.* *Barnes.*

23. εὔφρουρον] Malim ἔμφρουρον. *Musg.*

Δίδωσιν Ἀργείαισιν εὖ φρουρεῖν κόρας,] Quod corruptum extat apud Plutarch. II. p. 1044. F. 36. F. Vulgo εὔφρονα. Sophocl. Œd. Col. 917. Ἄγαν τὰ (Vulgo ἄγονα) φωτῶν ἐκτὸς ἐστέρξαμεν. Eurip. Heraclid. 888. χαίρει καὶ μάτην' ἐμοὶ Ὁ πρῶτον εἰπὼν, ὅστις ἠχθόμην λόγοις. Ἐλευθερώσειν μ'. *Por.*

27. ἀφύκτοις] Male Ed. Commel. ἀφίκτοις. *Musg.*

28. λάθρα πως] Ultima in λάθρα syllaba producitur. Ion. v. 343. et v. 360. Lego igitur λαθραίως. [Ex Heath.] *Musg.*

ἠβούλετο.] Pro ἠβούλετο, Attice: ac ἤμελλον, pro ἔμελλον. Vid. ad Helen. v. 751. *Barnes.*

30. ἄπυρος χρυσὸς] *Aurum rude et ignis expers;* nimirum quia in metallis adeo

Τοιάνδ' ἐχώρησ', ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς,
Ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
Διὰ στέγους ῥεύσασιν ἐν χερσὶν κόρης.
Ἡ δ' οὖν, μὴ γνοῦσα τὸν πεπυρωμένον δόλον,
Κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο.
Χρόνῳ δὲ αὐτὴν ὡς κατεῖδ' ἐγκύμονα,
Εἰς θαῦμ' ἐσῆλθε, κἀξεπέπληκτο σαφῶς,
Ὡς εἰς τόδ' ἦλθεν μέμψιν εὐλαβουμένη,

Talem venit, ut in aurum ignis expers conversus,
Quod hanc possessionem mortalibus optabilem *esse* sciret,
Per tectum flueret in manus puellæ.
Illa vero non cognito occulto dolo,
Sinu Deum influentem excepit.
Tandem vero cum vidisset se gravidam *esse*,
In admirationem venit, et rem miram obstupuit:
Quod in hunc statum devenit, quum reprehensiones vitare studuisset,

purum invenitur, ut metallurgorum arte non indigeat. vid. Diodor. Sic. Lib. II. c. 50. Meminit etiam Antiphilus Anthol. H. Steph. p. 46. Legendum tamen, eurhythmiæ gratia:

χρυσὸς ὡς ἄπυρος γεγώς.
Musg.

ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγώς,] Lege ἦν' ἄπυρος. *Por.*

ἄπυρος χρυσὸς] Ἄπυρος fit hic ab *a intensiva*, non autem negativa; ut sonet *aurum igne purgatissimum*; non autem *rude et ignis expers*; nec enim illud oculis æque blanditur. *Barnes.*

Heath. scribit: ἄπυρος ὡς χρυσὸς γεγώς. *Beck.*

33. Ἡ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν πεπυρωμένον δόλον,] Ita Ed. Commel. ubi vitium metri emendari potest, legendo vel:

ἡ δ' ἀγνοοῦσα τὸν πεπυρωμένον δόλον.

vel, ut Piersonus loco citato:

ἡ δ' οὖν δόλον μὴ γνοῦσα τὸν πεπυρωμένον.
Musg.

Ἡ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν πεπυρωμένον δόλον,] Danaë novit *aureum imbrem*, *Jovem* autem in eo absconditum nequaquam putavit. Vide supra ad v. 14. Εὐνὴν πυρφαίαν γνοῦσα, καὶ μὴ γνοῦσα δή. *Barnes.*

35. Χρόνῳ δ' ἑαυτὴν] Ita lego pro δὲ αὐτὴν, euphoniæ causa. *Barnes.*

36. κἀξεπέπληκτο σαφῶς,] Proxima nota ostendemus, σαφῶς cum sequentibus non posse connecti. Hic autem sensum conturbat. Metrum quoque deformat trochæus in quinta sede. Lego:

ὡς θαῦμ' ἐσῆλθ, κἀξεπλάγχθη τὸ σαφές.

Secum mirari cœpit, et rei obscuritate obstupuit. Sic τὸ γενόμενον ἐκπλήττεσθαι, Diod. Lib. I. c. 10.

Piersono placet κἀξεπέπληκτο σφοδρῶς, Verisim. p. 137. Sed aliud, ni fallor, est σφοδρῶς, aliud σφόδρα. Respondet huic Latinorum *valde*, illi, *violenter, cum impetu.* *Musg.*

κἀξεπεπέπληκτο, σαφῶς] Ab ἐξεπλήσσω, verbo decomposito, quod multo satius legendum judico, quam quod prius male legebatur, κἀξεπέπληκτο, cum ε in fine pedis, ante simplex σ, produci commode haud possit. Comma autem post σαφῶς deleo et ante illud pono, ut sit hæc dispositio: κἀξεπεπέπληκτο, ὡς ἐς τόδ' σαφῶς ἦλθεν· ὡς οὐκ ἀμφιλόγως, ἀλλὰ σαφῶς, ἐγκύμων οὖσα εὐλαβουμένη. *Barnes.*

36. a. Constructio est: καὶ ἐξεπεπέπληκτο εὐλαβουμένη μέμψιν, ὡς ἦλθε σαφῶς εἰς τόδε, *et animo perculsa est, reprehensio-*

Φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὁρμωμένην,
Μαθὼν πατήρ νιν ἐγκατάκλειστον δόμοις
Ὀργῇ χολωθεὶς καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει,
Ταληθὲς ὄψει προσποτούμενος μαθεῖν,
Καὶ ταῦτ' ἀληθῆ, καὶ σαφῶς ἔχοντ' ἴδῃ,
Ἔγνωκεν ἄμφω σοντίους ἀφίεναι,
Τὴν παῖδα, καὶ τὸ τεχθέν· ὧν δὲ γ' ἐστάλην,
Μύθους Δαναὴ τούσδ' εὐπροσηγόρους ἄγων
Ἐκ Διὸς, ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν.
Ὑπηρέτην γὰρ ὄντα τἀπισταλμένα
Πράσσειν προθύμως, ὅστις ἂν γ' ᾖ νουνεχής.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ὁ καινοτρόπος οὗτος μῦθος

Fuga vero clam ex hac terra abire cogitantem,
Pater intelligens, conclusam in ædibus,
Ira percitus, et tenebris occultatam servat,
Veritatem aspectu prospiciens resciscere;
Et si hæc vera et certa esse viderit,
Decrevit ambos in mare projicere,
Et filiam, et filium *ejus*. Quorum vero *causa* missus sum *huc*,
Sermones Danaæ hos jucundos afferens
A Jove, celerrime declaraturus perveniam.
Ministrum enim existentem imperata
Facere *oportet* alacriter, quicunque fuerit mentis compos.

CHORUS.

Quis novus hic sermo

nem metuens, quasi scienter hoc probrum admisisset. Heath.

38. Lego, mutato versuum ordine:

φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὁρμωμένην,
ὡς ἦν νιν ἆθ' ἅλθε, μίμφιν οὐλαβουμένην,
μαθὼν πατὴς νιν —

Patriæ reprehensionis metus non erat causa admirationis, de qua in v. 36. sed fugæ, de qua v. 38. Alterum tamen ex recepto ordine colligeres. *Musg.*

42. Legendum haud dubie:

πᾶν τοῦτ' ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχον' ἴδῃ.
Musg.

σάφ' ὡς ἔχοντ' ἴδῃ,] Ita disjunctim lego, pro σαφῶς, quod prius male obtinuit, ut sit hic sensus: καὶ ὡς ἴδῃ ταῦτα, ὡς ἐτέλεψεν εἶχεν, ἀληθῆ, καὶ σάφα ἔχοντα. Quod autem σάφα ponitur pro σαφῶς, ostendimus ad Electr. v. 894. *Barnes.*

43. Ἔγνωκεν ἄμφω σοντίους ἀφίεναι,] Γνώσεται hic pro *censeo, decerno, statuo.* Sic Lucian. in Prometheo: ἄλλα ἔγνωκας σὺ ἐμοῦ ὁ Ζεύς. Sic Plutarch. ἔγνωκεν αὐτὸν μὴ σωθῆν. Et Xenoph. ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, ὑπὲρ τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιῶν, etc. Sic Chilon: τοὺς διαφέροντας ἐγνωκέναι τὴν φίλιν ἐπιθέτεα. Præterea ἀναγνώσεται, quod proprie *lego*, apud Ionas etiam πείθω, *suadeo*, vel πείσιν, *jubeo*, significare solet, ut Herodotus: ἀναγνώσεται βασιλῆα στρατεύεσθαι, suades regi, ut bellum suscipiat. Ita fere Eboracenses nostri: *I read you to do so and so*, i. e. *I advise you. Barnes.*

Κατ' ἰμὰν ἦκεν ἀκουάν;
Ἔνθ' ἀσπερχὴς μενεαίνουσα
Τοῖσδε δώμασι κοιράνου ἀμφίδοξος πελάζω.
Τίς δεσπότιν ἰμὴν Δανάην
Βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν;
Ἦν μή ποτ' ὤφελ' εἰς ὦτα φέρειν
Ὁ πρῶτος τάδε φράσαι τολμήσας,
Ὡς ἐγκύμων εἴληπται, χρανθεῖσα λέκτροις
Ἀνδρός· πατὴρ δέ μιν κλήσας
XVIII. Τί δ' ἄλλο; φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ.

Quid aliud est senex, quam vox et umbra?

XII. Stobæus Tit. LXXVI. *Musg.*

XIII. Stobæus Tit. LXXXIII.—V. 1. Legerim ἴσχει pro ἴσχυ. *Musg.*

Ver. 1. Metrum laborat. Heath. pro ἀμείλικτον legit ἄμικτον; negat enim, priores duas syllabas vocabuli νεανίας uspiam in unam contrahi, quod Toup. Em. in Suid. II. p. 153. censebat. *Beck.*

XIV. Stobæus Tit. LXXXVI. Primum versum emendavit, ex MSS. puto, Grotius, cum antea esset οὐκ οἶδ' ὅπως δὴ σκοπεῖν. *Musg.*

XV. Stobæus Tit. XCIV.—V. 2. εὔκρατος quid sibi velit, nescio. Reddidi igitur, quasi esset: Ὁ μικρὸς ἀβρώστους ἐγίνου, εἰς σ' ὄγκος κακόν. *Musg.*

Ὦ τέκνον ἀνθρώποισιν ἔστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὔκρατος· ἐγίνου δ' ὄγκος κακόν.

in his merito suspecta fuit vox εὔκρατος Musgravio, cujus tamen conjecturam probare non possum. An fuit

Ὦ τέκνον ἀνθρώποισιν ἔστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὐκτός, γίγνεται δ' ὄγκος κακόν.

Sunt quibus angusta res sit desiderabilis, magna autem rerum copia perniciem afferat. Ut εὐκτὸς in εὔκρατος mutaretur, in causa fuisse videntur ductus illi, quibus librarii elegantiæ studiosi literas connectere et conjungere solebant. Eodem modo peccatum esse puto in loco Archytæ apud Jo. Stobensem. Tit. I. p. 15. 18. αἶνα ἐν διαφόρως καὶ μὴ κακῶς ἔκαστα τὰ καὶ ἀληθῶν καὶ τριῶν ἀντιβιβάσαι. Legendum videtur: αἶνα οὖν ἀδιαφόρως καὶ μετρίως ϑ. In Fragm. Musonii apud eundem Tit. XXIX. p. 204. 2. pro τυχεῖν δὲ τοῦ ἐν ἄκρασιν τινὸς τυπόντας ἐνστατικοὺς αἰεί, scribam ἐνστατικῶς. quod in mente habuit Latinus interpres, qui eum *incitabat* vertit. *Jacobs.*

XVI. Stobæus Tit. CVIII. Codex Incert. CXXI. *Musg.*

Heath. censet, apud Plut. (v. Inc. l. l.) esse tantum aliam lectionem hujus fr., non aliud fragmentum. *Beck.*

XVII. Stobæus Tit. CXVI. *Musg.*

XVIII. Stobæus Tit. CXVII. *Musg.*

XIX. Τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς πεθηκέναι,
Καὶ τὰ 'κχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;

Quid mortuos non interire sinis, sed præteritos dolores renovas?

XX. 'Ανδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
'Ασκοῦσι χάριτας κερτόμους· ἐγὼ δὲ πῶς
Μισῶ γελοίους, οἵτινες ἐπὶ σοφῶν
'Αχάλιν' ἔχουσι στόματα, κ' εἰς ἀνδρῶν μὲν οὐ
Τέλοῦσ' ἀριθμὸν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς.
Οἰκοῦσι δ' οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα
Ἔσω δόμων σώζουσι.

Multi autem viri ridiculi causa sectantur jocos mordaces. At ego nescio quomodo lepidos odi, qui sapientes ore impudenti illudunt, qui in virorum numerum non veniunt, sed in risu movendo suaves sunt. Famulis autem, qui ædes et in ædibus convecta custodiunt, *magis confido.*

XXI. Τίς τὰ παιδί' ἐξέθηκεν εἰς πατρὸς βουφόρβια;

Quis pueros in patris stabulis exposuit?

XXII. Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα·
Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
'Επεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
Δένδρη, πετεινὰ, θῆρας, οὓς θ' ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

Non meus hic sermo, sed a matre acceptus; quod cœlum et terra faciem habebant indiscretam: Quum vero a se invicem segregarentur, pepererunt omnia et in lucem protulerunt, arbores, volucres, feras, quosque in se mare alit, et mortalium genus.

XXIII. * * * εἰ δὲ παρθένος
Φθαρεῖσά [γ'] ἐξέθηκέ [νυν] τὰ παιδία,
Φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον;

Quod si virgo vitiata natos nunc exposuit, patrem formidans, an tu cædem patrabis?

XIX. Stobæus Tit. CXXV. *Musg.*

XX. Athenæus initio Lib. XIV.—V. 3. Legendum forte σοφῶν ἰσχί. Postremis versibus, qui omni ænigmate obscuriores sunt, sententiam qualemcunque restituas legendo:

Οἰκοῦσι δ', οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα
Ἔσω δόμων σώζουσι [πανταὸν πλέον.]

Musg.

Ver. 2. Barnes. ἐγὼ δέ πως.—V. 3. μὲν ante ἐπὶ inserit. *Beck.*

XXI. Dionys. Halicarn. Vol. II. p. 85. Ed. Hudson., habet εἰς τὰ τοῦ πατρός. Loquitur Melanippe. *Musg.*

XXII. Dionys. Halicarn. Vol. II. p. 58. et 103. Euseb. Præp. Evang. p. 20.—V. 5. pro δίνδρα πετηνὰ metri causa scripsi Δίνδρη, πετεινά. Melanippes pater cum infantes in boum stabulis repertos ipsarum boum fœtum esse putaret, et tanquam monstrum comburere in animo haberet, ipsa, ut ostendat, omnia secundum naturam fieri, nec quidquam omnino monstrosum esse, his patrem alloquitur, teste Dionysio. *Musg.*

Ad v. 1. respicit Plato T. III. p. 177. A.—V. 5. Barnes. Τὰ δίνδρα, πετηνὰ — Δίνδρη, πετεινὰ exhibet Diod. Sic. T. I. p. 11. *Beck.*

XXIII. Dionys. Halicarn. Vol. II. p. 103. docet, hæc Melanippes verba esse in fine orationis, qua patrem a natorum cæde

XXIV. Ἴσως ἀλάστορας οὐκ ἐστύλωσε κτανεῖν.

Fortasse homicidas non quivis est occidere.

XXV. Οὐκ ἔστι πράττοντός τι μοχθηρὸν λαθεῖν·
Ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ἁρᾷ.

Fieri non potest, ut, qui scelus aliquod admiserunt, lateant. Nam acutum cernit tempus, quod omnia subjecta habet.

XXVI. Ἀλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος·
Αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
Αἰσχος γυναιξὶ καὶ κακοίνωνται ψόγον,
Ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί· τὰ δ' εἰς γάμους
Οὐδὲν δοκοῦσιν ὑγιὲς ἀνδράσιν φρονεῖν.

Miserrimum est odii causa genus muliebre. Quae enim peccarunt infamiam, et probrum innocentibus feminis conciliant, castis incestae: unde universae viris, quoad connubii jura, non recte sentire existimantur.

XXVII. Ἡ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
Χρησμοῖσι σαφέσιν, ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Quae primum quidem deorum voluntatem vaticinata est certis oraculis, ex stellarum ortibus.

XXVIII. Τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖ.

Alterum vero, prope bovem projectum, Boeotum vocat.

MELEAGER. *

1. Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
Ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῆσδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς, ὃς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ,

avertere conatur.—V. 2. γ' et τιν metri causa supplentur.—V. 3. Dionysius habet φόνου ἐρᾶσαι. *Musg.*

Pro τιν Barnes. supplevit τις. Valck. conjicit — ἐξίδησιν εἰς βουφόρβια. Toup. in Suid. III. p. 21. — γ' ἐξίδησι καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα. *Beck.*

XXIV. Erotianus v. Ἀλάστορες. *Musg.*

XXV. Stobaeus Eclog. Phys. Tit. XI. ex Penelopa citat. Sed nullam Penelopam scripsit Euripides. vid. Aristoph. Thesm. 554. [Barn. Fr. Penelop.] *Musg.*

XXVI. Stobaeus Tit. LXIX. *Musg.*

XXVII. Clem. Alex. p. 306. sed emendatius Cyrillus in Julian. IV. p. 134. B. Hippo, de qua hic sermo est, Melanippes forte soror erat, Euripidi certe in Melanippa memorata, teste Hygino Poët. Astr. II. 18. *Musg.*

Ver. 2. Clem. et hinc Barnes. inter Inc. χρησμοῖσιν ἃ δ' ἀντίχων ἐκαστολάς. Ex Melanippa esse, docuit Valck. ad Phoen. 506. qui et v. 1. legit προὐμαντεύσω, sed tuetur vulg. Heath. et rescribit v. 2. ἐκαστολαῖς. *Beck.*

XXVIII. Steph. Byzant. v. Βοιωτία. Boeotus hic Melanippae filius erat. [Barnes. in Inc.] *Musg.*

In Schol. Arist. Thesm. 279. Suid. V. Παρασιτεῖν δοκοῦμεν, profertur ex Menalippa Σοφοκλέους (sed legendum cum Bergl. σοφῆς) versus hic: Ὅμοιμα δ' ἦλθ' ἐλπίδ' ἀπαντῶν Διός. Quem tamen Euripidi abjudicat Valck. D. p. 40. *Beck.*

* Meleagri historiam omnes fere Mythologi enarrant. Vide Hygin. Fab. CLXXIV. Ovid. Metam. Lib. VIII. Apollodor. Lib. I. 8. et Homeri interpretes ad Iliad. ι'. *Musg.*

1. Hos versus, prologi initium, censuerunt Arist. Ranis 1209. ibique Scholiastes. Lucianus Sympos. cap. 25. Sche-

Λήδας ὅμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.
[Οὗτός] ποτ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,
Θύων ἀπαρχὰς, οἶκα ἔθυσεν [ἐν μέρει]
Ἀρτέμιδι.

Calydon quidem hæc regio, ex adverso terræ Pelopis campos beatos obtinens. Œneus vero regnat hic in Ætolia, filius Porthaonis, qui Althæam olim uxorem duxit, Ledæ sororem, Thestii vero filiam. Hic aliquando ex arvis segetem copiosam metens, et primitiis sacra faciens, Dianæ cum cæteris non sacrificavit.

II. Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν.

III. Κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας. Radii musici studium.

IV. Σιδηροβριθὲς ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.

Dextra arripuit clavam instar ferri gravem.

V. Τὸ μὲν * * ἐν φῶ· τὸ δὲ κατὰ σκότος, κακόν.

Hoc quidem in luce. Quod autem in tenebris, malum est.

VI. Τέλαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι
Πρόβλημα θηρὸς, βόστρυσι δ' ἔστεφεν κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν εὐδαίμονα.
Κύπριδος δὲ μίσημ' Ἀρκὰς Ἀταλάντη, κύνας
Καὶ τόξ' ἔχουσα, πελέκεως δὲ δίστομον
Γίνυν· πέπλ' ἀλλακάταιος. οἱ δὲ Θεστίου
Κοῦροι τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάβυλοι ποδὸς,
Τὸν δ' ἐν πεδίλοις ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
Ἔχοισιν, ὅς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος.

Telamon vero in parma [gestavit] aquilam aureum, hanc feræ opponens, pampinis vero caput redimivit, Salaminem, patriam beatam, honestans. Arcas vero Atalanta, Veneri exosa, canes et arcus secum habens; securis autem duplicem aciem vibrabat Ancæus. Thestii autem filii, pedis sinistri vestigia nudi, alterum vero calceati erant, ut genu flexile haberent, qui omnium Ætolorum mos est.

liastes in Rhetorica Aristoph. III. 9. et Dem. Phalereus.—V. 6. Aristophanes, perspicuitatis gratia, quippe præcedentes versus non citans, Οἰνῆος exhibet, pro quo Οὗτος cum Valckenario V. Cl. restituendum censeo.—V. 7. metri causa supplevi ἐν μέρει, quod simili sensu habet Plutarch. Æmil. Paull. in initio. *Musg.*

Ver. 1. Barnes. ad Fragm. Melanipp. retulit.—V. 4. Heath. vult Παρθάονος παῖς, et confert Apollod. I. 7, 11.—V. 7. idem corrigit οἷα ἔθυεν Ἐνδίᾳ, sed Valck. p. 137. supplet παρθένῳ, aut Διὸς κόρῃ. *Beck.*

II. Etymol. M. in Μελέαγρος sine nom. fabulæ. Ex Prologo desumtum videtur. Lusus verborum interpretari non sinit. *Musg.*

ἀγρεύεις corrigit Valck. p. 138. *Beck.*

III. Aristoph. Ran. 1351. ibique Scholiast. *Musg.*

IV. Aristoph. Ran. 1447. ibique Scholiastes. *Musg.*

V. Etymol. M. v. φῶ. *Musg.*

Barnes. supplevit γὰρ. Valck. p. 140. legit: Τὸ μὲν γὰρ ἐν φῶ· τὸ δὲ κάτω σκότος κακόν. *Beck.*

VI. Macrob. Saturnal. V. 18. testatur, in Euripidis tragœdia, quæ Meleager inscribitur, nuncium induci describentem, "quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant; in eo hos" versus esse.—V. 6. eximie emendavit Jo. Schraderus V. Cl. legens; Γίνυν γ' ἰσαλλ' Ἀγραῖος. Valckenærius (p. 145.)

VII. Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
Ἀριθμὸν, ἀλλ' ἄπεισι, κἂν παρῶσ' ὅμως.

Homines enim meticulosi in pugna nullius pretii sunt, sed ut maxime præsentes sint, absunt.

VIII. Ὡς ἡδὺ δούλοις δεσπότας χρηστοὺς λαβεῖν,
Καὶ δεσπόταισι δοῦλον εὐμενῆ δόμοις.

Quam jucundum est servis dominos clementes sortiri, et dominis servum familiæ amicum.

IX. Εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τύχοι ποτὲ,
Τῶν ἐν πόνοισιν ἡμερευουσῶν ἀεὶ
Βελτίον' ἂν τέκοιμι δώματι τέκνα.
Ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐκπονουμένων
Σκληρὰς διαίτας, οἱ γόνοι βελτίονες.

Quod si in conjugium veniam, quod nunquam, oro, contingat, præstantiores corpore liberos pariam, quam ea, quæ semper in ædibus vitam agunt. Nam ex patre et matre duræ vitæ assuetis melior fit proles.

X. Ἡγησάμην οὖν, εἰ παραζεύξειέ τις
Χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτεκνεῖν·
Ἐσθλοῖν δέ τ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἀμφοῖν ἔκγονον.

Putavi ergo, si quis forti conjugi ignavum copulaverit, progeniem non egregiam fore; sed ex bono utroque parente bonam prolem nasciturum.

XI. Εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος,
Γυναιξὶ δ' ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναὶ,
Ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπταικότες
Κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἰσιν, οὐδ' ἡμεῖς ἔτι.

Si textrinæ labor viros occuparet, fœminis vero incideret militiæ amor, nec illi, arte sua excussi, ullius pretii essent, nec nos amplius.

XII. Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖχ' εἶναι χρεών
Ἐσθλήν· θύραζε δ' ἀξίαν τοῦ μηδενός.

Bonam fœminam domi manere oportet; foris versari, quæ nullius pretii est.

pro Γίνου γ' prætulerit Γινῆδ', i. e. Γινῆδα. *Musg.*

Ver. 6. Barnes. ἀλλοπόταιος, et mox Παῖδες ν. λ. Valck. l. l. legit Κόρυ. *Beck.*

VII. Stobæus Tit. VIII. *Musg.*

VIII. Stobæus Tit. LXII. *Musg.*

IX. Stobæus Tit. LXX. Clem. Alex. p. 620. Ed. Par. cui ἐκπονουμένων, v. 4. pro ἔστις ἐκπονοῦ repositum, debeo. Loquitur, puto, Atalanta, cui unice convenit illud ὃ μὴ τύχοι. Unde sequitur, v. 2. pro πόνοισι legendum δόμοισι, et v. 3. σώμασιν pro δώματι. *Musg.*

Ver. 3. Barnes. Βέλτιον δὲ et δώμασιν. Prius jam ita, ut hic legitur, correxit Heath. Valck. p. 143. δώμασιν præfert, et paullo ante pro αὖ legit τοι.—V. 4. Barn. Ἐκ μὲν —. *Beck.*

X. Stobæus Tit. LXXII. Ver. ult. bene sic emendat Valckenarius V. Cl. Ἐσθλοῖν δὲ γ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον. p. 142. *Beck.*

XI. Stobæus Tit. LXXIII.—Ver. 3. legendum cum Valckenario V. Cl. παρεστηκότες.—V. 4. malim ἦσαν, οὐδ' ἡμεῖς. Grotio placet ἦν. *Musg.*

XIII. Καὶ κτῆμα δ', ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον τόδε,
Πλούτου δὲ κρεῖσσον· τοῦ μὲν ὠκεῖα πτέρυξ.
Παῖδες δὲ χρηστοὶ, κἂν θάνωσι, δώμασι
Καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε
Ἀνάθημα βιότου, κοὔ ποτ' ἐκλείπει δόμους.

Et hoc quidem peculium, O genitrix, pulcherrimum est, et auro praestantius. Hujus enim velox abire penna est: at nati virtute excellentes, etiamsi moriantur, domui honestus thesaurus sunt, et parentibus vitae decus, nunquam periturum.

XIV. Μόνον δ' ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις,
Γενναιότητα, κἀρετήν· καλὸς δέ τις
Κἀκ τῶν πονηρῶν σωμάτων γένοιτο παῖς.

Hæc tantum pretio non compares, animi magnitudinem et virtutem. Puer autem formosus facile ex parentibus deformibus nascatur.

XV. Τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν· κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
Γῆ καὶ σκιά· τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ῥέπει.

Viventibus benefacito. Qui mortem obiit, umbra tantum et cinis est; nihil erat et ad nihil abit.

XVI. Φεῦ· τὰ τῶν εὐδαιμονούντων ὡς τάχα στρέφει Θεός.

Eheu! quam cito felicium statum subvertit Deus.

XVII. Τερπνὸν τὸ φῶς μοι· τὸ δ' ὑπὸ γῆν ἄδου σκότος
Οὐδεὶς ὄνειρον οὐδεὶς ἀνθρώπους μολεῖν.
Ἐγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλίκη δόμου
Ἀπέπτυσ' αὐτὸ, κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν.

Jucundum mihi lumen vitale. At Orci sub terra caligo, etiam in somnio homini visa, formidolosa est. Ego saltem, quamvis grandæva sim, abominor eam, et nunquam mori opto.

Ver. 3. Barnes. μὲν pro γὰρ, et cum Grot. ἦεν, quod et Valck. p. 143. placuit, qui etiam Κεῖναι et οἵδ' maluit. *Beck.*

XII. Stobæus Tit. LXXIV. *Musg.*

Ver. 2. Barnes. θέρσειν. Valck. p. 143. vult θέρσειν ἀξίαν, vel potius ἐμοῖσι δ' ἀξίαι σοῦ μηδενός. *Beck.*

XIII. Stobæus Tit. LXXV. *Musg.*

Ver. 3. Heath. monet, Θάνωσι stare non posse. Conjicit igitur κἂν σπάνωσι, vel κάμνωσι. *Beck.*

XIV. Stobæus Tit. LXXXVII. *Musg.*

Ver. 3. Barnes. Κἂν ἐκ πονηρῶν. *Beck.*

XV. Stobæus Tit. XCVIII. sed emendatius Tit. CXXII. *Musg.*

Versus, ut hic scripti sunt, et ut legi voluit Valck. p. 144. mutato tantum verbo βίωσι in βλίσω, Barnes. retulit inter fragm. Pirithoi, sed hoc loco habet: T. ζ. εὖ δρᾶν κ. οὐδεὶς ἀνήρ. Γῆ κ. σ., τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν βλίσω. *Beck.*

XVI. Stobæus Tit. CV. *Musg.*

XVII. Stobæus Tit. CXX.—V. 2. Sic corrigere tentabam: Οὐδ' εἰς ὄνειρον ἀδὶς ἀνθρώπους μολεῖν.—V. 3. Haud dubie legendum cum Valckenærio τηλικοῦδ' ὄμως. *Musg.*

V. 2. Grotius ita edidit: Οὐδεὶς δ' ὁδὸν, αὖ εἰς ἀνθρώπους μολών. Barn. αὖ in ἄψ mutavit. In cod. Stob. Paris. legitur: ἄνειρον κ. φ. μ. τὸ δ' ὑπὸ γῆν δ' ᾅδου σ. οὐδεὶς ὄνειρον οὐδεὶς ἀνθρώπους μολεῖν. Hinc Valck. p. 140. legit ita:

Ἠὼ γὰ τὸ φῶς μοι· τὸ δ' ὑπὸ γῆν ᾅδου σκότος
Ἀτίζετον οὐδεὶς ὥλεσ' ἀνθρώπων ἰδεῖν.

Pro ᾅδου etiam ἀεὶ scribi posse monet. Idem putat, hos quatuor versus secutum esse illum, qui apud Musgr. fr. Inc. not. 79. ψυχῆς, &c. et post hunc lectum esse illum, qui supra fr. 5.

V. 2. Jacobs. p. 16. s. tractat: "In

XVIII. Εἰς ἀνδροβρῶτας ἡδονὰς ἀφίξεται
Κάρηνα Τυδεὺς γένυσι Μελανίππου σπάσας.

In humani cibi cupidinem veniet Tydeus, caput Melanippi maxillis lacerans.

XIX. Ὁρᾷς σύ νυν δή μ' ὡς ἐπεφύκνας, τύχη.

Vides nunc, fortuna, quam me mitem reddidisti.

XX. Καθωσίασε. Immolavit.

XXI. Ἀντήλιοι θεοί. Dii orientem spectantes.

XXII. Ἡ γὰρ Κύπρις σκότῳ φίλη,
Τὸ φῶς δ' ἀνάγκην προστίθησι σωφρονεῖν.

Venus enim tenebris amica est. At lux castitatem necessariam facit.

XXIII. Ὦ Ζεῦ, γένοιτο καταβαλεῖν τὰν σὺν ἐμέ.

O Jupiter, aprum me dejicere concede.

ŒDIPUS. *

I. Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή,
Ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ τὸν ξυνόντ' ὑπερφρονεῖ.

Omnis enim casta matrona serva est viri; improba autem pro stultitia conjugem contemnit.

II. * * * πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς
Κακίαν ἄλοχος, κἂν ὁ κάκιστος
Γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

Omnis enim mulier viro pejor, licet pessimus ducat famæ præstantem.

desperatis rebus, inquit, desperata medicina opus est. Non omnino tamen a vulgatis litteris correctio nostra abhorret:

Ξυντὸς θέλει γ' ἂν οὐδὲς ἐνθρώπους μολεῖν.

Nemo hominum, modo sanus sit, Orcum subire velit." Idem V. D. probat Valckenarii emendationem versus 8. Sed non video, quomodo Valckenarii ἅμως cum ipsius emendatione stare possit. *Beck.*

XVIII. Schol. Pindari ad Nem. X. 12. habet ἀνδροβρώτους, et v. 2. Κάρηνα Πιερικὰν. *Mus.*

Ver. 1. Barnes. ἀνδροξεύστους. Valck. p. 142. vult ἀνδροβρώτους.—V. 2. Grot. et Barnes. πάσας pro σπάσας. Salmas. ad sr. Dosiad. II. p. 157. et Heath. malunt Κάρηνα συγεναῖν γ'. — *Beck.*

XIX. Suidas v. Νῦν δὲ sec. MS. Leidens. Ed. Vet. τύχην. Præ utroque malim: ὡς ἐπεφύκνας, τύχαι. *Mus.*

Edd. vett. γ' pro μ'. *Beck.*

XX. Hesychius in voce. *Mus.*

XXI. Hesychius v. Ἀντήλιοι. *Mus.*

XXII. Stobæus Tit. LXIV. *Mus.* Leg. τῷ σκότῳ. *Por.*

XXIII. Hermogenes p. 564. Scholiastes in Aristot. Rhetor. III. 9. Aristides cap. περὶ ἐνθύμων. *Mus.*

Hoc fragm. ad Malesagrum Euripidem retulit Valck. D. p. 145. *Beck.*

* Unum est, quod de hujus dramatis œconomia novimus, Œdipum utique non a scipso, sed a Laii famulis, exercitum fuisse. Vid. Schol. in Phœniss. v. 68. *Mus.*

I. Stobæus Tit. LXIX. Clem. Alex. p. 499. Ed. Par. *Mus.*

II. Stobæus Tit. LXXIII. Clem. Alex. p. 499. Ed. Par. *Mus.*

Primus fr. versus apud Stob. deest. *Beck.*

III. Ἡμεῖς δὲ Πολύβου παῖδ' ἰερίσαντες πέδῳ
Ἐξομματοῦμεν καὶ διόλλυμεν κόρας.

Nos autem Polybi filium humo affigentes, exoculamus et pupillas eruimus.

IV. Εἰμαρμένον δὲ τῶν κακῶν βουλευμάτων
Κακὰς ἀμοιβὰς ἐστι καρποῦσθαι βροτούς.

Fatale est, ut scelestorum consiliorum malas mercedes accipiant homines.

V. Οὗτοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
Καὶ χρυσός ἐστιν· ἀλλὰ κἀρετὴ βροτοῖς
Νόμισμα κεῖται πᾶσιν, ᾗ χρῆσθαι χρεών.

Non candidum duntaxat argentum et aurum pro pecunia habendum est; sed et virtus hominibus pecuniæ loco est, qua uti oportet.

VI. Πότερα γενέσθαι δῆτα χρησιμώτερον
Συνετὸν ἄτολμον, ἢ θρασύν τε κἀμαθῆ.
Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῖν σπαιὸν, ἀλλ' ἀμύνεται.
Τὸ δ' ἡσυχαῖον ἔργον· ἐν δ' ἀμφοῖν νόσος.

Utrum melius est homini, prudentem esse sine fortitudine, an strenuum et consilii inopem. Alterum horum temerarium, sed se tuetur: at placidum illud ignavum: neutrum igitur sine malo.

VII. Φθόνος δ' ὁ πολλῶν φρένα διαφθείρων βροτῶν,
Ἀπώλεσ' αὐτὸν κἀμὲ συνδιώλεσεν.

Invidia, quæ mentem multis pervertit, illum exitio meque una dedit.

VIII. Νοῦν χρὴ θεᾶσθ'· οὐδέν τι τῆς εὐμορφίας
Ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ.

Mentem intueri oportet. Nihil juvat pulchritudo, cum quis pulchrum non habet animum.

IX. Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή·
Ἴσην γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω,
Τέκνων θ' ἁμαρτεῖν καὶ πάτρας καὶ χρημάτων
Ἁλόχου τε κεδνῆς· ὡς μόνων τῶν χρημάτων
Ἡ κρεῖσσόν ἐστι τἀνδρὶ, σώφρον' ἂν λάβῃ.

Tyrannidis instar viro liberi et uxor est. Aio enim, non minorem esse calamitatem, uxore pia et liberis destitui, quam patria et fortunis. Quippe unum hoc bonum reliquis omnibus excellit, si quis castam uxorem sortiatur.

III. Schol. in Phœniss. 59. *Musg.*

Ex eodem Schol. Phœniss. loco quatuor versus huc retulit Barnes. quos Valck. p. 612. docet esse verba Scholiastæ. *Beck.*

IV. Stobæus Eclog. Phys. Tit. VII. vid. Grotium in Excerptis. Apostol. II. 4. Plut. Op. Mor. p. 40. Ed. Steph. *Musg.*

V. Stobæus Tit. I. Clem. Alex. Sophocli tribuit, p. 484. Ed. Par. *Musg.*

Barnes. καὶ ἀρετὴ. Heath. malebat χρεὼν, præeunte Clem. Alex. p. 574. Pott. *Beck.*

VI. Stobæus Tit. VII.—V. 4. Legendum ἄργον. *Musg.*

VII. Stobæus Tit. XXXVIII. *Musg.*

VIII. Stobæus Tit. LXVI. *Musg.*

X. Ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή.

Aliorum vero omnium maxime indomitum est mulier.

XI. Πολλάς γ' ὁ δαίμων τοῦ βίου μεταστάσεις
Ἔδωκεν ἡμῖν, μεταβολάς τε τῆς τύχης.

Multas vitæ conversiones numen nobis præbet, et fortunæ mutationes.

XII. Ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Sed vita multas vicissitudines habet.

XIII. Ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὑτοῦ τύχας
Εἰς πάντας ἀμαθές· τὸ δ' ἐπικρύπτεσθαι σοφόν.

Hominem vero proprias labes palam omnibus facere, inconsultum est; celare autem, sapiens.

XIV. Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
Φανεῖσα, μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον
[Τέρπει.]

Lætitia insperata, major hominibus apparens, plus delectat, quam quod exspectatum venit.

XV. Ἑνὸς δ' ἔρωτος ὄντος οὐ μί' ἡδονή.
Οἱ μὲν κακῶν ἐρῶσιν, οἱ δὲ τῶν καλῶν.
Ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
Ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴην ἐγώ.

Amor etsi unicus sit, non una est voluptas. Alii mala diligunt, alii honesta. At amor, qui ad castitatem et virtutem ducit, optabilis est mortalibus, quorum ipse semper unus sim.

XVI. Οὐρὰν ὑπίλλουσ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν
Ἐκαθέζετ'.

Sedebat caudam sub pedes leoninos subducens.

XVII. Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός;
Ἣν οὐδ' ἂν εἴπois, οὐδὲ μετρήσειας ἄν,

IX. Stobæus Tit. LXVII.—V. 4. et 5. Legendum forte μέσον τῶν χρημάτων κρέττονον. *Musg.*

Ver. ult. Heath. mavult: Καὶ κρεῖσσον — vertit sic: "Parem enim homini calamitatem esse dico, si ex una parte liberis, et patria, et facultatibus privetur, et si ex altera uxorem bene moratam amittat. Nam opibus solis etiam pluris hæc est homini, modo proba ei contingat." *Beck.*

X. Stobæus Tit. LXXIII. *Musg.*

XI. Stobæus Tit. CV. *Musg.*

XII. Stobæus ibid. *Musg.*

XIII. Stobæus Tit. CX. *Musg.*

XIV. Stobæus Tit. CXII. Verbum ex conjectura supplevi. *Musg.*

Olim comma post μᾶλλον erat positum, quod correxit jam Heath., qui nihil supleri vult, sed accipit, quasi sit μείζων ἐστι. *Beck.*

XV. Stobæus Eclog. Phys. Tit. XII. Æschines contra Timarchum. Hermogenes de Gravitate Orat. *Musg.*

XVI. Erotian. v. ὑπίλλου. Ælian. Hist. Anim. XII. 7. Athenæus, p. 701. *Musg.*

Apud Schol. Eurip. Phœn. p. 790. Valck. est Οὐρὰν δ' et Ἐκαθίζετο. Æl. Οὐρὰν δ' ὑπάλλουσα (at in marg. ὑπιλλῶσ') Καθίζετο. Athenæus ὑπίλλου'. Valck. D. p. 193. conjicit ὑπίλλου'. *Beck.*

XVII. Stobæus Eclog. Phys. Tit. XII.

Ὅση πέφυκε κἀφ' ὅσον διέρχεται.
Αὕτη τρέφει σε κἀμὲ καὶ πάντας βροτούς·
Τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς,
Ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τῆς θεοῦ.
Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅτ' ἂν ξηρὸν πέδον
Ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ.
Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
Ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταυτὸν δύο,
Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα, κἀντρέφουσ' ἅμα,
Ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Non vides, quantum numen sit Venus? Quam neque dicas unquam, neque cogites, quanta sit, et quam longinqua attingat. Illa nutrit me et te, et omnes mortales. Cujus rei indicium non oratione tantum audies, sed re ipsa deæ potentiam tibi ostendam. Amat imbrem terra, quoties humus arida præ siccitate sterilis humoris eget. Sed et cœlum venerabile, imbribus repletum, amat instinctu Veneris in terram decidere. Quum autem hæc duo una miscentur, pariunt simulque educant ea omnia, quorum ope genus humanum vivit vigetque.

ŒNEUS. *

1. Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον
Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν
Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς,
Ὤικησεν Ἄργος, παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν
Συνῆψε γένναν.

Salve, O terræ paternæ Calydonis solum dilectissimum, unde ob cædem cognatam exsulans Tydeus, Œnei filius, meus autem pater, Argos incoluit, et filiam Adrasti matrimonio ducens, genera conjunxit.

Athenæus, p. 599. a. Plut. Op. Mor. p. 787. et 1347. Ed. Steph. M. Antoninus, Lib. X. 21. Aristot. Eth. Nicom. IX. 1. Eth. Magn. II. 11. bis Eth. Eudem. VIII. 1. Fulvius Ursinus, MSS. ut credibile est, auctore, ex Œdipode citat in Virg. collat. cum Græcis, p. 135. Alioqui, cum Stobæus Fragmentum, quod proxime apud eum his versibus subjectum est, ad Œdipum referat, hos certe versus ex quavis potius fabula, quam ex Œdipo, desumtos suspiceris. *Musg.*

Partem fragm. habet etiam Eustath. in Iliad. ξ'. p. 967. 6. Barnes. retulit inter Inc. v. 15. ss.—V. 2. Barnes. Ἀλλ' οὐδ' ἄν — mox κἀφ' restituit Heath. pro vulg. κἀφ'.—V. 7. Valck. D. p. 51. scribit ὅταν, et mox cum Barnes. ἴχω.—V. 10. et 11. Idem ἐς legit, et contulit, p. 57. simillimos versus ex Æschyli Danaidd.—V. 12. Eustath. pro Τίκτουσιν dat φύουσιν, et v. 13. Δ' ὧν pro ὅθεν.

Quæ apud Barnes. sequitur fabula Oileus, non Euripidis est. Scripsit eo nomine tragœdiam Sophocles, e qua alterum fragm. depromtum est; prius pertinet ad Syleum. *Beck.*

* Argumentum Fabulæ enarrat Scholiastes Aristophanis ad Acharn. v. 417. Erat autem hujusmodi. Œneus, post filii Tydei mortem, ab Agrii fratris filiis regno privatus est; quos deinde Diomedes, Tydei filius, interficiens, avum Œneum pristinæ dignitati restituit.

1. Scholiastes Aristot. in Rhetor. III: 16. Prologi initium est. Loquitur Diomedes. *Musg.*

II. ΔΙΟ. Σὺ δ' ὦδ' ἄρημος ξυμμάχων ἀπώλυσαι;
ΟΙΝ. Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες, κακοί.

Dio. Tu autem adjutoribus adeo destitutus peris? *Œn.* Alii enim vivere desierunt: Qui autem supersunt, ignavi sunt.

III. Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἵμ' ἐτιμωρησάμην
Σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὀλωλότων.

Ego autem patris cædem ultus sum, cum mortuorum adolescentibus.

IV. Ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.

Alius aliis moribus delectatur.

V. * * τὰς βροτῶν
Γνώμας σποτίζων, ὥστε Μαγνῆτις λίθος,
Τὴν δόξαν ἕλκει, καὶ μεθίστησιν πάλιν.

Hominum judicia effluentia, velut lapis Magneticus, opinionem ad se trahit, iterumque avertit.

VI. Ὡς οὐδὲν ἀνδρὶ πιστὸν ἄλλο, πλὴν τέκνων·
Κέρδους δ' ἕκαστι καὶ τὸ συγγενὶς νοσεῖ.

Nihil utique, nisi liberi, homini fidem præstat. Propter lucrum vero etiam cognati peccant.

VII. Σχολὴ μὲν οὐχί· τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως
Τερπνὸν τὸ κλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας.

Otium quidem nullum est: miseris tamen jucundum est enarrare iterum et lugere mala.

VIII. Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασιν
Κάρα γέροντος· τὸν βαλόντα δὲ στέφειν
Ἐγὼ τετάγμην ἆθλα κοττάβων διδούς.

Frequentibus autem vini jactibus caput senis impetebant. Ego autem jussus eram coronare eum, qui scopum tetigisset, præmia cottaborum dispensans.

IX. Ὅταν κακοὶ πράξωσιν, ὦ ξένοι, καλῶς,

II. Aristoph. Ran. v. 72. ibique Scholiastes. *Musg.*

III. Erotian. v. τιμωρίσασα. Loquitur Diomedes. *Musg.*

IV. Clem. Alex. p. 619. Ed. Par. *Musg.*

V. Suidas v. Ἡράκλεια, apud quem veteres quidam critici perverse hos versus interpretati videntur. Magnetem enim intelligi ex ultimo versu clare liquet. σποτίζων, quod ex conjectura hic dedi pro σπουδῶν, in σπότιον primum transiisse videtur, deinde σποδῶν. *Musg.*

Ver. 2. Grotius pro σποδῶν dedit σποδήσας. Heath. mavult σποδῶν γὰρ, qui etiam docet, magnetem lapidem, qui ferrum attrahit, intelligi, contra Salmas. ad Solin. p. 776. *Beck.*

VI. Stobæus Tit. LXXV. *Musg.*

VII. Stobæus Tit. CXIV. Galen. de Hippocrat. et Platon. Lib. IV. cujus lectionem sequor. Œneum loqui puto. *Musg.*

Ver. 2. Stob. Tit. τὸ λίξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν, unde Valck. D. p. 197. collato Galeni loco, legit: T. τὸ λίξαι κἀποδύρασθαι τύχας. *Beck.*

VIII. Athenæus, p. 666. qui locus de Cottabo videndus, quem tamen clarius explicat Nonnus Dionys. Lib. XXXIII. —V. 3. lego κοττάβων. Loquit videtur Œnei famulus. *Musg.*

Ἄγαν κρατοῦντες, κ' οὐ νομίζοντες, δίκην
Δώσειν, ἔδρασαν πάντ' ἐφέντες ἡδονῇ.

Quum improbi, O hospites, prospere agunt, magnam potentiam adepti, neque poenas luere sperantes, quidvis faciunt, libidini obsequentes.

X. Σὺ δὲ τρέφοντα τοῦτον τρέφεις.

Alentem hunc alis.

XI. Ὀχληρὸς οὐ, δοκῶν δὲ κοιράνους στυγεῖν.

Minime quidem importunus, sed dominis malevolus habitus.

ŒNOMAUS. *

I. Ὁ πλεῖστα πράσσων πλεῖστ' ἁμαρτάνει βροτῶν.

Quo quis plus negotii habet, eo plus peccat.

II. Ἀμηχανῶ δ' ἔγωγε, κ' οὐκ ἔχω μαθεῖν,
Εἴτ' οὖν ἄμεινόν ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
Θνητοῖσιν, εἴτ' ἄπαιδα καρποῦσθαι βίον.
Ὁρῶ γὰρ, οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους·
Ὅσοισι δ' εἰσίν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους·
Καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος,
Κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακὸν μέγα.
Λυποῦσι τὸν φύσαντα, μὴ πάθωσί τι.

Dubius haereo equidem, neque certo invenire possum, an melius sit, liberos mortalibus nasci, an sine liberis vita frui. Video enim, quibus nulli sunt, miseros, quibus autem contigere, nihilo feliciores. Nam si improbi evadunt, labes teterrima est. Contra si honesti fuerint, magnum inde malum sequitur. Patrem enim sollicitum habent, ne quid iis accidat.

III. Ἔνεστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τοῦτ',
Φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ καλεπόνως.
Καὶ οὗτος ἀνὴρ ἄριστος, αἵ τε συμφοραὶ
Ἥττον δάκνουσιν· ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
Ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμηχάνως ἔχει.

A. Adhuc omnium praestantissimum est, adhuc unum hoc laudatur, accidentia ferre patienter? B. Sane quidem: Hujusmodi vir omnium

Ver. 2. Barnes. βάλλοντα, quod etsi ferri potest, tamen Heath. mutavit in βαλόντα. — V. 3. Barnes. πέσεσθαι. *Beck.*

IX. Stobaeus Tit. CVI. Et haec famulum Œnei, cum Diomede et comitibus ejus colloquentem, dicere puto. *Musg.*

X. Philostrat. Heroic. p. 695. Ed. Morell. citans, an alludens, non dixerim. Sermo est de famulo Œnei. *Musg.*

XI. Aristoph. Acharn. 471. Scholiastes ait, ex Œneo στυγεῖν δοκῶν ἀστέμους. Ex conjectura dedi ἢ pro μι. *Musg.*

Heath. auctoritate Schol. inter fragm. Telephi retulit ita scriptum: — ἀλλ' ἄστομι, καὶ γὰρ εἰμ' ἄγαν Ὀχληρὸς, οὐ δοκῶν μι κακ. τ. *Beck.*

* De dramatis oeconomia nihil docent Veteres. Historia nota est. *Musg.*

Vid. Hygin. Fab. 84. *Beck.*

I. Stobaeus Tit. LVIII. *Musg.*

optimus, et mala minus tum mordent. Verum hæc dicere quidem novimus, re præstare non possumus.

IV. Ὅστις δὲ θνητῶν βούλεται δυσώνυμον
Εἰς γῆρας ἐλθεῖν, οὐ λογίζεται καλῶς·
Μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους.

Quicunque autem mortalium innominatam senectutem attingere cupit, male sibi consulit. Longævitas enim innumera mala adfert.

V. Ἀλλ' ἔστι γὰρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ
Θνητοῖς, ὀδυρμοὶ δακρύων τ' ἐπιῤῥοαί.
Ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν,
Καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.

Verum in rebus adversis dulce quiddam est hominibus lamenta et lacrymarum effusio. Dolori utique levamen adferunt, et cordis nimium mœrorem solvunt.

VI. Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Ex rebus cognitis incerta colligimus.

PALAMEDES. *

I. Στρατηλάται δ' ἂν μυρίοι γενοίμεθα.
Σοφὸς δ' ἂν εἷς τις, ἢ δύ', ἐν μακρῷ χρόνῳ.

Imperatores facile multi existamus, at sapientes unus et alter in longo ævo.

II. Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος
Ἄφωνα καὶ φωνοῦντα· συλλαβὰς τιθεὶς
Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι,
Ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
Τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς·
Παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
Γράφοντα λείπειν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι.

II. Stobæus Tit. LXXVI. v. ult. lego Αυκοῦσι γὰρ. *Musg.*

III. Stobæus Tit. XCIX. Auctorem sic scripsisse conjiciebam:

A. Ἐν' ἴσνι πάντων πρῶτον, ἢ δ' αἰνεῖν ἔτι,
Φίλων τὰ συμφέροντα μὴ καλιγκίνους;
B. Ναί.
Οὕτός τ' ἀνὴρ ἄμουσος —

Musg.

Barnes. v. 1. Ἐν. σ. τουτὶ πρ. εἰδ. quod cum metri leges violet, Heath. malebat — τοῦτο — V. 3. Barnes. Οὗτος δ' ἀνὴρ — Heath. conjicit Κ' οὑτός γ' ἀνὴρ. *Beck.*

IV. Stobæus Tit. CXVII. *Musg.*

V. Stobæus Tit. CXXIII. *Musg.*

VI. Clem. Alex. p. 625. Ed. Par. *Musg.*

* Ad hanc fabulam alludit Aristophanes Ran. 842. Thesmoph. 777. *Musg.*

Historia Palamedis est apud Schol. Eurip. Orest. 426. Tzetz. ad Lycoph. p. 68. et 168. Hygin. f. 105. et Philostratum in Heroic. quos Barn. laudavit. Fabula hæc edita est Olymp. 91. a. 1. v. Valck. D. p. 190.

Euripides in Παλαμήδει et in Φαιδίᾳ laudatur in Scholiis Hom. Marcianis. Vid. Villois. Anecd. Græc. p. 185. *Beck.*

I. Stobæus Tit. LIV. Loquitur, puto, Agamemnon. *Musg.*

"Α δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὰ
Δέλτος διαιρεῖ, κ' οὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.

Oblivionis antidota solus ipse perficiens, muta et vocalia; et syllabas ostendens literarum scientiam hominibus monstravi; ita ut in transmarina terra pulchre sciret quivis, quæ domi agerentur, etiam non præsens: et moriens filiis descriptam relinquat suam cuique divitiarum partem, idque ita se habere accipiens sciat; quæ autem inter homines disceptantur, facile tabulæ decernunt, neque mendaciis locum relinquunt.

III. Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι πᾶσιν αἱ τύχαι
Μορφὴν ἔχουσι· συντρέχει δ' εἰς χρήματα
Τούτου δὴ πάντες· οἵ τε μουσικῆς φίλοι,
Ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι, χρημάτων ὕπερ
Μοχθοῦσιν. ὃς δ' ἂν πλεῖστ' ἔχει, σοφώτατος.

Agamemnon, nemini mortalium sua sors satisfacit; et unusquisque quoad pecuniam cum hocce (i. e. Palamede) consentit. Quique musicæ studiosi, quique ab ea semoti vivunt, pecuniæ causa laborant; qui autem plurimum possidet, sapientissimus.

IV. Κώπην χρυσόκολλον.

Auro vinctum manubrium.

V. Οὐ σὺν Διονύσῳ
Κώμων ὃς ἀν' Ἴδαν
Τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ
Τυμπάνων ἰάχοις.

Non cum Baccho comessationum [particeps ero,] qui in Ida matri comes oblectat se tympanorum strepitu.

VI. Διεκωδώνισε. Tentavit.

VII. Ἐκάνετ', ἐκάνετε
Τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοί,

II. Stobæus Tit. LXXXI. Loquitur Palamedes. *Musg.*

Ver. 2. Heath. mavult: Ἄφωνα καὶ φανῆντα συλλαβάς τε δεῖξ.—V. 7. Barn. Γεράψαντα.—V. 8. Heath. legit καλὸν, quod ad ἔριν referatur. *Beck.*

III. Stobæus Tit. XCI.—V. 2. Lego Μορφὴν cum Grotio, deinde mox: συντρέχει δ' εἰς χρήματα τῷ τοῦδε πᾶς τις. Ex Ulyssis oratione, Palamedem criminantis, desumtum puto. *Musg.*

Ver. 1. Grot. et hinc Barn. — ταυτοῖαι τύχαι, et v. 3. pro τούτου δὴ πάντες dedit Πάντων ἴσασις — Conr. Gesn. ad marg. Stob. adnotavit varias lectt. has: V. 1. χρήματα pro αἱ τύχαι.—V. 2. ἐν τοῦδε pro χρήματα.—V. 3. τούτων pro τούτου. Hinc Heath. lectionem veram esse judicat hanc: Ἀγ., ἀ. πᾶσιν χρήματα Μορφὴν ἴχ. συντρ. δ' εἰς ἐν τοῦδε τούτων ἴσασις — *Agamemnon, hominibus cunctis formam suam probant opes; in hac una re celebranda concurrunt horum præconia.* — V. ult. Heath. mavult: Ὅς δ' αὖ — atque sic Barn. in Add. Præf. *Beck.*

IV. Pollux X. 145. *Musg.*

Hoc fr. cum n. 6. conjunxit Barnes. *Beck.*

V. Strabo, p. 470. Ed. Par. *Musg.*

Paullo aliter disposuit Barnes. qui etiam legit: Ὅς δ' ἐν Ἴ. quod jam Heath. correxit. *Beck.*

VI. Harpocration in voce. *Musg.*

VII. Tzetzes in Lycophron. 384. Philostrat. p. 718. Ed. Morell. Diog. Laërtius in Socrate, sect. 44. Auctor Argum. in Isocratis Busiridem. *Musg.*

Grotius hos versus in iambos duo rede-

Τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν
Ἀηδόνα Μουσῶν.

Trucidastis, trucidastis doctissimam, O Dani, neminî molestam Musarum luscinium.

VIII. Αἴας πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων,
Σχολή μ' ἀπεῖργε.

Ajax, cum te jamdiu interrogare cupiverim, otium non erat.

IX. Εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων
Κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών.

Unus profecto justus innumeris injustis superior evadit, deo et justitiæ adjutus.

PELEUS. *

I. Ἰὼ πύλαισιν ἥτις ἐν δόμοις.

II. Κλῦτε, Μοῖραι, Διὸς αἳ τε παρὰ θρόνον ἀγχίστατα θεῶν ἕζόμεναι.

Audite, O Parcæ, quæ Jovis solio proxime Deorum assidentes.

III. Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποισι τοιοῦτο σκότος,
Οὐ δῶμα γαίας κλειστὸν, ἔνθα τὴν φύσιν
Ὁ δυσγενὴς κρύψας ἂν εἴη σοφός.

Nulla tanta inter homines caligo est, nec antrum terræ clausum, ubi aliquis indolem suam absconderit, etiamsi sapiens fuerit.

git, quod ipse Barnes., etsi secutus Grotium tres iambos, additis verbis, de quibus postea, fecit, improbat. Heath. vult ita scribi: Ἐκάνετ', ἐκάνετ τὸν Πάνν. ὦ Δ. Τὸν εὐδίν' ἀλγ. Ἀηδ. μουσῶν, idemque putat, auctorem argum. Isocrat. Busir. qui hæc tradit Euripidem in Palamede dixisse: Ἐκάνετε, ἐκάνετε, τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον, mentem potius, quam verba poëtæ, retulisse — Valck. vero ad Phœn. p. 112. novum addit versum hunc: τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον, vel hos duo: Ἐκάνετ', ἐκάνετε Τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον. Idem paullo ante corrigit, εὐδίν' ἀλγ. Cæterum spectatores, his verbis, quibus Socratis supplicium petebatur, auditis, flevisse leguntur, v. Valck. D. p. 190. a. *Beck.*

VIII. Valckenaer. ad Phœniss. 299. ex MSS. Eustathius in Iliad. β'. p. 179. Ed. Bas. *Musg.*

In Schol. est Σχολῇ, et pro Αἴας erat Αἶαν. *Beck.*

IX. Stobæus Tit IX. secundum MSS. Leidens. [Barnes. inter Inc.]

Habet porro Aristophanes Ran. 1491. et seq. nonnulla, ex hoc dramate, ut videtur, desumta, sed quæ difficile foret a comici verbis secernere. *Musg.*

Septem versus inde velut Euripideos huc retulit Barnes., sed perperam, judice etiam Heath. In duobus illorum σωθῆναι ἂν legendum pro vulg. σωθέντ' ἂν cum Dawesio. *Beck.*

* Exsulem in hoc dramate exhibitum fuisse Peleo, ex Horatio colligere licet, de Arte Poët. 96. Causa exsilii quæ fuerit, quidque Peleo deinde acciderit, docuit Apollodorus Lib. III. c. 12.

I. Schol. Aristophanis in Nubes 1153. *Musg.*

Heath. emendat: Ἰὼ, ἰὼ, τ. αὖ τις ἐ. *Beck.*

II. Stobæus Eclog. Phys. Tit. IX. *Musg.*

Θεῶν Grot. omisit. Heath. ita metrum constituit: Κλῦτε δὴ, μ. Δ. αἵ τε π. θ. ἀγχιστάτας (sic etiam Grot. dedit) θεῶν ἕζόμ. *Beck.*

III. Stobæus Tit. XC.—V. 3. Bene sic emendat Grotius: Ὁ δυσγενὴς κρύψει, κἂν εἴη σοφός. *Musg.*

Ver. 3. Grotii conjecturam, ut solet, recepit Barnes. Ea displicuit Heathio, qui putabat, ἂν adesse debere, et emendabat: Ὁ δ. κρύψει' ἄν, εἰ π' εἴη σ. *Beck.*

IV. Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς,
Ὃν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον, ἢ γράφει, θεός.

Opulentiam hominum pro nihilo habeo, quam delet facilius Deus, quam pingit.

V. Τὸ γῆρας, ὦ παῖ, τῶν νεωτέρων φρενῶν
Σοφώτερον πέφυκε κἀσφαλέστερον,
Ἐμπειρία τε τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.

Senectus, O fili, sapientius aliquid tutiusque est, quam juniorum consilia, et experientia inscitia potior.

PELIADES. *

I. Μήδεια, πρὸς μὲν δώμασιν τυραννικοῖς.

Medea, ad sedes quidem regias.

II. Τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον.

Quo facto? Die mihi apertius.

III. Οὐκ ἔστι τὰ τῶν θεῶν ἄδικ' · ἐν ἀνθρώποισι δὲ
Κακοῖς νοσοῦντα σύγχυσιν πολλὴν ἔχει.

Dii non sunt injusti, sed quæ aguntur ab hominibus improbis depravata magnam confusionem pariunt.

IV. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου.

Ne contra stimulos dominis calcitres.

V. Τὸ δ' ἔσχατον δὴ τοῦτο θαυμαστὸν βροτοῖς
Τυραννίς· οὐχ εὕροις ἂν ἀθλιώτερον.
Φίλους τε πορθεῖν καὶ κατακτανεῖν χρεών,
Πλεῖστος φόβος πρόσεστι, μὴ δράσωσί τι.

Quod vero supremum est, et mortalibus mirabile videtur, regnum: nihil invenias infelicius. Quum enim expedit tyranno amicos vastare et occidere, maximum periculum est, ne hi facinus aliquod edant.

VI. Αἰνῶ· διδάξαι δ', ὦ τέκνον, σὲ βούλομαι,
Ὅταν μὲν ἧς παῖς, μὴ πλέον παιδὸς φρονεῖν·
Ἐν παρθένοις δὲ παρθένου τρόπους ἔχειν.
Ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς,
Τὰ δ' ἄλλ' ἀφεῖναι μηχανήμαθ' ἁνδράσιν.

Laudo: unum vero, O nata, docere te cupio; quamdiu puella fueris, nihil supra puellam cogitare; inter adolescentulas adolescentulæ mores

IV. Stobæus Tit. XCIII. *Musg.*
V. Stobæus Tit. CXVI. *Musg.*
* Historiam vide apud Hygin. Fab. XXIV. Ovid. Lib. VII. *Musg.*
I. Schol. ad Medeam, v. 691. dramatis initium esse testatur. *Musg.*
II. Schol. ad Medeam, v. 691. *Musg.*
III. Stob. Eclog. Eth. Tit. VII. *Musg.* Leg. τὰ θεῶν. *Por.*
IV. Stobæus Tit. III. *Musg.*
V. Stobæus Tit. XLIX. *Musg.*

habere; quum vero in torum viri nobilis veneris . . . . . alias vero subtilitates viris relinquere.

VII. Ὀρῶσι δ' οἱ διδόντες εἰς τὰ χρήματα.

Qui dono aliquid dant, facultates accipientis cogitant.

VIII. Ὄβρια. Festus.

PHAETHON. *

I. * * δοθῆναι Μέροπι, τῆσδ' ἄνακτι γῆς,
Ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.
Καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
Ἑω φαεννὰν, ἡλίου θ' ἱππόστασις.

Datam esse (Clymenen) Meropi, regi hujus terræ, quam primam Sol oriens ferit aureo igne ex quadrijugo curru: vocant autem eam nigri contermini lucidam Auroram, et solis stabula.

II. Ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.

Quæcunque regio alit, patria est.

III. Ἐν τοῖσι μωροῖς τοῦτον ἐγκρίνω βροτῶν,
Ὅστις πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ,
Ἢ καὶ πολίταις, παραδίδωσ' ἐξουσίαν.

Inter stultos hunc numero, quicunque pater liberis prave sentientibus, vel popularibus, frena imperii tradit.

IV. Ναῦν τοι μί' ἄγκυρ' οὐδαμῶς σώζειν φιλεῖ,
Ὡς τρεῖς ἀφέντι· τροστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
Σφαλερὸς, ὑπὸν δὲ πᾶλλος οὐ κακὸν πόλει.

Navem una ancora salvam non pariter præstiterit, ac si tres demiseris: unusque moderator civitatis, nihil tutum: aliusque succedens urbi non nocet.

VI. Stobæus Tit. LXXIV. Ante postremum versum excidit forte aliquid. *Musg.*

VII. Stobæus Tit. XCII. ex Pelopisi. *Musg.*

VIII. Ælian. Hist. Animal. VII. 47. *Musg.*

ὀβρίκαλα legendum censet Valck. D. p. 200. *Beck.*

[IX. Ἀστακῶν κανηφόρημα. Εὐριπίδης Πελλάσιν.] Hesych. *Beck.*

* Historia apud Ovid. Met. Lib. II. Hygin. Fab. CLIV. Philostr. Icon. *Beck.*

I. Strabo, p. 33. Ed. Par. Diog. Laërt. II. 10. legerat forte χρυσέᾳ βάλλῃ φλογί. *Musg.* Quod et Valck. D. p. 31. probat.—V. 1. Κλυμένην supplevit Barnes. *Beck.*

II. Stobæus Tit. XL. *Musg.*

III. Stobæus Tit. XLIII. Pro ἐγκρίνω vulgo ἐγὼ κρίνω. *Musg.*

Ver. 1. Barnes. τοῦδ' ἐγὼ κρίνω.—V. 2. Ὅστις τῶν πατέρων contra metrum; quod, ut hic legitur, emendavit Grot. *Beck.*

IV. Stobæus Tit. XLIII. Phœthonti assignat Ed. Gem. Apostol. XIII. 56. *Musg.*

Ver. 2. Heath. mavult ἀφέντα, *ut tres usque numero pergici valeat.*—V. 3. Pro πόλει Barn. conjicit πόλει legendum. *Beck.*

v. Δεινόν γε τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἄμφυτον
Σκαιοῖσιν εἶναι· τί ποτε τούτου αἴτιον;
Ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρμοῖ
Τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης.

Grave hoc, sed locupletibus fere insitum est, ut sint vecordes. Quid hujus causæ est? An quod fortuna, quippe cæca ipsa, offuscat, mentem cæcam habent?

VI. Μὴ δίζυγς ἡνιῶν, παιδίον, ἄπειρος ὤν, μηδ' ἀναβῇς τὸν
Δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών.

Ne attingas frænа, cum inassuetus sis, O puer, neque in currum adscendas, quem regere non didicisti.

VII. Ἔλα δὲ, μηδὲ Λιβυκὸν αἴθερ' ἐμβαλών·
Κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἀψῖδα σὴν
Κάτω διήσει.

Agito autem, neque Libycum æthera ingrediens: humidum enim admixtum non habens, rotas tuas infra demittat.

VIII. Ἴει δ' ἐφ' ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον.
Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶπ' ἔμαρψεν ἡνίας·
Κρούσας δὲ πλευρὰν πτεροφόρων ὀχημάτων,
Μεθῆκεν· αἱ δ' ἔπτωντ' ἐπ' αἰθέρος πτύχας.
Πατὴρ δ', ὄπισθε νῶτα Σειρίου βιβὰς,
Ἵππευε παῖδα νουθετῶν· ἐκεῖσ' ἔλα·
Τῇ ῥα· στρέφ' ἅρμα· τῇδε.

Immittit vero, versus septem Pleiadas cursum dirigens. Hæc, nec plura, audiens natus frænа arripuit, et stimulos subdens lateri aligerarum equarum, ire concessit: Illæ vero ad ætheris culmen volaverunt. pater, pone tergum equi funalis incedens, festinabat filium monens: illuc age, hac utique: cursum flecte, hac.

v. Stobæus Tit. XCIII. Postremas voces, quas forte ad sequentia pertinent, non interpretatus sum. *Musg.*

Ver. 1. Barnes. Δεινόν γε τοὺς πλουτοῦσι, σ. — et v. 2. τούτου αἴτιον.—V. ult. Heath. legit τὰς τύχας, vel τὰς τύχης, ut καὶ sit pro ἄσυτε. *Beck.*

vi. Clem. Alex. Pædagog. III. 2. Si hæc, vocibus transpositis, ex senariis, quod equidem puto, corrupta sunt, sic forte restitui possunt:

—— Μὴ δίζυγς σὺ ἡνιῶν
Ἄπειρος ὤν, ὦ παῖδιον, μηδ' ἐν δίφρῳ
Ἀναβῇς, ἐλαύνειν μὴ μαθών ——

Musg.

Barnes. hæc sic exhibet: ὦν ἡνιῶν, καὶ, μ. 9. ἄσ. ὤν, Μηδὲ ἀναβ. (Heath. mavult Μηδέ γ' ἀναβ.) τὸν δίφρ. ἐλ. μ. μ. et cum sequenti fr. conjungit. *Beck.*

vii. Longinus de Sublim. c. 15. *Musg.* Apud Longin. est μέντ et ἐσβαλών. *Beck.*

viii. Longinus de Sublim. c. 15.—V. 2. Legendum cum Barnesio καὶς pro ἴσ'.—V. 5. Vere Rutgersius emendasse videtur σειρίου. Locum ad Heathii mentem interpretatus sum. *Musg.*

Totum h. l. tractant Rutgers. V. L. I. 10. Salmas. ad Solin. p. 630. b. Heath. p. 179. s.—V. 2. Toup. ad Long. cum Salm. mavult τοσαῦτ' ἀκ. χέρ' ἁμαρψ. ἡ.—V. 3. Idem cum MS. Long. Paris. legit πλευρά. ἔχημα hic de equis dici copiose docuit Heath. et reprehendit Pearcium, qui post πτεροφόρων distinxerat.—V. 4. Barn. πτυχὰς.—V. 5. Heath. quoque vult σειρίου, quod dedit Barnes. et ἐπιτείνω ostendit hic esse, *properare*. Contra Toup. ad L. cum Salmas. defendit Σειρίου, coll. Calab.

IX. * * φίλος δέ μοι.
Ἀλλ' οὗτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς.

Carus autem mihi; nunc in fovea putrescit, cadaver illotum.

X. Ὦ χρυσοφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
Ὄθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτός.

O auream lucem fundens Sol, ut me perdidisti; unde te Apollinem aperte nominant mortales.

XI. Μισῶ δ' εὐάγκαλον τόξον. Κραναΐαι γυμνάσιά τ' Οἴχοιτο.

Odi arcus leves. Hastæ et gymnasia pereant.

XII. * * * * ψυκτήρια
Δένδρεα φίλαισιν ὠλέναισι δέξεται.

Arbores umbracula præbentes amice eum amplectentur.

XIII. Θερμὴ δ' ἄνακτος φλὸξ, ὑπερτέλλουσα γῆς,

XIV. Καίει τὰ πόρρω, τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει.

Calida autem dei flamma, super terras exoriens, longinqua urit, vicina temperata facit.

XV. Ἐλεύθερος δ' ὢν δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους,
Πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Liber autem cum sit, servus fit uxoris, seipsum dote vendens.

8. 28. Vertit: "Pater autem, pone dorso canis sideris invectus, equitabat" et docet, sæpe dici, aliquem astris vehi. Mox Barnes. dedit: — ἦλθε γ' ἐπὶ στερῇ' ἅρμα πῶλε. Ultima sic supplebat Salmas. Τῇ βα στερῇ' ἅρμα, τῷδ' ἅ' οὔ. *Beck.*

Τοιαῦτ' ἀκούσας ΕΙΤ ἅμαξιν ἁνίας'] Ista vocula eruditorum quosdam ita male habuit, ut Salmasius et Toupius χίφε', Heathius et Musgravius ναΐς corrigant, quod citat Valck. ad Hippol. 1183. Sed perperam. Inter participium et verbum ἵστα solenniter intercedit. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 284. Exemplis, quæ ille protulit, hæc adde. Eurip. Suppl. 309. [Aristoph. Nub. 592. 585. 876.] 1105. Troad. 296. Ion. 832. Electr. 922. 1058. [Soph. Electr. 53. 554. Æschyl. Prom. 776. (cf. Liv. XXI. 50.)] Alcest. 712. Ran. 870. Hipp. 700. Androm. 667. 754. 961. Soph. Aj. 468. 1111. 1113. Œd. C. 268. 281. Aristoph. Acharn. 24. 290. Vesp. 378. 421. 913. *Por.*

IX. Plutarch. Sympos. Lib. IV. 2. Loquitur Clymene. Pro Ἀλλ' οὗτος lego Ἄλαστος. *Musg.*

X. Macrob. Saturnal. Lib. I. 17. Schol. in Orest. 1386. Loqui puto Clymenen. *Musg.*

Ver. 2. Barnes. — Ἀπόλλων — κλήζει. *Beck.*

XI. Plut. Op. Mor. p. 1080. Ed. Steph. habet κρανίας γυμνάσια τ'. Loquitur Clymene. *Musg.*

Versus ita constituit Heath. — μισῶ δὲ τοῦδ' εὐάγκαλον τόξον κρανίας, γυμνάσια τ' οἴχ. μοι. *Beck.*

XII. Athenæus, p. 503. *Musg.*

Ita constitui versus voluit Heath. Δίνδρη legit Valck. ad Eurip. Hipp. p. 184. *Beck.*

XIV. Stobæus Eclog. Phys. Tit. XXII. Vitruvius, Lib. IX. 4. habet τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατ' ἔχει, quod optime emendat Valckenærius. Ἄναστος verto *Dei*: sic enim interpretatur Scholiastes Aristophan. ad Aves, v. 782. *Musg.*

Barn. dedit: Κ. τὰ πόρρω μὲν, τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατα Ἔχει — Heath. emendat: Κ. τὰ πόρρω, τἀγγὺς δ' εὔκρατ' ἔχει. *Beck.*

XV. Eustathius in Odyss. ν'. *Musg.*

XVI. Theon in Arati Phænom. 171. tres Hyadas in Phaëthonte Euripidis commemoratas scribit. *Musg.*

Duos etiam versiculos, qui apud Plut. de Exil. p. 600. et Stob. Grot. T. 60. ex incerto auctore proferuntur, ad Eurip. Phaëth. retulit Barnes. *Beck.*

PHÆDRA. *

I. Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
Οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
Ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Amor enim non solum viros et mulieres invadit, sed et deorum superorum animos conturbat, et mare ingreditur: et hunc coërcere ne omnipotens quidem valet Jupiter, sed ipsi lubens se submittit.

PHILOCTETES. †

I. Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως,
Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ,
Ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης.
Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω γαῦρον, ὡς ἀνὴρ, ἔφυ·
Τοὺς γὰρ περισσοὺς καί τι πράσσοντας πλέον
Τιμῶμεν, ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν.

Quomodo autem sapiens sim, cui licuit sine molestia, inter ignobiles exercitus numerato, prosperis casibus pariter cum sapientissimo frui. Sed nihil æque, ac homo, ambitiosum est. Nam eminentes et singulare aliquid tentantes honoramus et viros in urbe existimamus.

II. Ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν,
Καὶ τοὺς πιστοῦντας οὐκ ἀπωθοῦμαι πόνους.

* Quinque, quos hic daturi sumus, versus ex Sophoclis Phædra a Stobæo citantur. Clem. Alexandrinus tres priores Euripidi tribuit, fabulam non nominans. Mihi duo ultimi Sophocleum characterem referre videntur, reliqui Euripideum. Suspicor igitur, in margine Stobæi errorem esse, duosque tantum postremos versus ex Sophoclis Phædra desumtos esse. Si Euripidis sunt, in Hippolyto priore, sive Καλυπτομένῳ, Phædræ nomine citato, locum habuisse nihil vetat. *Musg.*

Fabulam non esse Euripideam, sed Hippolytum sæpe ita a veteribus appellari, docuit Valcken. ad Eurip. Hipp. Præf. p. 16. conf. id. in Diatr. p. 16. *Beck.*

I. Clem. Alexandr. p. 623. Ed. Par. habet παράσσει. Stobæus Tit. LXIII. Pro θέλων elegantius foret γελῶν, *ridens*. *Musg.*

† De hujus Fabulæ œconomia multa habet Dio Chrysostomus Orat. LII. qui et prologi parsphrasin dedit Orat. LIX. Utramque legere debet Euripidis studiosus. *Musg.*

Et conferre cap. XI. Diatr. cel. Valck. Animadversionesque Heathii in illas Oratt. p. 182.

Ad Soph. T. II. p. 195. hæc observat Brunck.: "Œconomia (Eurip. Philoct.) diversa a Sophoclea, non ita simplici deducto filo; sed plurium personarum conventu intricatior actio fuit, multoque minus πάθους habuisse videtur. *Beck.*

I. Aristot. Ethic. Nicomach. VI. 8. Idem Ethic. Eudem. V. 8. Plutarch. Op. Mor. p. 966. Ed. Steph. Schol. Aristoph. in Ranas, 284. Stobæus Tit. XXIX. Loquitur Ulysses in Prologo. *Musg.*

Ver. 4. Apud Barnes. hic non legitur. Idem mox dedit Τοὺς δ' ἂρ' πιε. In v. 4. Ἀλλ' οὐδὲν pro Οὐδὲν γὰρ οὕ rescripsit Valck. *Beck.*

II. Dio Chrysostomus p. 575. B. Stobæus Tit. XXIX. Plutarch. Op.

Nolo autem priorum serumnarum gratiam perdere, et labores, qui mihi sortito obtingunt, non recuso.

III. * * *καπ' ἀρχὰς δ' οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ἦν.*

In initio autem minime tolerabilis erat.

IV. *Φαγέδαινά [γ'], ἥ μου σάρκα δεσπόταιν πεδὸς.*

Phagedæna, quæ carnes mihi pedis consedit.

V. *Ἄλις, ὦ βιοτὰ, πέρανε,*
Πρίν τινα συντυχίαν
Ἢ κτεάτεσσιν ἐμοῖς,
Ἢ σώματι τῷδε, γενέσθαι.

Sufficit, O vita, finem facito, priusquam infortunium quodvis, vel facultatibus meis, vel huic corpori, contingat.

VI. *Τί δῆτα δόκους ἀρχικοὺς ἐνέμεσα*
Σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων,
Οἱ τῶνδε χειρώνακτες ἔνδρωπον λόγων.
Ὅστις γὰρ αὐχεῖ θεῶν ἐπίστασθαι πέρι,
Οὐδέν τι μᾶλλον εἶδεν, ἢ πείθει λόγων.

Quid, quæso, sedibus augustalibus insidentes, sancte dejeratis, vos res divinas scire, O sermonum talium fabri. Qui enim profitetur, se aliquid de Diis scire, nihil aliud callet, quam artem persuadendi.

VII. *Ὅρα τ' ἴδ', ὡς κἀν θεοῖσι κερδαίνειν καλόν*
Θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
Χρυσόν· τί δῆτα καὶ σὲ κωλύει λαβεῖν
Κέρδος, παρόν γε, κἀξομοιοῦσθαι θεοῖς.

Ὅ μηδεὶς ἄλλος Ἑλλάνων
Ἅρματι πρῶτα δραμεῖν
Καὶ δεύτερα καὶ τρίτα·
Βῆναι δ' ἀπονητὶ

CCXXIII. Eustathius in Iliad. p. 117. Ed. Bas. *Musg.*
Exstat Phœniss. 903. *Por.*

CCXXIV. Eustathius in Iliad. p. 1013. Ed. Rom. Euripidi tribuit. Sed videtur esse Æsch. Conf. Choëph. 771. *Musg.*

CCXXV. Eustathius in Odyss. p. 761. Ed. Bas. *Musg.*

CCXXVI. Eustathius in Iliad. p. 569. Ed. Rom. *Musg.*

* Eparchides Euripidem hoc satis inficetum Epigramma scripsisse testatur. Apud Athenæum, Lib. II. c. 19. *Musg.*

† Plutarch. in Nicia, p. 976. Ed. Steph. *Musg.*

Δὶς στεφθέντ' ἐλαίᾳ
Κάρυκι βοᾶν παραδοῦναι. *

Te autem canam, O Cliniæ fili. Pulchrum quid victoria est; pulcherrimum vero, quod nemo præterea Græcorum assecutus est, curru primas ferre, et secundas, et tertias: et incedere labore nullo bis oliva coronatum, præconi quod clamet præbentem.

EX EADEM, UT VIDETUR, ODA.

Χρὴ τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι
Πόλιν εὐδόκιμον. †

Beato oportet primum patriam esse fama inclytam.

FRAGMENTA, EX ED. BARNES.‡

I. Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν·
Κρεῖσσον γὰρ, ἢ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους
Πένητα ναίειν, δόξαν ἠμποληκότα.

II. Σὺ δ', ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς καταισχύνων γένους,
Ξαίνεις ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς.

III. * * * Δέδοικα δὴ,
Μή τοι νοήσῃς, Οἰδίπου·

IV. Βέβαιον οὐδὲν ἐστιν ἐν θνητῶν γένει.

* Plutarch. in Alcibiade, p. 357. Ed. Steph. *Musg.*

† Plutarch. in Demosthene, p. 1551. Ed. Steph. *Musg.*

Fabulæ Euripidi falso adscriptæ sunt præter eas, quas obiter interdum indicavimus, hæ: Aloidæ (cujus fabulæ fragmenta quæ afferuntur, sunt Sophoclis,) Capaneus, Cercyon, Κλεῖδες, Ctimenus, Pentheus, Polynices, Pasiphaë, Phædra, Polydorus, Niobe, Phryges, Oileus, (ad quem quæ referuntur fragm. alterum est Sophoclis, alterum Euripidis in Syleo) Troës, Tereus, Penelope, Scylla, vide Valck. Diatr. p. 12. ss. Helenæ repetitio. v. Pierson. ad Mœr. p. 172. et Heath. ad fr. Eurip. p. 168. Optime Barnes. ad Eurip. Atreum, p. 458. monuit, viros doctos, si viderint, versus Euripidis laudari, addito nomine ejus, qui eos pronunciaverit, intellexisse fabulam poëtæ ita inscriptam. — Quæ Barnes. Inc. v. 422. e Clem. Alex. Paedag. l. 2. p. 181. Pott. profert: Πᾶς γὰρ εἰκαῖος ἀνὴρ — Sophocli tribuit Stob. Grot. T. 18. *Beck.*

‡ Fragmenta hæc, quæ ex tragœdiis Eurip. petita videntur, quæque, quamvis non constiterit nobis, e quibus fabulis sumta sint, malebamus tamen ex ed. Barn. huc referre, quam cum Musgr. omittere. *Beck.*

I. Gregor. Nazianz. T. II. p. 210. Primus versus possit videri ex Eurip. Bellerophonte esse. Inde enim Seneca Ep. 115. hæc laudat: *Sine me vocari pessimum, ut dives vocer.* Grot. quoque et Barn. inter Fragm. Belleroph. retulerunt. Valck. D. p. 165. s. dubitat, sintne Euripidei versus, an Sophoclei. Si sint Eurip. ex ejus Ixione excerptos censet. *Beck.*

II. Plutarch. T. II. p. 72. Barn. Add. præf. e Scyriis. *Beck.*

III. Cic. ad Att. VI. 14. ex Eurip. Œdipo esse censet cel. Valck. D. p. 193. *Beck.*

IV. Antonius Melissa cap. 246. *Heath.*

v. Βιοῖ γὰρ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται τρόπον.

vi. Ὡς ἓν δὲ πᾶσι γνώμᾳ ταὐτὸν ἐμπρέπει.

vii. Ὁ Ζεὺς πολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.

viii. Τί ποτ' ὦ τέκνα γὰρ τάδε κηραίνετε.

ix. * * Μὴ τελεσφόρους
Εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν.

x. Τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον δυοῖν
Ἐρίζειν.

xi. Ὤφειλε δ' * * * εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ
Ζεὺς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι.

xii. Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς εἰς τὰ πάντ' ἰδεῖν
Ἔσθ', ὡς ἔοικεν, ἔστιν οὐχ ὁρώμενον
Τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον
Δαιμόνιον, ᾧ μέλει τὰ τοῦ θνητοῦ βίου.

xiii. Πολλοῖς ὁ δαίμων, οὐ κατ' εὔνοιαν φέρων
Μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματ', ἀλλ' ἵνα
Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐμφανεστέρας.

xiv. Τί ποτ' ὁ Προμηθεὺς, ὃν λέγουσ' ἡμᾶς πλάσαι
Καὶ τἄλλα πάντα ζῶα, τοῖς μὲν θηρίοις
Ἔδωχ' ἑκάστῳ κατὰ γένος μίαν φύσιν;
Ἅπαντες οἱ λέοντές εἰσιν ἄλκιμοι.
Δειλοὶ πάλιν ἐξῆς πάντες εἰσὶν οἱ λάγοι.
Οὐκ ἔστ' ἀλώπηξ, ἣ μὲν εἴρων τῇ φύσει,
Ἡ δ' αὐθέκαστος· ἀλλ' ἐὰν τρισμυρίας
Ἀλώπεκάς τις συναγάγοι, μίαν φύσιν
Ἁπαξάπασιν ὄψεται, τρόπον θ' ἕνα.
Ἡμῶν δ' ὅσα καὶ τὰ σώματ' ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν
Καθενὸς, τοσούτους ἐστι καὶ τρόπους ἰδεῖν.

v. Hic versus priori adjungitur apud S. Maxim. T. II. p. 684. Combefis. *Heath.*

vi. Triclin. Schol. ad Soph. Antig. 181. et ad Trachin. 602. Ex Heath. *Beck.*

vii. Apostol. Prov. Cent. XIII. pr. 1. Ex Heath. *Beck.*

viii. Schol. Soph. Trachin. 29. Ex Heath. *Beck.*

ix. Tzetz. in Hesiod. p. 48. Ex Heath. *Beck.*

x. Suid. v. Λογισμὸς. Ex Heath. Sophoclis versum esse credit Toup. in Suid. T. II. p. 133. *Beck.*

xi. Athen. Deprec. c. 6. Ex Heath. (Eurip. Phœn. 84. a.) *Beck.*

xii. Stob. Grot. Tit. VII. ex inc. auctore. A nonnullis Euripidi tribui monet Grotius. *Beck.*

xiii. Barn. in Fr. Inc. Trag. *Musg.*

xiv. Hi versus Philemoni tribuuntur apud Stob. Grot. T. II. sed in nonnullis libris Euripidi. Sallier. ad Tho. M. v.

XV. Τί δῆτα μοχθεῖν δεῖ γυναικεῖον γάμον
Φρουροῦντας; αἱ γὰρ εὖ τεθραμμέναι πλέον
Σφάλλουσιν οἴκους τῶν παρημελημένων.

XVI. Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον, ἢ μικρὸν σκάφος.

XVII. Ἐχθροῖσιν εἴη πολεμίαν δάμαρτ' ἔχειν.

XVIII. Κρεῖττον δ' ἐλέσθαι ψεῦδος, ἢ ἀληθὲς κακόν.

XIX. Ἐγὼ δ' ἐμαυτοῦ καὶ κλύειν ἐπίσταμαι
Ἄρχειν θ' ὁμοίως, τῇ ῥετῇ σταθμώμενος
Τὰ πάντα.

XX. Ἐπὰν ἐν ἀγαθοῖς εὐνοούμενός τις ὢν
Ζητεῖ τι κρεῖττον, ὧν ἔχει, ζητεῖ κακά.

XXI. Τολμῶ κατεικεῖν, μήποτ' οὐκ εἰσὶν θεοί;
Καιροὶ γὰρ εὐτυχοῦντες ἐπικλήττουσί με.

XXII. Οὐ κατθανεῖν γὰρ δεινόν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.

XXIII. * * Ἀλλ' ἄπιθ', ὦ Θρᾷττ', ἐκποδὼν
Δούλοις γὰρ οὐκ ἔξεστ' ἀκούειν τῶν λόγων.

XXIV. Τράπεζ', ἀπόντων τῶν λόγων, φάτνη πέλει.

XXV. Ὅταν δὲ Δαίμων ἀνδρὶ τορσύνῃ κακὰ,
Τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον * *

XXVI. Αὖρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον.

XXVII. Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί·
Οὐδὲν μέλει μοι· τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

XXVIII. Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ, ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται·
Οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέσχετο,
Ἀλλ' ὃς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων

Αὐθίκαστος docuit, αὐθίκαστος hic valere *simplex, minime callidus.* *Beck.*

XV. Barnes. Fr. Alopes. *Beck.*

XVI. Barnes. Fr. Erechth. *Beck.*

XVII. Stob. Tit. LXXIII. ex incerto poëta. Barnes. Fr. Œdipi. *Beck.*

XVIII. Stob. Grot. T. XII. Menandro tribuit, sed nonnulli libri Euripidi. *Beck.*

XIX. Barnes. Fr. Sylei. *Beck.*

XX. Stob. Grot. Tit. IV. Menandro tribuit, sed nonnulli libri Euripidi, unde Barnes. inter Inc. habet. *Beck.*

XXI. Barnes. Inc. *Beck.*

XXII. Barnes. Inc. *Beck.*

XXIII. Eurip. verba apud Aristoph. Barnes. Inc. *Beck.*

XXIV. Barnes. ibid. *Beck.*

XXV. Athenag. sine auctoris nomine. Barnes. Inc. *Beck.*

XXVI. Tatian. p. 35. Worth. Barnes. Inc. *Beck.*

XXVII. Sueton. Neron. c. 38. Dio Cass. Lib. 58. p. 694. Seneca de Clement. II. 2. nullum auctorem nominant. — Barn. Inc. *Beck.*

XXVIII. Barnes Add. praef. ex Pala-

Ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζημίως.
Οὐδ' ὅς γε ταῦτα πάντα διατηρεῖ μόνον,
Ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φρένα
Εἶναι δίκαιος, κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.

XXIX. Ἀλκμαίων. Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς.
Ἄδραστος. Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς, ἤ σ' ἐγείνατο.

XXX. Ἀνδρ. Σὺ δ' εἴ τις, ὅστις τοὐμὸν ὤπτειρας πάθος;
* * Οἴῳ μ' ὁ Δαίμων θηρίῳ συνῴκισεν;

XXXI. Πόντου πλάνητες Λευκόθεαν ἐπώνυμον. * *
Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις πεκλήσεται.

XXXII. Μισῶ πολίτην, ὅστις ὠφελεῖν πάτραν
Βραδὺς πέφυκεν, μάλα δέ γε βλάπτειν ταχύς,
Καὶ πόριμον αὑτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανον.

XXXIII. A. Τί δεῖ θεοὺς σέβειν σε κατθανούμενον;
B. Ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς.

XXXIV. Ἰὼ, τυραννὶ, βαρβάρων ἀνδρῶν φίλη.

XXXV. Σὺ δὲ λέγεις ταῦτ', οὐκ ἐγώ.

XXXVI. Χρυσὸς γάρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτος.

XXXVII. Φίλων γε μέντοι χρῆσις ἡ πρὸς αἵματος
Μόνη κακοῦ ῥέοντος ὠφελεῖν φιλεῖ.

XXXVIII. * * Ἡ βροτῶν τ' εὐτραξία
Τῶν τἀλάχιστα γίνεται λυπουμένων.

XXXIX. Ὀργαὶ γὰρ ἀνθρώποισι συμφορᾶς ὕπο
Δειναί· πλάνος τε καρδίᾳ προσίσταται.

XL. Ἐν τοῖς κακοῖσι συγγένει' ὅταν παρῇ
Τραχεῖα κἀξύθυμος, ἀμαθίαν ἔχει.

med. Similis ultimo est in Add. præf. Ἀγαθὸς γενέσθαι μᾶλλον, ἢ δοκεῖν, θέλω. *Beck.*

XXIX. Barnes. Frag. Alcmæon. Add. ex Grotii Exc. p. 463. Plut. T. II. p. 35. D. et p. 88. s. — Valck. Diatr. p. 151. ex Sophoclis Alcmæone desumtos putat. *Beck.*

XXX. Barnes. in Add. Fr. Androm. *Beck.*

XXXI. Barnes. Add. Fr. Inus ex Athenag. Depr. c. 26. posse etiam ex Sophoclis Inone esse monet Valck. D. p. 180. *Beck.*

XXXII. Barnes. Inc. ex Arist. Ran. et Schol. *Beck.*

XXXIII. Barnes. Inc. *Beck.*

XXXIV. Id. ib. *Beck.*

XXXV. Ibid. *Beck.*

XXXVI. Barnes. in Inc. et Add. ad Belleroph. *Beck.*

XXXVII. Barnes. Inc. ex Plut. de Frat. Am. p. 481. In Add. præf. ad Thyesten refert. *Beck.*

XXXVIII. Barnes. Inc. *Beck.*

XXXIX. Stob. Tit. XX. Menandro, sed alii Euripidi tribuunt. *Beck.*

XL. Stob. Tit. XX. ex inc. auct. Nonnulli Euripidis esse censent. *Beck.*

XLI. Μὴ κάμνε πατρίδα σὴν λαβεῖν πειρώμενος.

XLII. Ψήφῳ τὸν ἰσθλὸν κἀν μυχῷ δείκνυσι γῆς.

XLIII. Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωδεὶς βροτῶν
Μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον,
Ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.

XLIV. A. Ἀργεῖος, ἢ Θηβαῖος. H. Οὐ γὰρ εὔχομαι
Μιᾶς, ἅπας μοι πύργος Ἑλλήνων πατρίς.

XLV. Οἱ μὲν πέρα στέρξαντες, οἱ δὲ καὶ πέρα
Μισοῦντες * * *

XLVI. Εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν
Νώτισμα θηρός. εἰ δὲ πρὸς νίφη βάλοι,
Κυανωπὸν, ὥς τις Ἶρις, ἀνταυγεῖ σέλας.

XLVII. Δεινὴ πόλις νοσοῦσ' ἀνευρίσκειν κακά.
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον.
Χρὴ γὰρ τύχας μὲν τὰς μάτην πλανωμένας
Μηδὲν δύνασθαι, τἀμφανῆ δ' ὑψηλ' ἄγειν.
Ὅστις κατ' ἰσχὺν πρῶτος ὠνομάζετο
Ἡ τόξα πάλλων, ἢ μάχῃ δορὸς σθένων,
Τοῦτον τυραννεῖν τῶν κακιόνων ἐχρῆν.

XLVIII. Ἀλλ' οὗτος' αὐτὸς ἀμπλακὼν, ἄλλον βροτὸν
Παραινέσαιμ' ἂν παισὶ προσθεῖναι κράτη,
Πρὶν ἂν κατ' ὄσσον τυγχάνῃ με καὶ σκότος,
Εἰ χρὴ διελθεῖν πρὸς τέκνων νικώμενον.

XLIX. Ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἐξῆρεν ἄνω.

XLI. Stob. Grot. T. XXXIX. ex inc. In quibusdam libris Euripidi tribuitur. *Beck.*

XLII. Barnes. Inc. "Pro Ψήφῳ, lege Φήμῃ prout apud Suid. exstat v. φήμη, ubi pro μυχῷ legitur μυχοῖς." Heath. *Beck.*

XLIII. Stob. Grot. T. XX. ex inc. poëta. Barnes. ad Eurip. Hypsipylen retulit. *Beck.*

XLIV. Plut. de Exsil. p. 600. et Stob. Gr. T. LX. ex inc. auct. Cur Barnes. inter Fragm. ex Phaëthonte dederit, ignoro. *Beck.*

XLV. Aristot. Polit. VII. 7. sine nomine auct. Nec, hi versus cur in Fragm. Philoctetæ Eurip. apud Barnes. legantur, causa ulla apparet. *Beck.*

XLVI. Stob. Gesn. p. 403, 1. de Sphinge. Valck. Diatr. p. 194. censet desumta esse ex Eurip. Œdipode. *Beck.*

XLVII. Stob. Gesn. p. 240, 12. Ad Fragm. inc. referri jussit Valck. D. p. 226. *Beck.*

XLVIII. Stob. Gesn. p. 240, 29. Margo Gesn. v. 3. pro μι legit νυν, et pro αι v. 4. ει. His quoque versibus numerum Fragmentorum inc. trag. Eurip. augeri voluit Valck. l. l. *Beck.*

XLIX. Ex Chrysippo Stoico exhibet Galenus de Dogm. Hipp. et Plat. Lib. III. T. I. p. 265, 38. Euripideum judicat et

L. Ὃδ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
Ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴην ἐγώ.

LI. Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

LII. Δίκαια τοὺς τεκόντας ὠφελεῖν τέκνα.

LIII. * * ὡς ἀποκτείνειν φθόνος
Γυναῖκας, ἃς τὸ πρῶτον οὐκ ἐκτείνατε.

LIV. Πυῤῥὸς γενύεσσιν.

LV. Χρὴ θεσπιῳδεῖν Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον.

ἰξῆς' ἄνω scribit cel. Valck. ad Hippol. v. 322. *Beck.*

L. Æsch. c. Tim. p. 21. Valck. D. p. 241. *Beck.*

LI. Stob. T. LXXIX. Grot. post versus duo ex Eurip. Heracl. addit hunc, qui ibi non exstat. Valck. p. 228. ad Inc. refert, et Χρὴ vel Δεῖ c. c. emendat. *Beck.*

LII. Stob. T. LXXIX. Grot. p. 455, 11. Gesn. *Beck.*

LIII. Schol. Theocr. Id. VII. 101. *Beck.*

LIV. Schol. Theocr. Id. VI. 2. *Beck.*

LV. Plutarch. de Pyth. Orac. p. 407. Indicavit et metrum restituit Schraderus ad Musæum pag. 20. *Heath.*

Hæc erant, quæ non omittenda putarem, ne emtores libri se fragmentis quibusdam, inprimis Barnesianis, carere quererentur. *Beck.*

Clement. Alexandr. p. 167. ed. Comm. (462. Pott.) versus leguntur, quos Sophoclis esse Daniel Heinsius censet, posse etiam Euripidi tribui conjicit Villoisonus, V. C. Eos ita restituit Scaliger:

Ὡς οὐδὲν ἐσθ' ὅτῳ μ' ἐλεωδίφου φρένα
Τὸ δάκνον οὖσας ἀνδρὸς, ὡς ἀνιμία.
Οὕτως πέπονθα, καί μ' ἐμφρενῶσά τις
Βαθεῖα πηλὸς ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει.

Beck.

FRAGMENTA, EX POR. ADVERSAR.

Libanius Epist. CDLXXXVII. ἀλλ' ἐπαινῶν Εὐριπίδην λέγοντα τοῦ ἴσχοντος εἶναι φίλον πρίασθαι χρημάτων πολλῶν σαφῶς. Lege,

τοῦν ἴσχοντος ἦν ἄρα
Φίλον πρίασθαι χρημάτων πολλῶν σαφῶς.

Epist. CDLXXI. τοῦτον οὖν εὐτυχία πώποτε ἐπῄρεν, ἢ δυστυχίᾳ τι οὐκ ἔπεπτεν, Εὐριπίδου μεμνημένος.

Locus Euripidis exstat apud Plutarch. Consol. p. 102. F.

Μηδ' ὠνόητόν μηδὲν ἄλγος ἴσθ' ὅτου μέγα,
Ὅ σ' ἐξαιρεῖσθαι μᾶλλον ἢ χρῆν φροντίς·
Μηδ', ἤν τι συμβῇ δυσχερὲς, δουλοῦ πάλιν·
Ἀλλ' ἀνδρὸς ἀεὶ μίμνει, τὴν σαυτοῦ φύσιν
Σάζων βεβαίως, ἥντιν' ἔχουσ' ἐν τυχεῖ.

Quem Euripidi tribuit et Valckenarius ad Phœniss. 927.

Basilius M. Epist. CCCXXXI. (LXIII. p. 156. D. ed. Garner.) apud Wyttenbach. Ep. Crit. p. 35. τὸν σοφὸν ἄνδρα, κἂν ἰαὰς ναίῃ χθονὸς, κἂν μάκαρ' αὐτὸν ἔσεις πρεσβᾶ, πρίου φίλον.

Duo senarios sic constitue;

Σοφὸν γὰρ ἄνδρα, κἂν ἰαὰς ναίῃ χθονὸς,
Κἂν μάκαρ' ἔσεις αὐτὸν βᾶ, πρίου φίλον.

Euripidis etiam videtur versus apud Aristid. II. p. 334. (p. 536, 2.)

Φίλον γὰρ ἄξιος, μὴ πρατῶν ὅσου θέλεις.

Et alter III. p. 67. (II. p. 39, 18.)

Ζῶσι δ' ἐν θυμῷ μάντις ἀνῳδύσαντος.

Versum, quem Euripidis esse suspicatur Valckenærius ad Phœniss. 552. Dionysii esse discimus ex Plutarcho T. II. p. 338. C.

Tragicus incertus apud Grotium Excerpt. p. 465.

Ἐν γῆς φίλης μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν.

Unde petitus sit hic versus, se non meminisse fatetur Valckenærius ad Euripid. Phœniss. 1456; sententiam autem corrumpere sit φίλαις, in φίλης commutandum. Recte. Versus exstat apud Diogenem Laërtium IV. 25. ubi φίλας rescribi jubet Casaubonus, et simul Teletis locum, quem ex Stobæo protulit Valckenærius p. 489, 90. comparat.

Ion. apud Plutarch. de Consol. ad Apollon. p. 113. B.

Ἐξῆλθον ἡμῶν καὶ τὰ ἡμῶν τροφὸς
Παίδων, βίβλους λευκὸν σωθεγμένους.

Turneb. Var. Lect. Ἐξῆλθον ἡμονῦναι καὶ τοὺς ἡμῶν. Legendum, utriusque lectionis ope, Ἐξῆλθον, ἡ μόνη τε καὶ τλήμων τροφός.

FINIS FRAGMENTORUM.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ.

ARGUMENTUM EPISTOLARUM.

EX ED. BECK.

De Argumento singularum Epistolarum diximus satis in Euripidis Vita, sed et infra dicemus; de ipsis nunc Epistolis nonnihil restat dicendum. Scio equidem, a nonnullis dubitatum fuisse, utrum Euripidis fuerint, necne; imo sunt, qui Sophistarum hæc opera et lusus affirment; cujusmodi oppido nimis multa exstare haud invitus fateor, etiam inter illas Epistolas, quas una cum his ipsis Caldoræus olim edidit. Nec nescio, quem auctorem harum Epistolarum nonnulli voluerint; videl. Sabirium Pollonem; ita enim Anonymus in Vita Arati: Ἀπολλωνίδης ὁ Κηφεὺς, ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας, οὐκ εἶναι αὐτὰς Ἀράτου φησὶν, ἀλλὰ Σαβείριου Πόλλωνος· τοῦ δὲ αὐτοῦ φησὶν εἶναι ἐπιγεγραμμένας Εὐριπίδου Ἐπιστολάς. Sed quum vel ex hoc appareat, hanc fuisse opinionem fere singularem Apollonidæ Cephensis, quis non inde colligat, ab aliis non paucis Euripidi libere concessas? Sed velim, aliquis mihi probet, has ipsas Epistolas illas esse, quas a Sabirio Pollone fictas, Euripidi male obtrusit error. Mihi sane vel ex hoc id liquere videtur, Euripidis nonnullas olim exstitisse Epistolas genuinas, quod illi alias aliquis affigere incongruum non putarit. Et certe, si quis tempus et phrasin vere Atticam et res et personas et simplicitatem et stylum minime elaboratum, cum summa tamen puritate nitentem, penitus introspexerit, nescio, quis adeo sit perfrictæ frontis, aut judicii imminuti, qui illas vel Euripide hoc nostro indignas pronuntiet, vel ab alio Euripide scriptas, vel ab ullo alio ætatis minus puræ auctore, confictas suspicetur. Quod de aliis Epistolis Græcanicis objiciunt quidam docti sane homines, et quibus ego plurimum deferre soleo, sciendum est, haud paucas earum nomen Theophylacti Simocatti Scholastici ultro præferre, Æliani item et Æneæ Sophistæ, aliorumque; has autem Euripidi et re et titulo et suo merito proprias videri. Quod ad comicas de Cephisophonte cavillationes attinet, nihili eas habendas in hujus Auctoris Vita probavimus. Monendus autem est lector, Phalaridis Epistolas nihilo secius genuinas esse, quod earum auctor esset Agrigenti tyrannus; is enim Astypala natus erat, una ex Cycladibus, ubi Atheniensium erat colonia; sed nec ipse Diodorus Siculus, nec Empedocles Agrigentinus, nec Ocellus Lucanus, Dorice, sed Attice fere, scripserunt. Quod de æmulatione Sophoclis cum Euripide objicitur, sciendum, illam haud ultra philosophiæ limites arsisse; constat enim, Sophoclem Euripidis mortis nuntium graviter tulisse; quod probamus alias. Quicquid enim ab ullo objectum fuerit, id in Auctoris Vita conciliatum dabimus. Nunc ad ipsas Epistolas festinamus.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'.

ΑΡΧΕΛΑΩι ΒΑΣΙΛΕΙ.

ARGUMENTUM.

Excusat Archelao, quod dono sibi missum ab eo argentum remitteret, causasque, cur id faceret, ostendit. Denique pro duobus fratribus Pellæis, quos in carcere detineret rex, se patris illorum rogatu et ante scripsisse dicit, et nunc iterum efficaciter pro iis intercedit. Athenis erat scripta hæc Epistola, diu antequam Euripides in Macedoniam proficisceretur.

Τὸ μὲν ἀργύριον ἀνεπέμψαμέν σοι πάλιν, ὅπερ ἡμῖν Ἀμφίας ἐκόμιζεν· οὐ δόξαν κενὴν θηρώμενοι, εἰ μήγε καὶ ἀχθεσθήσεσθαί [σε] μᾶλλον, ἢ ἀποδέξασθαι ἡμᾶς, δι' αὐτὸ ἐνομίζομεν· Τοὺς δ' ἄλλους αὐτὸ τοῦτο δὴ καὶ μάλιστα συκοφαντεῖν ἐπιχειρήσειν, ὡς ἐπίδειξιν οὖσαν τὸ πρᾶγμα, καὶ πρόσχημα μᾶλλον εἰς τοὺς πολλοὺς, οὐ μεγαλοφροσύνην οὐδεμίαν· ὥστε τούτοιν μὲν ἀμφοῖν ἕνεκα κἂν ἐδεξάμεσθα. καὶ Κλίτων δὴ ἐπέστειλεν ἡμῖν, ὅπως λάζοιμεν, ἀπειλήσας ὀργιεῖσθαι μὴ λαζοῦσιν. Ἀλλ' ὡς τὸ μὲν αὔταρκες ἡμῖν τε καὶ τοῖς φίλοις παρόν· τὸ δὲ ὑπὸ σοῦ πεμφθὲν πλεῖον, ἢ ὅσον ἦ τε κτῆσις ἤρμοζε, καὶ ἦν ἡμῖν ἡ φυλακὴ ῥᾳδία.

Περὶ τῶν Πελλαίων νεανίσκων, καὶ πρότερον μὲν ἐπεστείλαμέν σοι δεόμενοι, καὶ νῦν δεόμεθα σῶσαί τε αὐτοὺς καὶ ἀνεῖναι τῶν δεσμῶν· οὐδὲν γὰρ ἀδικεῖν ἐοίκασιν, ἢ οὐδὲν βλάψειν ἀφεθέντες ἔτι· μέτριον δὲ καὶ τὸ χαρίσασθαι δεομένοις ἡμῖν, καὶ τὸ ἐλεῆσαι δὲ τὸν πατέρα αὐ-

Argentum quidem, quod Amphias nobis attulit, iterum ad te remisimus, haud vanam gloriam aucupantes; imo te potius eapropter nobiscum succensurum iri, quam probaturum, putabamus; alios vero maxime hoc ipsum vitio mihi vertere conaturos, tanquam ostentatio fuerit hæc res et prætextus magis in vulgus, quam animi magnitudo: Quare duabus hisce de causis accepissemus potius. Et Clito sane scripsit nobis, ut acciperemus, indignaturum se interminatus, nisi acciperemus. Verum nobis et amicis, quod habemus, sufficit: Præterea missum a te munus majus erat, quam quod nostræ possessioni conveniret; sed nec facile possemus custodire.

De Pellæis juvenibus, et prius tibi scripsimus supplicantes, et nunc iterum rogamus, ut serves eos et a vinculis dimittas: Non enim videntur malum fecisse, aut certe non amplius facturi, si dimiseris. Æquum autem est, ut hoc nobis rogantibus gratificeris, et patrem eorum miserearis,

τῶν, γέροντα, ὡς ἔστι συνθάνεσθαι, τῶν σύγγενεστάτων ἐν Πέλλῃ, καὶ κατὰ πάλλα δοκίμων. Ὃς αὐτὸς ἐλθὼν Ἀθήναζε, ἐφ' ἡμᾶς καταφυγὼν, ἐλπίσας δύνασθαί τι παρὰ σοί· καὶ ἐδεήθη ταῦτα ἐπιστεῖλαί σοι Ἀλλὰ μὴ φαυλότερος γένῃ περὶ ἡμᾶς, ἢ ἐκεῖνος ὑπέλαβεν. Ἔρρωσο.

senem, ut audire licet, ex nobilioribus et potioribus Pellæis. Qui ipse Athenas veniens ad nos confugit, sperans, nos aliquid apud te valere; atque, hæc ad te scriberemus, oravit. Tu vero ne nobis minus sis propensus, quam ille opinatus est. Vale.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

ΣΟΦΟΚΛΕΙ.

ARGUMENTUM.

Sophocli ex naufragio elapso congratulatur; ejusdem ex amissis Tragœdiis damno condolet; denique salutem optat et reditum tutiorem. Salutationes amicorum illi commendat. Scripta hæc Epistola ex Athenis ad Sophoclem poëtam tum in Chio commorantem.

Ἐκομίσθη Ἀθήναζεν, ὦ Σοφόκλεις, ἡ περὶ τὸν εἰς Χῖον πλοῦν γενομένη σοι συμφορά· καὶ ἴσθι, οὕτω διατεθεῖσαν τὴν πόλιν ἅπασαν, ὡς μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἧσσον ἀχθεσθῆναι τῶν φίλων. Τὸ δὲ, τοσούτου κακοῦ ἥκοντος, περισώζεσθαί σε, καὶ τὸ τῶν συνόντων σοι φίλων, μηδὲ θεραπόντων ἀποζαλεῖν μηδένα, οὐκ ἄλλο τι ἔγωγε, ἢ θεοῦ πρόνοιαν, γενέσθαι πείθομαι. Ἡ μέντοι περὶ τὰ δράματα συμφορὰ, ἣν τίς οὐχὶ κοινὴν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος νομίσειεν ἄν; δεινὴ μὲν, ἀλλὰ περιόντος γε σοῦ ῥᾳδίως ἐπανορθωθήσεται. Σπόπει δ', ὅπως ἀσφαλεστέραν, ἢ ταχυτέραν, ποιήσαιο τὴν ἐπάνοδον καὶ ἤτοι ἄρα ἡ θάλασσα, ἢ τὸ κρύος παραχρῆμα νηχόμενόν * γε, ἢ ὕστερον, καπῶσαι δοκεῖ, ῥαΐσας τὸ σῶμα πρότερον ἡσυχῇ ἐπάνιθι. Καὶ τὰ οἴκοι ἴσθι κατὰ νοῦν καὶ ὅσα ἐπέστειλας ἐπιτελῆ ὄντα.

Allata est Athenas, O Sophocles, quæ tibi in Chium naviganti accidit calamitas. Et scito, ita totam civitatem affectam, ut non minus inimici, quam amici, ægre ferrent. Quod vero, tanto malo accidente, tu incolumis evaseris, quodque ex amicis, qui una tecum fuerint, ne famulum quidem ullum amiseris, nihil ego aliud, quam Dei providentiam, fuisse, persuasum habeo. Illud quidem circa tragœdias damnum (quod quis non generale totius Græciæ existimet?) grave utique est; sed quod, te tamen superstite, facile reparabitur. Cave autem, ut tutiorem, quam celeriorem, reditum facias; et sive mare, sive frigus, statim navigantem, vel post, vexet, tu, recreato prius corpore, per otium revertere. Et domi scias omnia ex sententia, et quæcunque mandaveris, perfecta esse.

* παραχρῆμα νηχόμενον] Verte, *statim nantem*, id est, in mare delapsum, naufragum scilicet. *Heath.*

Ἄσπασαι Χιωνίδην τε καὶ Λαπρέτην, καὶ εἰδέτωσαν ἡμᾶς οὐχ ἥκιστα καὶ ἐπ' αὐτοῖς χαίροντας, ὅτι σώζονται. Ἀντιγένη τὸν ἰατρὸν, εἴπερ ἔτι ἐν Χίῳ καταλαμβάνεις, καὶ μὴ ἀπῆρκέ πω εἰς Ῥόδον, ἄσπασαι, καὶ ἴσθι ἀνδρῶν βέλτιστον ὄντα· καὶ τοὺς Κρατίνου υἱεῖς. Ἔρρωσο.

Saluta Chionidem et Lapretam; sciantque, nos haud minus super iis gavisos, quod sint incolumes. Antigenem medicum, si adhuc in Chio deprehendis, necdum in Rhodum abiit, saluta; et scito, eum virum optimum esse: item Cratini filios. Vale.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'.

ΑΡΧΕΛΑΩι ΒΑΣΙΛΕΙ.

ARGUMENTUM.

Ostendit, quantam sibi gloriam Archelaus paraverit, condonando misero patri Pellæo duos filios adolescentes, ad illius nempe preces; ob quem favorem, præter quod rex ipse maximum exinde commodum sibi demessurus esset, gratam spondet memoriam, nunquam intermorituram. Data et hæc Epistola Athenis.

Ἀφίκετο Ἀθήναζε πρὸς ἡμᾶς ὁ Πελλαῖος γέρων * ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ νεανίσκοις· καὶ ἐγένετο μὲν ἡ ὄψις, ὦ βέλτιστε βασιλεῦ, ἡδεῖα μὲν ἐμοὶ τῷ θεωμένῳ τε καὶ δι' ὃν ταῦτα ἐγίνετο, καλὴ δὲ καὶ σοὶ ἀπόντι καὶ φέρουσα δόξαν πολλὴν καὶ ζῆλον παρὰ πᾶσι τοῖς τε ἐπιτηδείοις τοῖς ἐμοῖς καὶ Ἀθηναίων ὁπόσοι εἶδον· εἶδον δὲ πολλοί. Καὶ οὐδείς, ὅστις οὐκ ἠγάσθη τέ σου τῆς φιλανθρωπίας καὶ συνηύξατό σοι τἀγαθά. Περιῄει γὰρ γέρων (οὐ πολλαῖς πάνυ ἡμέραις πρότερον ἐνθάδε ξυπῶν τε, καὶ κόμην ἔχων [κεκαρμένην,†] ἐν οὕτω τάχυ λιτῇ τινι ἐλπίδι τεθειμένος τὴν σωτηρίαν τῶν παίδων) λαμπρός τε ἐξαίφνης καὶ μετὰ δυοῖν παίδοιν νεανίαιν, θύων τε

Venit Athenas ad nos Pellæus ille senex, una cum suis adolescentibus; et factum est sane spectaculum, O rex optime, jucundum quidem mihi, qui spectarem et propter quem hæc fiebant, pulchrum autem et tibi absenti et magnam gloriam ferenti et admirationem apud omnes meos necessarios et Athenienses, quotquot viderunt; viderunt autem multi. Nec erat eorum quisquam, qui non tuam humanitatem et admiraretur, et omnia bona tibi comprecaretur. Circumibat enim senex (haud multis ante diebus squallens et comam habens tonsam, in tenui adeo spe ponens salutem filiorum) splendidus repente et cum duobus filiis adolescen-

* γέρων] Legendum puto ὁ γέρων. *Heath.*

† κεκαρμένην,] Hanc vocem pessimo exemplo, uncinulis sit licet inclusa, hic interpolavit Barnesius; absest certe ab editionibus et Aldina et Caldoriana. Ignorabat nimirum Græcorum morem, a Plutarcho in Quæstionibus Rom. Opp. p. 267. traditum: καὶ γὰρ παρὰ Ἕλλησιν ὅταν δυστυχία τις γίνηται, κείρονται μὲν αἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες· ὅτι τοῖς μὲν τὸ κείρεσθαι, ταῖς δὲ τὸ κομᾶν σύνηθές ἐστιν. Locum indicavit H. Stephanus in Thesauro, voce Κομάω. *Heath.*

τοῖς θεοῖς, ἐμέ τε θυόντων καὶ στεφάνων, ὅτι σώσαιμι αὐτῷ τοὺς υἱέας, καὶ τὴν πόλιν τὴν τῶν Ἀθηναίων, ὅτι τοιούτους πολίτας τρέφοι.

Ἐγὼ δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα εἰπεῖν ἔχω· οὐ βούλομαι δὲ, ἐπιδεικνὺς, ὅσῳ πλείονα ἐκ τούτου σεαυτὸν ὠνήσας, ἢ ἄλλον τινὰ ἀνθρώπων, δοκεῖν διὰ τοῦτο εἰλάττω σοὶ χάριν ἔχειν. Ὁμολογῶ δὲ αὐτός τε, εἴ τὰ μέγιστα πεποιῆναι, καὶ πειράσεσθαι τοῦ καλοῦ τούτου ἔργου πολλὰ πάνυ καὶ μεγάλα παρασχεῖν σοὶ χαριστήρια· ὅτι οὔτε τὸν δείλαιον γέροντα ἐκεῖνον, ὅτε ἠτύχει, τῆς ἐφ' ἡμῖν, οὔτε ἡμᾶς τῆς ἐπὶ σοὶ, γεγομένης ἐψεύσω ἐλπίδος. Ἔρρωσο.

tibus, Diisque sacrificans, neque celebrans et colens, quod filios ipsi servaverim, urbemque Atheniensium, quod tales cives aleret.

Ego vero et multa quidem alia dicere habeo: Nolo autem, dum ostendam, quanto plus ex hoc teipsum juveris, quam ullum alium hominem, videri exinde minorem tibi gratiam referre. Confiteor autem ipse, me maximo a te beneficio affectum esse, et annisurum, pro hoc præclaro officio, multas admodum et magnas gratias referre; quod neque miserum illum senem, quando infortunio laborabat, de nobis, neque nos, de te, concepta spe fefelleris. Vale.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ'.

ΑΡΧΕΛΑΩι ΒΑΣΙΛΕΙ.

ARGUMENTUM.

Archelaum ob multos in se et in alios collatos favores celebrat; regii status prærogativam ad benefaciendum insignem ostendit, quam qui neglexerint semel, frustra post quærere: Archelaum mature ad hoc opus se accinxisse, cujus rei conscientiam quemvis sequentis fortunæ casum lenire posse. Hortatur, ut artes et scientias, literatosque homines fovere perseveret; et illius humanitatem præcipue admiratur. Epistola Athenis scripta.

Καὶ τὰ περὶ τοὺς Πελλαίους, ὦ βέλτιστε Ἀρχέλαε, καὶ πολλὰ ἄλλα, πεπολίτευταί σοι καλῶς, καὶ πρὸς ἐμὲ, καὶ πρὸς ἑτέρους ἐπιεικεῖς τε καὶ σπουδῆς ἀξίους πολλούς. Καὶ οὐχ ἧσσον αὐτὰ, εὖ ἴσθι, ὅσα πρὸς ἄλλους τινὰς, ἢ ὅσα πρὸς ἡμᾶς ἰδίᾳ πέπραχταί σοι καλῶς, ἐπιμελές μοι εἰδέναι, οὐ φιλοπράγμονι ὄντι, ἀλλὰ χαίροντι ἐφ' οἷς εὐδοκιμοῦντα συνδάνομαί σε· καὶ χάριν σοι οὐκ ἐλάττω ὑπὲρ αὐτῶν ἔχω· οὐ γὰρ ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔπαθόν τι ἰδίᾳ, δεῖν μᾶλλον

Et in negotio illo de Pellæis, optime Archelaë, et in multis aliis recte te gessisti, et erga me et erga alios honestos et amore dignos viros haud paucos. Et crede mihi, non minus, quæ erga alios, quam quæ privatim erga nos, egregie præstitisti, curæ esse mihi scire; non quod curiositate pruriam, sed quod gaudeam super iis, in quibus te celebratum audiam; neque tibi pro ipsis minorem gratiam habeo. Non enim ob collata privatim in me beneficia magis gaudendum, quam

ἠσθῆναι, ἢ ὅτι σὲ τοιοῦτον ὄντα ἔγνων, ἔγωγε νομίζω. ταυτὸ δὴ τοῦτό μοι συμβέβηκεν ἀπὸ παντὸς ἔργου, ὅτι ἂν εἰς ὁντινοῦν τῶν ἐπιεικῶν συνδάνωμαί σε καλῶς πεπολιτευμένον.

Καὶ μέμνησο τούτων, ὦ βέλτιστε Ἀρχέλαε, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα οὐδὲν πλέον, ἢ πολλοὺς πόνους καὶ πολλὰς φροντίδας, ἔδωκά σοι ὁ Θεός· ἓν δὲ ἔδωκεν ἀγαθόν, δύνασθαι εὖ ποιεῖν οὓς ἂν ἐθέλῃς· θέλειν δὲ δεῖ τοὺς ἀξίους. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐπ' αὐτῷ βουλομένῳ ἐστὶν ἀφελέσθαι· ἓν δὲ οὐδὲ βουληθείς ποτέ ἀφαιρήσεται, τὸ πολλοὺς εὖ πεποιηκέναι. Ὥστε εὖ ἴσθι, ὅτι οὐδεμία μείζων ἀνδρὶ, γενομένῳ ποτὲ ἐν δυνάμει, μεταμέλεια, * ἢ εἰ, διδόντος τοῦ Θεοῦ, μηδένα ἔδρασεν ἀγαθὸν μηδὲν βουλομένῳ δὲ δρᾶν, πέπαυται διδοὺς ὁ Θεός. Ἀλλ' οὐ σύ γε ἂν τοῦτο πώποτε πάθοις· οὐδὲ ἀνιάσῃ, ὅτι οἴχεται ὁ καιρὸς† εἰς ἀνθρώπων εὐεργεσίαν, ἀνεθεὶς φροῦδος ἤδη, καὶ πέπαυται παρὼν ὁ Θεός· ἀλλὰ καὶ παρέσται μὲν ἀεὶ, καὶ στήσεταί κατόπιν ἀξίῳ γε ὄντι, καὶ χρωμένῳ ταῖς ἑαυτοῦ χάρισι δεξιῶς. Ἀλλὰ ὄῆτα, κἂν ἐπίσχῃ πνέων, πάντως ἤδη καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ ἰδιῶται πολλοὶ, καὶ ἥδοντο τῆς σῆς δυνάμεως οὐ σὺν κακῷ, καὶ ἔχουσιν ἀπόμοιραν τῆς σῆς εὐπραξίας. Καὶ οἱ μὲν πόνοι παύσαιντ' ἄν, ἐκστάντος σοῦ, καὶ τὸ κινδυνεύειν, καὶ αἱ φροντίδες· τὸ δὲ συνειδὸς, ὧν τε ἔπαθον, τοῖς παθοῦσι, καὶ σοὶ τῷ πεποηκότι, ἀεὶ μένει‡, οὐ μὴν

quod te talem cognoverim, ego quidem censeo. Idque ipsum mihi contingit ab omni opere, quod in quemlibet virum æquum et justum recte te præstare audiam.

At hæc tu memoriæ mandes, Archelaë præstantissime, quod, si alia spectes, nihil magis, quam multos labores multasque curas, tibi Deus dederit: Unum vero bonum dedit, posse te bene facere, quoscumque velis, velle autem dignos oportere. Et cætera quidem in illius potestate sita, si velit auferre: Unum autem ne volens quidem auferet unquam, multos nempe benefecisse. Atque adeo persuasum habeas; quod nulla major viro, in summa potentia aliquando constituto, pœnitentia oriri possit, quam si, ubi Deus copiam præstiterit, neminem unquam beneficio ullo affecerit, et cum velit benefacere Deus, permittere destiterit. Sed ejusmodi tu nunquam patieris; neque affligeris, quod occasio hominibus benefaciendi abierit, ubi jam destitutus fueris et abdicatus: Deusque præsens esse cessarit. Sed ille semper tibi aderit, et pone adstabit; ut qui dignus sis, et illius favoribus dextre utaris. Verum enimvero si adspirare destiterit, jam omnino et civitates et gentes et privati non pauci tuam potentiam non cum damno experti sunt, et tuæ felicitatis portionem aliquam habent. Et quidem, si de statu excideris, labores tui et pericula et curæ cessaverint, conscientia vero beneficiorum et iis, qui acceperint, et tibi, qui præ-

* μεταμέλεια,] Editt. Ald. et Caldor. habent μεταμέλειαι καὶ πολυωδινία. *Heath.*

† ὅτι οἴχεται ὁ καιρὸς, &c.] Hæc perperam versa, melius a Bentleio reddita vide in ejus Dissert. Anglic. de Eurip. Epist. p. 129. *Heath.*

‡ μένει,] Lege μενεῖ. *Heath.*

χρὴν οὔτε κτῆμα, οὔτε ἀπόλαυσμα, ἀλλὰ ἀρκοῦν τοῦτο καὶ ἐν δυσπραγίαις ἡδονὰς παρέχειν.

Ταῦτα δὴ παρακελεύομαι πράσσειν τε ἀεί, καὶ μὴ ἀποκάμνειν ὥσπερ οὐδ' ἀποκάμοις ἄν, οὐδέ ἐστί τις τούτου κόρος· τὰ δ' ἄλλα πρᾴως ὁμιλῶν καὶ δεξιῶς χρῆσθαι τῇ παρούσῃ δυνάμει· καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ οὐκ ἄλλον τινὰ ἀνθρώπων, οὐδ' ὅστις τεθνήξεσθαι παρακέλλεται μέλλων, σοῦ κελεύοντος, ἀφεθῇ, ἐκεῖνον μᾶλλον, ἢ σεαυτὸν, εὐφρανεῖ τὸ τοιοῦτον [σὲ] εἶναι τὸν τρόπον. ἔστι γε μὴν καὶ τὸ τοὺς ἀπανταχόθι* τιμῆς καὶ λόγου τινὸς τῶν Ἑλλήνων ἀξίους, καὶ μάλιστα τοὺς κατὰ τέχνας σπουδαζομένους, καὶ πάλιν αὖ μάλιστα τούτων ἁπάντων τοὺς σοιεῖν, ἢ λέγειν τι κατὰ παιδείαν δυναμένους, μεταπαλαίεσθαί σε πανταχόθεν, καὶ χορηγίαις τῶν ἐπιτηδείων ἀφθόνοις, καὶ ταῖς ἄλλαις φιλοφροσύναις τημελεῖν, ὅπως ἀπαλλαγέντες τῶν ἄλλων φροντίδων, ἐπιδιδῶσιν ἀεὶ διὰ σὲ, καὶ προΐωσιν ἐν ταῖς ἑαυτῶν τέχναις· καὶ τὸ τούτων ἀναπιμπλάναι τὸν οἶκον, ἀλλὰ μὴ κολάκων, καὶ βωμολόχων ἀνθρώπων, καὶ τούτους θεραπεύειν αὐτὸν, οὐχ ὑπ' ἐκείνων θεραπεύεσθαι, μᾶλλον ὁμολογοῦντα·† ὥσπερ ἐστί, πυθάνεσθαι πολλάκις, ὅτ' ἐπ' ἐκείνοις μᾶλλόν ἐστι, τὸ σὲ εἶναι, ὁποῖός εἶ, καὶ τὸ τοιοῦτον ὂν παρὰ τοῖς ἔπειτα ἀνθρώποις λόγου τυχεῖν, ἢ ἐπὶ σοὶ, τὸ ἐκείνους εὐτυχεῖν. ἐκείνοις μέν γε, κἂν

bueris, perpetuo manet, haud contemnenda possessio et fructus, sed quod in calamitatibus etiam voluptatem præstare suffecerit.

Hæc sane auctor tibi sum ut semper facias, neque fatigeris: ut neque defatigaberis; quia neque hujus rei ulla est satietas. Cætera mansuete, simul et prudenter utere præsenti potestate: nam et hoc ipsum nullum alium hominem, etiamsi aliquis mori statim futurus, tuo jussu liberaretur, ne illum quidem magis, quam temet, gaudio afficeret, talem te moribus esse. Præterea *hoc admodum te commendat*, quod et eos ex Græcis, ubi-ubi honore aut memoratu dignos, et præcipue artium studio deditos, et rursus omnium horum maxime, qui per doctrinam aliquid facere, aut dicere possunt, convoces undiquaque, et larga rerum necessariarum suppeditatione, aliisque officiis foveas; ut aliarum curarum vacui, per te semper augmentum capiant, et in suis quique artibus proficiant. Quodque talibus palatium tuum refercitur, non autem adulatoribus et scurris, magisque illos a te coli, quam te ab illis, profitearis: ut a te haud raro audire licet, quod illis potius debeas, te talem esse, qualis es, talemque posterorum memoriæ commendatum iri, quam illi felicitatem suam tibi debeant. Illis enim, etiamsi tua munera deficiant, tamen et opes, quæ suffecerint, et gloriam superesse et volup-

* Ἔστι γε μὴν καὶ τὸ τοὺς ἀπανταχόθι — μεταπαλαίεσθαί σε] Hæc a verbo præcedente παρακελεύομαι pendent. *Heath.*

† ὁμολογοῦντα·] Pone coli notam post θεραπεύεσθαι, comma post ὁμολογοῦντα, et tolle distinctionem post ἐστι, ut constructio sit: μᾶλλον ὁμολογοῦντα (ὥσπερ ἐστὶ πυθάνεσθαι πολλάκις) ὅτι μᾶλλόν ἐστιν ἐπ' ἐκείνοις, etc. *Heath.*

ὑπολίπωσιν αἱ παρὰ σοῦ δωρεαί, καὶ πλοῦτον αὐτάρκη καὶ δόξαν εἶναι καὶ ἡδονὴν, τὰς τέχνας.

Τίς δ' οὐκ ἂν ἀγάσαιτο καὶ μακαρίσειε τούτων ἁπάντων; καὶ μάλιστα, ὅτι ὁμολογοῦσιν ἤδη καὶ ἴσασι πάντες εἰς τοῦτό σε ἥκοντα τῆς πρὸς τοὺς συνόντας σοι φιλανθρωπίας, ὥστε τὴν μὲν ἰσχὺν καὶ πάνυ σοι συμβάλλεσθαι τὸ δὲ ὄνομα μηδὲν ἀντιπράσσειν τὸ τοῦ βασιλέως, εἰς τὸ στέργεσθαι ὑπὸ τῶν φίλων. Ἔρρωσο.

tatem haud levem, ipsas nempe artes et scientias, quas profitentur.

Quis non ob hæc omnia demiretur te et beatum prædicet? eoque impensius, quoniam fatentur jam et agnoscunt omnes, eo te humanitatis erga familiares tuos processisse; ut ipsa quidem potentia valde tibi conducat, nomen autem regis nihil omnino obsit, quominus ab amicis diligaris. Vale.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'.

ΚΗΦΙΣΟΦΩΝΤΙ.

ARGUMENTUM.

Cephisophonti, amico et familiari, narrat, quomodo in Macedoniam pervenerit, et quid inde secutum. Inimicorum calumnias diluit; et avaritiam hujus itineris causam non fuisse multis probat. Nonnulla jam a se missa amicis munera scribit, et quid de Sophocle sentiat. Innocentia sua fretus inimicorum calumnias negligit. Data Epistola ex Macedonia.

Καὶ ἀφικόμεθα εἰς Μακεδονίαν, ὦ βέλτιστε Κηφισοφῶν, τό, τε σῶμα οὐ μοχθηρῶς διατεθέντες, καὶ ὡς οἷόν τε μάλιστα ἦν, ἐπιεικῶς, κομιζόμενοι συντόμως. Καὶ ἀπεδέξατο ἡμᾶς Ἀρχέλαος, ὡς εἰκός τε ἦν, καὶ προσεδοκῶμεν ἡμεῖς, οὐ δωρεαῖς μόνον, ὧν οὐδὲν ἐχρήζομεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ φιλοφροσύναις, ὧν οὐδ' ἂν εὔξαιτό τις μείζους παρὰ βασιλέων. Καὶ κατελάβομεν Κλίτωνα ἐρρωμένον, καὶ ἔστιν ἡμῖν σὺν ἐκείνῳ τὰ πολλά·* καὶ ὅταν τύχῃ, σὺν Ἀρχελάῳ ἄμεμπτος ἡ διαγωγὴ, πρός τε τοῖς ἔργοις, οὐδὲν κωλυόμεθα τοῖς τούτων γίνεσθαι. Ἀλλὰ πολὺς μὲν ἔγκειται ὁ

Venimusque in Macedoniam, optime Cephisophon, et corpore haud male affecti, et, quantum fieri potuit, convenienter, brevi spatio perlati. Atque excepit nos Archelaus, ut verisimile erat, et nos etiam exspectabamus, non muneribus tantum, quibus nihil nos indigebamus, sed et ea comitate, qua nemo majorem a regibus optaverit. Et Clitonem invenimus salvum, nobisque cum illo multa necessitudo intercedit, et, quoties contingit, cum Archelao ipso conversatio neutiquam adspernanda; quin nec illorum negotiis adesse prohibemur. Sed multus mihi instat Clito,

* τὰ πολλὰ·] Ad mentem interpretis pone comma post τὰ πολλὰ, coli notam post διαγωγὴ, et tolle distinctionem post τοῖς ἔργοις. *Heath.*

Κλίτων, πολὺς δὲ καὶ ὁ Ἀρχέλαος ἑκάστοτε, φροντίζειν ἀεί τι καὶ ποιεῖν τῶν εἰωθότων ἀναγκάζοντες· ὥστε ἐμοί γε μισθὸν οὐκ ἀηδῆ μενοῦν, οὐδὲ ἄπονον, δοκεῖ Ἀρχέλαος ἀναπράσσεσθαι, τῶν τε δωρεῶν, ἃν ἔδωκέ μοι εὐθὺς ἀφικομένῳ, καὶ ὅτι ἑστιᾷ λαμπρότερον, ἢ ἐμοὶ φίλον ἦν, ἑκάστης ἡμέρας.

Περὶ δὲ ὧν ἐπέστειλας ἡμῖν, σὺ μὲν εὖ ποιῶν ἐπιστέλλων, ἃ δοκεῖς ἡμῖν εἰδέναι διαφέρειν. Ἴσθι μέντοι, μηδὲν μᾶλλον ἡμῖν, ὧν νῦν Ἀγάθων, ἢ Μεσάτος, λέγει, μέλον, ἢ τῶν Ἀριστοφάνους φληναφημάτων οἷσθά ποτε μέλον. Καὶ τούτοις γε ἂν ἀδικήσαις εἰς τὰ μάλιστα, ἀποκρινόμενός ποτε, κἂν ὅλως μὴ παυομένους τῆς ἀναγωγίας αὐτοὺς ὀργᾷς.

Ἢν μέντοι τις τῶν ἀξίων περὶ Εὐριπίδου λέγειν τι καὶ ἀκούειν, αἰτιᾶται ἡμᾶς τῆς πρὸς Ἀρχέλαον ὁδοῦ, ἃ μὲν τὸ πρόσθεν εἴπομεν περὶ τοῦ μὴ δεῖν εἰς Μακεδονίαν ἡμᾶς ἀποδημεῖν ἐπιστάμενος, ἃ δὲ μετὰ ταῦτα· ἡμᾶς ἀπηνάγκασε βαδίσαι ἀγνοῶν, τοῦτον δὴ ἄξιον νόμιζε δηλοῦν αὐτῷ, ἅπερ οἶσθά γ', ὦ Κηφισοφῶν· καὶ οὕτως παύσεται ἀγνοῶν τὰς αἰτίας, καὶ ἅμα, ὅπερ εἰκός ἐστι τὸν ἀγνοοῦντα πάσχειν, καταγινώσκων ἡμῶν, ὡς φιλοχρημάτων γενομένων. Οὐ γάρ που δὴ πορφύραν καὶ σκῆπτρον φορεῖν, ἢ φρούρια λαβόντας ἐν Τριβαλλοῖς ἡγεῖσθαι, ὑπόχους καλουμένους, ἀρεχθῆναί τις ἂν φήσειεν ἡμᾶς, καὶ διὰ τοῦτο δὴ στείλασθαι τὴν πρὸς Ἀρχέλαον ὁδόν, ἀλλὰ δηλονότι πλούτου ἕνεκα. Εἶτα πῶς ἄν, ὅτε νέοι τε καὶ ὅτε μέσοι τὴν ἡλικίαν ἦμεν, καὶ ὄν, ἔτι ζώσης

et multus etiam Archelaus quotidie, meditari semper aliquid et scribere solito nostro more cogentes. Adeo mihi quidem retributionem non usquequaque ingratam, sed nec laboris expertem, videtur Archelaus exigere, eorum munerum, quæ mihi statim advenienti dederit; et quod singulis diebus conviviis excipit lautioribus, quam mihi gratum erat.

De quibus autem scripsisti nobis, bene quidem facis, quod scribis, quæ nobis scire interesse putas. Sic vero statue, nihil magis nobis ea, quæ nunc Agathon, aut Messatus dicit, curæ esse, quam noveris, me olim curasse, quicquid Aristophanes effutierit. Illis itaque si responderis unquam, injuria nos afficies, etiamsi illos a sua contumacia plane desistere non videas.

Sin vero quispiam ex illis, qui de Euripide aliquid dicere atque audire sunt digni, nos accuset, quod ad Archelaum simus profecti; qui nempe sciat, quæ prius dixerimus, quod in Macedoniam nos ire minime deceret, quæ vero postea nos eo proficisci coëgerit, nesciat; hunc dignum esse existima, cui exponas, O Cephisophon, quæ noveris. Atque ita desistet ille causas ignorare, simulque, quod verisimile est ignorantem pati, accusare nos, ut pecuniarum cupidos. Non enim nos utique dixerit aliquis anxie quæsiisse, ut purpuram aut sceptrum gereremus, neque præsidiis apud Triballos impositi dominaremur, proreges dicti, quodque ideo iter ad Archelaum ordinaremus; sed divitiarum utique causa. Cur igitur, quando et juvenes, et quando mediæ

ἡμῖν τῆς μητρὸς, ἧς ἕνεκα ἂν μόνης ἐβουλόμεθα πλουτεῖν, εἴπερ ἄλλως ἐβουλόμεθα, οὐχ ὅπως ἐδιώξαμεν, ἀλλὰ ἀπεωσάμεθα, ἐγκείμενον τὸν αὐτὸν τοῦτον πλοῦτον ἤδη, τηλικοῖσδε οὖσιν ἡμῖν ἡμερτὸν εἶναι εἰκότως ἄν τις νομίσειεν, εἰ μὴ διὰ τοῦτο ἄρα πολλὰ λαβεῖν σὺν ἀδοξίᾳ τέ τινι ἠμελτέρᾳ, καὶ οὐδὲ ἀπολαῦσαι ἔτι οὐδεμιᾷ, ἐπεθυμήσαμεν, ἵνα ἐν βαρβάρῳ γῇ ἀποθάνωμεν, καὶ ἵνα πλείονα Ἀρχελάῳ καταλίποιμεν χρήματα.

Ἔτι δὲ δὴ καὶ προσθείης, ὅτι, ἐπειδὴ τάχιστα ἀφικόμεθα εἰς Μακεδονίαν, ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις, τεσσαράκοντα τάλαντα ἀργυρίου διδόντος Ἀρχελάου, καὶ ἀγαναχτοῦντος, ὅτι οὐ λαμβάνοιμεν, ἀντέσχομεν μὴ λαβεῖν. Τῶν ἄλλων δωρεῶν, ὁπόσα ἢ Κλίτων ἔδωκεν ἡμῖν, ἢ Ἀρχέλαος ἔπεισε λαβεῖν, οὐκ ἔσθ', ὅ, τι ἐνθάδε ὑπολελείμμεθα, ἀλλ' οἴχονται αὐτὰ φέροντες, οἵπερ καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν φέρουσιν, ὑμῖν τοῖς αὐτόθι ἑταίροις καὶ ἐπιτηδείοις νεμήσοντες ἅπαντα. Τίς δὲ οὕτως εὐρεθείη ἔτι σκαιὸς καὶ βάσκανος τὸν τρόπον, ὅστις ἂν φιλοχρηματίᾳ με ἐληλυθέναι ταύτην ἀποδημῆσαι ὑπολάβοι τὴν ἀποδημίαν; Ἀλλὰ δήπου ἀλαζονείαν τινὰ, ἢ τοῦ δύνασθαί τι μέγα ἐπιθυμίαν, ἐροῦσιν. Ἀλλ' ἡ μὲν δύναμις ἡμῖν καὶ μένουσιν* ἡ παρὰ Ἀρχελάου καὶ πάλαι ἦν. ἄλλως τε καὶ Κλίτων οὐ τοσοῦτον ἐδύνατο μέγα, τοῦ μὴ ἄλλον†, ὃν προηρούμην ἐξ ἀρχῆς, τρόπον βιοῦν ἐμέ· μηδ' ὅπου μὴ ἐθέλοιμι, ἀποθανεῖν τελευταῖον δὲ καὶ παρέχειν

ætatis essemus, et quas, superstite adhuc matre, cujus solius gratia ditescere voluerimus, si modo voluerimus unquam alias, non modo aucupati non sumus, sed et repudiavimus, etiam oblatas et ultro propositas has ipsas divitias, nunc ita ætate provectis nobis desiderabiles esse quisquam jure existimaverit? Nisi idcirco multa accipere cum famæ nostro dispendio quodam, neque ullo amplius usufructu desideraremus, ut in terra peregrina moriamur, et ut plures Archelao relinquamus divitias.

Præterea hoc etiam adjeceris, quod, postquam venissemus in Macedoniam, paucis post diebus, offerenti quadraginta argenti talenta Archelao, ægreque, quod non acciperemus, ferenti, restitissemus tamen, nec caperemus. Ex aliis muneribus, quæcunque vel Clito nobis dederit, vel Archelaus accipere persuaserit, non est, quod hic relinquendum duximus; sed nunc abeunt eadem ferentes, qui et hanc Epistolam ferunt, vobis ibi sociis et familiaribus distributuri omnia. Quis vero jam inveniatur adhuc tam lævus et invidus moribus, qui me avaritia abreptum hoc iter ingressum suspicetur? Sed nimirum superbiam aliquam, aut magnæ cujusdam potentiæ desiderium, dicent. At quidem nobis etiam *domi* manentibus et olim magna cum Archelao potentia aderat. Sed neque Clito tantum valebat; ut diverso, quam quem ab initio prælegerim, more vivendum mihi putarem; aut in quo loco minime vellem, vitam

* μίνουσιν] Edd. Ald. et Cald. habent μίνουσιν Ἀθήνησιν. *Heath.*

† τοῦ μὴ ἄλλον] Constructio postulare videtur, ὅστις μὴ ἄλλον. *Heath.*

λόγους ἐπὶ τοῖς κακῶς βουλομένοις ἡμᾶς λέγειν*. Εἰ δὲ δὴ καὶ δυνάμεώς τινος ὠρέγθημεν, τί ἄλλο ταύτῃ τῇ δυνάμει, ἢ πρῶτον μὲν εἰς τὰ τῆς πόλεως, ἔπειτα εἰς τὰ τῶν φίλων, χρήσασθαι ἐμέλλομεν; Ἀλαζονείας τε ἕνεκα πολὺ ἂν μᾶλλον ἐν ὄψει τῶν τε φίλων, καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν ἐχθρῶν δύνασθαί τι ἠβουλόμεθα. Καὶ μὴν εὐμετάβολον ἐμὲ, οὔτε εἰς τὰ ἐπιτηδεύματα, οὔτε εἰς ὑμᾶς τοὺς φίλους, καὶ οὐχ ἧσσον εἰς τοὺς ἐχθροὺς, σκοπῶν εἴποι τις ἄν, οἷς ἅπασιν ἐκ νέου μέχρι τοῦ νῦν τοῖς αὐτοῖς κέχρημαι, πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς, Σοφοκλέους· πρὸς γὰρ δὴ τοῦτον μόνον ἴσασί με τάχα οὐχ ὁμοίως ἀεὶ τὴν γνώμην ἔχοντα. Ὃν ἐγὼ ἐμίσησα μὲν οὐδέποτε, ἐθαύμασα δὲ ἀεί, ἔστιγξα δ' οὐχ ὁμοίως ἀεί. Ἀλλὰ φιλονικώτερον μέν τινα εἰδέναι (an εἶναι) ποτὲ δόξας ὑπεῖδον†· βουληθέντα δὲ ἐκλύσασθαι τὰ νείκη προθυμότατα ὑπεδεξάμην. Καὶ ἀλλήλους μὲν, ἐξ ὅτου συνῆλθη, στέργομέν τε καὶ στέρξομεν· τοὺς δ' ἐμβάλλοντας ἡμῖν πολλάκις τὰς ὑπονοίας εἶναι ἐκ τοῦ ἡμᾶς ἀπεχθάνεσθαι, τὸν ἕτερον‡ θεραπεύοντες, ἄν τι πλεῖον ἔχωσι, διαβεβλήμεθα.

Καὶ νῦν, ὦ βέλτιστε Κηφισοφῶν, οἶδ', ὅτι οὗτοί εἰσιν, οἱ τοὺς περὶ ἡμῶν λόγους ἐμβάλλοντες εἰς τοὺς ὄχλους· ἀλλ' ὥσπερ ἀεὶ ἄπρακτοι αὐτῶν αἱ κακαὶ γλῶσσαι ἐγένοντο, καὶ γέλωτα

clauderem; denique materiam nostris obtrectatoribus præberem. Quod si alicujus potentiæ cupidi essemus, in quid aliud hac potentia, quam primum quidem in civitatis nostræ, deinde in amicorum commodum, usuri eramus? Jactantiæ autem gratia multo utique magis in amicorum quoque conspectu, nec minus inimicorum, potentes esse vellemus. At me inconstantem, neque ad studia mea, neque ad vos amicos, sed nec minus ad inimicos, respiciens aliquis dicat; quibus omnibus ex juvene huc usque iisdem utor, uno viro excepto, Sophocle. Erga hunc enim solum norunt me forsitan haud similiter semper affectum. Quem ego odi quidem nunquam, miratus vero sum semper; non tamen semper eum similiter amavi. Sed aliquando contentiosiorem illum esse suspicans neglexi: volentem autem controversias deponere lubentissime in sinum recepi. Et nos quidem jam invicem, ex quo inter nos conventum est, et amamus et amabimus. Eos vero, qui sæpius nobis suspiciones movent, ut nos in odium conjiciant, alter alterum colentes, si quid plus valeant, redarguimus.

Et nunc, optime Cephisophon, novi, quod hi sunt, qui de nobis sermones in vulgus spargant. Sed quemadmodum semper illorum pravæ linguæ sine effectu fuerint, et nihil amplius, quam

* ἐπὶ τοῖς κακῶς βουλομένοις ἡμᾶς λέγειν.] In edd. Ald. et Cald. pro ἐπὶ melius legitur ἐπεὶ. *Heath.*

† ἀλλὰ φιλονικώτερον μέν τινα εἶναί ποτε δόξας ὑπεῖδον·] verte: Sed illum, cum aliquando gloriæ quidem cupidiorem credidissem, suspicatus sum. *Heath.*

‡ τοὺς δ' ἐμβάλλοντας ἡμῖν πολλάκις τὰς ὑπονοίας εἶναι ἐκ τοῦ ἡμᾶς ἀπεχθάνεσθαι, τὸν ἕτερον, etc.] Distingue post εἶναι, et ita totum locum verte: Quod sint vero, qui sæpe nobis suspiciones suggerant, ex inimicitiis, quas inter nos intercedere putant, ansam alterum nostrum colendi arripientes, si quidquam proficiunt, fallimur. *Heath.*

ἐξ αὐτῶν καὶ μῖσος, οὐδὲν πλέον, ὠφλίσκανον, καὶ νῦν ἴσθι, ὅτι οὐκ ἄπρακτοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κακῷ σφισιν ἔσονται. Σὺ μέντοι εὖ ποιεῖς περὶ τούτων ἡμῖν γράφων, ἐπειδήπερ οἴει ἡμῖν διαφέρειν· ἀλλ' ὥσπερ εὖ ποιεῖς γράφων, οὕτως ἀδικεῖν φήσαιμ' ἂν ἡμᾶς, ἀντιλέγοντα ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς οὐκ ἀξίοις. Ἔρρωσο.

risum et odium, sibi comparaverint, et nunc scias, non tantum inefficaces illas futuras, sed etiam in illorum damnum cessuras. Tu sane recte facis, de his nobis scribens, quandoquidem id e re nostra putes: sed ut recte facis scribens, ita affirmaverim, te nos injuria afficere; si de his, hominibus non dignis contradixeris. Vale.

ΤΩΝ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΤΕΛΟΣ.

Excudebant Andreas et Jacobus Duncan,
Academiæ Glasguensis Typographi.

NOV 25 1931

LENOX LIBRARY

Bancroft Coll
Purchase